currit aliqua notabilis mortalitas , niſi quòd per generationem
ſpiritualem quæ deſignatur per hanc genealogiam,homo recur-
rit in ſuum creatorẽ,ſicut hęc genealogia in deũ terminať cũ dicit:
v ✳Qui fuit

☞ deũ tranſit:quia ꝑ adoptionẽ efficimur filij dei,credẽdo in filium
E dei,qui ꝑ carnalem generationem oſtenditur factꝰ filiꝰ hominis.
❡Be.Si intelligimus Matthæũ quadragintaduas generationes
poſuiſſe,vt vnũ Iechoniæ nomen bis numeretur,pro patre & fi-
lio:hic numerꝰ pſens eccl'ię tẽpꝰ deſignat,quo domino coopante
in ſpẽ futuri ſabbati laborat. Septies enĩ ſeni quadragintaduo. Sex ad opera,ſeptem ad requiem pertinent. Vnde populus de Aegypto liberatus,quadraginta annis in deſerto moratur,ſed quia ſub ſpe intrãdi in requiem exercetur, ſepties ſena,id eſt quadragintaduo caſtra metatur. Quorum vltimo Ieſu duce aperto Iordane,victis hoſtibus,promiſſas olim ſedes ingreditur. Sic dominus quadrageſimaſecunda generatione, ex quo mundus priſcæ cęcitatis tenebras ab Abrahã, credente diſcuſſit, veniens in carne, per baptiſmum cęli ianuas pandit,& nos perfectæ vitæ curſu ſub eiuſdem numeri ſacramẽto,poſt ſiccatum Chriſto duce Lœti fluuium promiſſa regna intramus.
❡Beda.Matthæus qui regiam inſtituit in Chriſto inſinuare perſonam, præter ipſum Chriſtum .xl.homines in generationis Serie nominauit,quo numero ſignatur iſtud tempus,quo in hac terra regi nos oportet à Chriſto per laborioſam diſciplinam.Neque enim quadragintaduę quę faciunt ter.xiiij.ſed ꝓpter vnum Iechoniam bis numeratum.xlj. generationes fiunt ſi ipſum Chriſtum annumeramus qui temporali vitæ regendæ tanquã quadragenario numero pręſidet regaliter. Quatuor ad mundi partes, vł tẽpora referuntur.Decem ad legis decalogum,q̃ cõtra vitia pugnamus. Vnde & ieiuniũ eccleſiæ ſpacio.xl.dierũ conſecra-
F tur.Et quia ad iſtã mortalitatẽ nobiſcũ participãdam deſcendentem Chriſtum ſignificare voluit,ideo iſtas generatiões deſcendẽdo cõmemorat,ab initio euangelij ſui:i quo ſignificatur ſuſceptio peccatorũ noſtrorũ à domino Chriſto.Lucas q vitulus tanq̃ ſacerdotẽ in expiãdis pctis aſsignãs,à baptiſmo in q̃ hoĩm incipit aſcenſus,generatiõis ſeriẽ aſcẽdendo diſponit:à quo abolitio pctõrũ noſtrorum ſignificatur à domino Chriſto.
Proinde Matthęꝰ à Dauid ꝑ Salomonẽ deſcendit,i cuiꝰ matrẽ ille peccauit. Lucas ad Dauid ꝑ Nathan aſcẽdit,ꝑ cuiꝰ noĩs ꝓphetã deꝰ pctm̃ illiꝰ expiauit. Lucas ſeptuaginta ſeptẽ generatiões ponit,q̃ numero remiſsio oĩm pctõrũ ſignificat:qđ conſiderandum eſt in partibus in quibus multiplicatur,id eſt vndecim & ſeptem. Per vndecim tranſgreſsio denarij(quo in vineam Chriſti conducti ſunt remunerandi)i.pfectiõis ſignificatur. Et multiplicantur vndecim ꝑ ſeptem,vt ſignificet illa tranſgreſsio ex motu hominis fieri.Septem enĩ ẽ tribꝰ & quatuor congregantur.Tria ad naturã humanæ animæ:ꝓpter triplicem vim referunt. Quatuor ad corpus quod quatuor conſtat elementis. Vnde homo non incõgruè per ſeptenarium numerum ſignificatur.Per ſeptem vndecim multiplicantur,quia per motũ hominis tranſgreſsio ꝑpetrat.Hoc ergo nũero oẽ pctm̃ intelligit:hoc ipſo numero oĩm pctõrũ remiſsio accipit,expiãte nos carne ſacerdotis, à q̃ nũc iſte numerus incipit, & recõciliãte nos deo,ad quẽ nunc iſte nũerus ꝑuenit:ꝑ ſpiritumſanctũ,q in colũbæ ſpecie i baptiſmo vbi iſte numerus cõmemoratur apparuit.a ❡Qui fuit Leui.Non autem hi quatuor qui hoc loco inſeruntur Iacob filij fuerunt, ſed quòd eorum nominibus participabant.Beda.Quaſi nominibus alludẽs quod in illis figuratum eſt,hoc iſtis adaptat. Quatuor genera virtutum cognoſcimꝰ fuiſſe in quatuor filijs Iacob,quorum iſti poſteri ſunt. In Iuda,ꝑ figurã dñicę paſsiõis myſteriũ ꝓphetarũ.In Ioſeph præceſsiſſe caſtitatis exẽplũ.In Simeone vindictã lęſi pudoris.In Leui officiũ ſacerdotis.Nõ ergo noĩa tantorũ patriarcharũ Lucas prætermittẽda putauit,vt qa vnꝰ oĩa Chriſtꝰ Ieſus i ſingulis q̃q̃ maiorib ꝰ genera ṽtutum diuerſa pręcederẽt.b ❡Nathan.Be.Qđ Matthęꝰ ꝑ Salomonẽ.Lucas ꝑ Nathã texit generationẽ:ille regalẽ,iſte vt vitulꝰ ſacerdotalẽ oñdit familiã,qa Chriſtꝰ rex ex regibꝰ & ſacerdos
& ſacerdos ex ſacerdotibus,ſcđ'm carnẽ ex regali & ſacerdotali fa- G
milia eſt exortꝰ,qui cęleſtis rex in dei virtute lętat,& cui iudicium
à deo rege defertur, & ſacerdos eſt in æternum ſecundum ordinẽ
Melchiſedech. c ❡Qui fuit Sale.Vel Sela.Beda.Generatio Ca-
inan non de Hebraica veritate,ſed habetur de ſeptuaginta inter-
pretum editione.In Gene.Arphaxat Sela pro Sale filiũ nullo interpoſito perhibet genuiſſe. Porrò Arphaxat vixit triginta annos:& genuit Sale.Item in Paralipomenon,Arphaxat autẽ genuit Sela q & ipſe genuit Heber. Sed apud ſeptuaginta ita ſcribitur,ꝙ Arphaxat centũ triginta quinq; annorũ genuit Cainan,& ipſe Cainan cũ centum triginta annorũ eſſet genuit Sela,quorũ quid verius ſit, deus nouit. d ❡Noe.Noe iuſtus,ædificator arcæ,præfigurat ædificationem eccleſiæ. e ❡Mathuſale.Ambro. Anni Mathuſale vltra diluuiũ numerantur,ſignificat Chriſtum,cuius vita ætatem neſcit. f ❡Qui fuit Enoch.Bed. A baptizato dei filio vſque ad deum patrem aſcendens, ſeptuageſimo gradu Enoch ponit,qui dilata morte tranſlatus in paradiſum eſt,vt ſignificet eos qui in gratiam electionis filiorum ex aqua & ſpiritu ſancto regenerant,interim poſt corporis abſolutionem ętemã ſuſcipiẽdos i requiẽ. Septuagenariꝰ enĩ ꝓpter ſeptimã ſabbati illorũ requiem ſignificat,qui iu-
☞ uante dei

a ❡Vt ſupra. b Additur.
a qui fuit Mathat, qui fuit Leui, qui
a ❡Audiui triſtitiam vel ſignum. b ❡Confitens.
fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit
❡Augmentum. ❡Columba, vel dolens. ❡Dei reſurrectio.
Ioſeph, qui fuit Iona, qui fuit Helia-
❡Rex eius. ❡Viſcera mea.
chim, qui fuit Melcha, qui fuit Men
❡Donum. ❡Be. Per Nathan, prophetiæ dignitatem expreſſam aduertimus.
b na, qui fuit Mathatha, qui fuit Na- a
❡Dedit vel dantis. ❡Manu fortis. ❡Incenſum.
than, qui fuit Dauid, qui fuit Ieſſe,
❡Seruitus. ❡Fortis.
qui fuit Obeth, qui fuit Booz, qui b
❡Senſibilis vel pacificus. ❡Augurium vel ſerpẽtinus.
fuit Salmon, qui fuit Naaſon, qui
❡Populus voluntarius. ❡Electus vel excelſus.
fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui
❡Sagitta. ❡Diuiſio.
fuit Eſrom, qui fuit Phares, qui fuit
❡Confitens. ❡Supplantator. ❡Riſus vel gaudiũ.
Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Iſaac,
❡Pater multarũ gentiũ vel videns populũ. ❡Exploratio vel paſtura, ſiue nequitia.
qui fuit Abraham, qui fuit Thare,
❡Requieuit lux. ❡Lorum vel corrigia vel dependens vel perfectio.
qui fuit Nachor, q fuit Saruch, qui
❡Ægrotans vel paſcens. ❡Diuidens vel diuiſus.
fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit
❡Tranſitus. ❡Tollens. ❡Lamentatio vel poſſeſsio eorum.
c Heber, qui fuit Sale, qui fuit Cainã. c
❡Sanans depopulationem. ❡Nomẽ vel nominatus.
qui fuit Arphaxat, qui fuit Sem,
❡Requies. ❡Humiliatum vel percutientem vel percuſſum vel humilem.
d qui fuit Noe, qui fuit Lamech, qui
❡Mortis emiſsio vel mortuus eſt & interrogauit. ❡Dedicatio.
e f fuit Mathuſale, qui fuit Enoch,

*Nicolaus de Lyra.*

☙ iſtum Neri. a ❡Qui fuit Nat.De iſto Nathan dicũt aliq,ꝙ fuit filius Dauid naturalis de Bethſabeę,vt videtur dici.j.Parali.iij. Sed hoc videt eſſe contra illud qđ dicit Salomon Prouerbi.iiij.a.
Ego fui vnigenitus & tenellus corã matre mea.Ille enim filiꝰ, quem habuit Bethſabeę de Dauid ante Salomonẽ nõ cõputatur,qa fuit mortuus incircunciſus. Per hoc ergo qđ Salomon dicit ſe vnigenitũ matris ſuæ videt ꝙ Nathan non fuit natus de Bethſabeæ & Dauid. & iõ dicunt aliq,ꝙ iſte Nathan fuit Nathan propheta quę propter eminentiã ſanctitatis Dauid adoptauit in filium mortuo eiꝰ prẽ naturali.Et ſecundum hoc poteſt dici,qđ fuit filius adoptatiuus Bethſabeæ vxoris Dauid,& ſecundum hoc connumeratur inter filios Bethſabeæ.j.Parali.iij.b. De alijs autem tribus ibidem nominatis dicendum, quòd fuerũt filij Vriæ naturales & adoptiui filij Dauid, quando accepit matrem eorum,& ſic Salomon fuit vnigenitus matri ſuæ reſpectu Dauid vt dicitur Prouer.iiij.Cauſa autem quare Lucas deſcribit Chriſtũ deſcendere à Dauid per Nathan vna fuit:quia licet omnes ſapientes Hebręorũ cõcorditer tenerent Chriſtum debere deſcendere de Dauid:aliqui tamẽ eorum opinabantur ipſum deſcendere ab eo ꝑ Nathan ꝓpter excellẽtiã ſuę ſctitatis & ꝓphetiæ. Alij verò ꝑ Salomonẽ ꝓpter dignitatẽ regiã & ſuæ excellẽtiã ſapię.Scđ'm ṽitatẽ autem deſcendit per vtrunq;.aliter tamen:quia ꝑ Salomonen deſcendit ſecundum lineam naturalis generationis.Per Nathan verò ſecundum lineã legalis generationis,quia Nathan fuit filiꝰ Dauid adoptiuus,vt prædictum eſt:& Ioſeph qui ponitur immediatè poſt Chriſtum aſcendendo,fuit filius Heli adoptiuus ſeu legalis prout plenius fuit declaratum Matth.j.Alia cauſa eſt,quia Lucas deſcribit Chriſti genealogiam prout in deum reducimur,vt prædictum eſt.Reducimur autem in deum per Chriſtum inquantum efficimur filij dei adoptiui.b ❡Qui fuit Booz. Tres fuerunt immediatè ſe ſequentes huius nominis ſcilicet filius,pater,& auus vt plenius declaratum fuit Matth.j. c ❡Qui fuit Cainan.ſecũdum Hiero.& ſecundum tranſlationem qua vtimur, non ponitur aliquis medius inter Sale & Arphaxat,vt patet Gen.x.Septuaginta autem interpretes ponunt iſtum Cainan mediũ.Et ad concordiam huius poteſt dici,quòd iſte Cainan fuit pater Sale legalis ſiue adoptiuus.Arphaxat verò pater naturalis ipſius:& vterq; pater hic ponitur,& maximè,quia Lucas in deſcribẽdo ſequitur tranſlationem ſeptuaginta,quæ ſuo tempore erat valde autẽtica.
☙ Qui fuit Dei



☞ uante dei gratia decalogũ legis iplent,quos in reſurrectione imu
A tabili dei ſapię contẽplandę per ſecula monſtrat eſſe iungendos.
a ❡Seth.Seth poſterior adę filius,nõ ſilet, vt cũ duæ ppli ſint
generationes,ſignificet Chriſtum in poſteriore potiꝰ q̃ in priore
generatione numerãdum. b ❡Qui fuit dei, A filio dei gene-
ratio incipit, terminat in filium dei,præcedit creatus in figura, vt ſequatur natus in veritate;præit factus ad imaginem vt propter eum imago deſcendat.

*GLOS. ORDI.* Cap.IIII.

IEſus &c.Sequitur;Et agebant. Ambr. Agebat i deſertũ hoc cõſilio, vt diabolũ ꝓuocaret. Nã niſi ille certaſſet, iſte mihi nõ viciſſet.Myſterio,vt Adã de exilio liberaret.Exẽplo,vt oſtẽderet nobis diabolũ ad meliora tendentibus inuidere.❡Bed.Ne cui in dubiũ veniret,à q̃ ſpũ ductꝰ Ieſus in deſertũ diceret; prępo-nit qa plenꝰ ſpũſctõ:cuiꝰ voluntate locũ certaminis q̃ aduerſariũ ſternat,de victoria certꝰ ingredit.Sic nos accepta i baptiſmo remiſsiõe,& ſpũſctõ illuminati,contra inſidias diaboli accingi, & ſeculũ debemus deſerere,vt q̃ſi mãna deſerti ſola æterna eſuriamꝰ. d ❡In deſer.Hiſtoria-
✱ poſtea Hiſto.
liter i illo deſerto qđ eſt iter Ierlm & Iericho,vbi figuraliter dixerat Adã à diabolo victũ fuiſſe.❡Beda.Tria ſũt quæ proficiũt ad vſum ſalutis.Sacramẽtũ baptiſmi,deſertũ,ieiuniũ.Nemo enĩ coronabit niſi legitimè certauerit.Nemo ad certamẽ admittit ṽtutis,niſi priꝰ ablutꝰ à maculis,grę cęleſtis mũere cõſecret.e ❡Diebꝰ xl.Quadragĩta diebꝰ ieiunauit legiſlator & propheta,vt ieiuniũ Chriſti teſtimoniũ habeat à lege & ꝓphetis. Hoc numero ſignificat excurſꝰ huiꝰ ſeculi i his q vocat ꝑ grãm ad eũ q venit legẽ nõ ſoluere ſed adimplere. Decẽ ſũt pręcepta legis, & q̃tuor ꝑtes mũdi, & q̃ter decẽ fiũt
B q̃draginta;& ꝑ grãm dei, ad impletionẽ decalogi vocãtur de q̃tuor partibꝰ mundi.Ieiunat Chriſtus añ mortẽ carnis, q̃ſi clamet:Abſtinete à deſiderijs ſeculi dũ eſtis i agone.Comedit poſt reſurrectionẽ.q.d.& ſi nõdũ habetis corpus immortale.ſpe imortalitatis iã paſcimini,qa dũ viã domini capimꝰ,& à vanitate ſeculi ieiunare & refeci debemus futuri promiſsione.❡Quadraginta diebus.decem ad decalogum,quo deum & proximum diligere iubemur refertur.Sed quia motu corporis quod de q̃tuor elemẽtis cõſtat charitas dei & ꝓximi violat,ad diluenda peccata,in.xl.tempus pnię ſurgit.❡Cõgruè exercet ieiuniũ in illa anni parte q̃ cõtigua eſt paſsioni dominicæ, quia in ea ſignificatur hæc vita laborioſa,cui opus eſt continentia, vt ieiunetur à mundi amicitia.
❡Beda.Niſi ieiunaſſet,diabolo occaſio tentandi nõ adeſſet,ſecũdum illud:Fili accedens ad ſeruitutẽ dei præpa.ani.tu.ad tẽ.Quia quantò magis diabolus ſibi rebellare conſpicit,tantò amplius expugnare contendit. f ❡Eſurijt.Beda. Non eſt ſcriptũ de Moyſe vel Elia,ꝙ poſt ieiunia eſurierint. Nõ ꝙ homines illi fortiores q̃ hic deus.Sed ideo factum eſt,ne ab eo tentando pauens hoſtis aufugeret,qui multa cæleſtia ſigna viderat in eo.Eſurit ergo humilis deus homo,ne inimico innoteſcat ſublimis homo deus.Fames domini pia fraus eſt ne caueat diabolus tentare.Eſurit autem non tam cibum corporis,q̃ ſalutem animæ. g ❡Si fi.dei.Amb.Nouerat dei filiũ venturum,ſed veniſſe per infirmitatem corporis nõ putabat.Nam faſtuoſus i deo humilia non poteſt credere. Aliud itaq; explorantis,aliud tentantis eſt & deo profitetur ſe credere,& homini conatur illudere.Sed cum ille tentat vt exploret,ſic explorat vt tentet.Dominus econtra ſic fallit vt vincat:ſic vincit vt fallat.Si enim conuerteret naturam,proderet creatorem. Ergo ſicut homo commune ſibi accerſit auxilium,vt diuinæ lectionis pabulo intentus famen corporis negligat:His armis dominus hominẽ aduerſus irritamenta gulę munit.Huic pani intẽti Moyſes & Elias famen ꝓlixioris nõ ſenſerũt ieiunij:q hoc ṽbo nõ veſcit,nõ viuit.
Quibꝰ modis fit tentatio.
❡Greg.Tribus modis fit tentatio,ſuggeſtione,delectatiõe,cõſenſu.Chriſto aũt ſugeſtione ſola,quia delectatio peccati mentẽ eius nõ momordit,Nec illum indignum eſt tentari, q occidi venerat: vt ſua tentatione nr̃as vinceret,ſicut ſua morte noſtra tulit pctã. C
h ❡Scriptũ eſt.Docet magis doctrina q̃ miraculis pugnare:hũilitate q̃ potẽtia nihil ꝓ diaboli arbitrio,nec declarãdę virtutis cõſideratione faciendũ. i ❡Et duxit.Lucas,ſicut res geſta eſt exeq.tur,mediam ponẽs auaritiã,vltimam ſuperbiam, ſecundũ mores pñtis tpis,qa ſupbia poſt oẽs ṽtutes ſęquit,Matthæꝰ nõ ſeqtur ordinẽ hiſtorię,ſed tẽtationũ Adę. k ❡Oſtendit. Nõ ꝙ viſũ eius,q oĩa videt,amplificauerit: ſed vanitatẽ hũanę põpę quẽ amabat q̃ſi ſpecioſã oñdẽs,facere amari volebat. Vel ſciẽs diabolꝰ,qđ Chriſtꝰ ſibi regnũ tolleret;oſtendit ei oĩa regna mundi:nõ perſas,non indos,ſed quõ in oĩbꝰ terrenis regnaret,vel ꝑ gulã,vel ꝑ ſupbiam, aut ꝑ alia:vt ſuadẽs qđ volebat,eum ſibi ſubijceret. l ❡In momẽ.Amb.Be. Nõ tam celeritas conſpectus,quã caducæ fragilitas ptãtis exprimitur. In momento enĩ cuncta pręterieũt. m ❡Tibi da.Hæc de arrogãtia dicit: non ꝙ totꝰ mundus ſit ſuus:ſunt enim aliqui boni. † Mat.4.a. Mar.1.b.
☞ Mihi

a ❡Deſcendens ſiue continens. b ❡Laudatus dei. vel laudans deum.
qui fuit Iared, qui fuit Malaleel, qui
a ❡Lamentatio vel poſſeſsio eorum. b ❡Homo vel deſperans vel violentus.
fuit Cainan, qui fuit Enos, qui fuit
a ❡Poſitio ſiue poſuit. b ❡Homo ver terrenus, vel indigena.
a b Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei. a

Cap. IIII.

c IEſus autem plenus b ſpirituſancto regreſ-ſus eſt à Iordane: & c agebatur in † ſpiri-
a ❡In quo Adam exulauerat, nec quomodo redire poſſet, habat. Dux ergo ad erroneũ accedit.
d tu in deſertum diebus quadraginta & tentabatur à diabolo. Et nihil mã- d e
e ducauit in diebus illis, & conſum-
f matis illis * eſuriit. Dixit autem illi
❡Tentatio a gula. ❡Viul. ❡Duriciam ſignificat diaboli. ❡Quia ſciuit ſcriptum. Ipſe dixit & facta ſunt.
g diabolus: Si filius dei es, dic lapidi i
huic, ut panis fiat. Et reſpondit ad
a ❡In Deuteronomio. ❡Q. perſuaſio tua tentatio eſt, quia agis de cibo corporis, & non de cibo mentis.
h illum Ieſus: † Scriptum eſt: quia nõ
in pane ſolo uiuit homo, ſed in om-
i ni uerbo dei. Et duxit illũ diabolus g
❡Tentatio de ambitione.
k in montẽ excelſum, & oſtendit illi
l omnia regna orbis terrę † in momẽ-
❡Non quia hoc poſsit.
m to tẽporis, & ait illi: Tibi dabo pote-
❡Regem te faciam horum.
ſtatem hanc uniuerſam, & gloriã il-

Tria ad vſum ſalutis proficiẽtia.
† Deu.8.a.
Deute.9.b.
3.Reg.19.b.
Matt.5.b.
1.Pet.2.b.
Eccle.2.a.

*Nicolaus de Lyra*

☙ a ❡Qui fuit dei.non per generationem ſicut alij,ſed per formationẽ de limo terrę & iſuſionẽ aĩę,vt hr̃ Gene.j.
✱ a ❡Qui fu.Adã. nã ꝑ generationẽ ſpiritualem efficimur dei filij adoptiui. Moraliter

*NICO. DE LY.*

IEſus au. Deſcripta Cap.IIII. pręedicatiõe præcurſoris,hĩc cõſequenter deſcribit prædicatio Saluatoris,& priò deſcribit eiꝰ pdicatio ꝑ modũ amoris miracula faciẽdo & beneficia cõferẽdo.Scđ'ò ꝑ viã timoris terrorẽ futuri iudicij incutiendo capi.xxj. D
Adhuc circa primũ deſcribit priò pręedicatio Saluatoris ꝑ ſeipſũ tm̃. Scđ'ò,cũ † in pũcto hoc ꝑ miſsionẽ diſcipulorũ.ix.ca. Circa primũ præmittit Chriſti prædicatio.ſecũdò ex hoc ſequẽs aliquorũ cõuerſio.ca.ſeq̃nti.Pr̃ia adhuc i duas,qa priò deſcribit idoneitas pręedicatoris.Scđ'ò executio prædicationis,ibi:Et regreſſus eſt Ieſꝰ.Idonea ṽò diſpoſitio prædicatoris eſt maceratio carnis ꝑ ieiuniũ,ꝑ qđ carnis icẽtiuũ reprimit,ſcđ'm ꝙ dicit Paulus.j.ad Cor.ix.d.Caſtigo corpꝰ meum & in ſeruitutẽ redigo,ne fortè cũ alijs pręedicauerim ipſe reprobꝰ efficiar:& ſcđ'ò,feruor orationis in loco ſolitudinis,vbi diuina ſapiẽtia haurit,quę poſtea ꝑ pręedicationẽ effundit.vnde Paulꝰ anteqũ mitteret ad prædicandum,in oratione fuit illuſtratus, ſecundũ ꝙ habetur Act.ix.c.Ecce enim orat.& poſtea ſubditur: Vas electionis eſt mihi Iſte,vt portet nomen meũ,&c.Tertiũ eſt victoria tentationis.Non enim eſt ad prædicãdũ idoneus qui ſuccumbit tentationibꝰ.Iſta autẽ tria oſtendunt de Chriſto ꝑ hoc ꝙ añ pręedicationẽ intrauit in deſertũ orationi ſolitariæ aptũ:& ꝙ ibi ieiunauit & triplicẽ dęmonis tentationẽ deuicit,nõ qa iſtis indigeret pro ſe ſed ꝓ nobis ad dandũ exemplũ prædicatoribꝰ alijs.Et patet ſententia prædictorum ex dictis Matt.iiij.vbi iſta ſunt expoſita exceptis paucis quæ ſequuntur. e ❡Et nihil man.Hĩc accipiuntur dies naturales,quia nihil mãducauit de die nec de nocte. f ❡Dic lapi.huic ut pa.fi.Hĩc accipit ſingulare ꝓ plurali eo mõ loquẽdi quo dicit Exo.viij.f.Venit muſca grauiſſima.i.multitudo muſcarũ.vñ Mat.iiij.a.dr̃.Dic vt lapides iſti panes fiãt.g ❡Et duxit il.dia.Iſta tentatio quæ ponitur hic ſecunda, Matth.iiij.ponit tertia.quæ iſtarum fuit ſecũda,& quæ tertia,certũ nobis nõ eſt,vt
☙ dicit Augu.
Morali. b ❡Ieſus autẽ &c.Sequitur: c ❡Et agebatur.per hoc ſignificans,ꝙ homines ſpũales cuiuſmodi ſunt religioſi,debẽt in aſperitate nutriri:nam acrius ſolent à dæmone tentari.Eccle.ij.a.Fili accedẽs ad ſeruitutem dei ſta in iuſticia & timore dei,& præpara animam tuam ad tentationem.Et hoc ſignificatur,cũ dr̃ hĩc de Chriſto. d ❡Et tentabatur à diabo.Per hoc autem,qđ hic primò ponitur tentatio de gula,cũ dicitur: f ❡Dic la.huic.deſignatur ꝙ hęc tentatio occurrit homini.Primò quoniam ab infantia.Secundò verò ponitur tentantio de cupiditate terrenorum cũ dicitur: g ❡Et duxit il.dia.quia poſt tentationem gulæ ſequi- Moraliter
 ✱ tur tentatio

a Mihi trad. Non à diabolo eſt poteſtas: ſed obnoxia tamen
E īſidijs diaboli. Nec iō mala ordinatio poteſtatum, quia malo ſũt obnoxię ptãtes. ¶ Amb. Docemur hic omnem ambitionẽ deſpicere: quia omnis dignitas ſeculi diabolicæ ſubiacet ptãti: ad vſum
Rom. 13. a. fragilis, & ianis ad fructũ. Nota aũt quia oĩs ptãs à deo: quia ordinatio poteſtatũ à deo, ſed à malo ambitio ptãtis. Licet ergo diabolus ſe dicat dare ptãtẽ, oĩa tamen illa ad tempus permiſſa non abnuit. Itaq; ille qui permiſit ordinauit, nec ptãs mala, ſed is qui malè vtitur ptãte q ambit. b ¶ Tu ergo. Be. Dicens diabolus Saluatori, ſi procidens adoraueris me, econtrario audit, φ ipſe magis adorare eũ debeat, dñm & deum ſuum. c ¶ Et illi ſoli ſer. Beda. Græcè latria dicit̃ ſeruit⁹, quæ ſoli deo debetur Dulia quæ etiã hoĩb⁹ inuicẽ exhibet̃. Iubemur ergo p charitatẽ ſeruire inuicem qđ Grecè duliũ dicitur. Iubemur deo ſeruire ſcđm φ Græcè latriũ dr̃. vñ hic: & illi ſoli ſeruies. d ¶ Et du. Nec indignum videatur dominũ ab illo deferri, q crucifigit̃ à mẽbris diaboli. e ¶ Supra pin. tẽ. In hoc φ Chriſt⁹ in altũ tolli ſe pmittit: ſed monenti cadere nõ obedit, oſtendit φ cuiq; bona & alta ĩperanti obediamus: ſed præcipitare volenti contra eamus. Supra pin. t. Ita eſt iactãtia, vt dũ putat vnuſquiſq; ad altiora aſcendere, ſublimium vſurpatiõe ad inferiora trudatur: Quia verò diabolus fortem ſentit iactãtiã prætendit, quæ etiã fortes decipit.
F f ¶ Si fili. dei. In oĩb⁹ tẽtationibus hoc agit, vt intelligat ſi filius dei ſit. Sed Chriſtus ſic reſponſum tpat, vt ambiguum relinquat. g ¶ Mitte te de. Quem nec gula nec auaricia vicit, tentat vana gl̃ia, ſi fortè illum vel ipſa victoriæ ſuæ iactãtia valeat deijcere. Mitte. Hæc vox ei conuenit q oẽs præcipitare ſatagit. In q̃ infirm⁹ oñditur, q nulli poſſit nocere niſi pri⁹ ille ſe deorſũ miſerit. h ¶ Scriptũ eſt. Quia ſcripturarũ exẽplũ prætulerat, ſcripturarũ vincit̃ exẽplis. Vtitur aũt diabolus p hereticos teſtimonijs ſcripturarum, non vt doceat, ſed vt fallat. i ¶ Ange. ſ. Be. Hęc ,pphetia nõ de Chriſto ẽ, ſed de ſcõ viro. Quę etiã ſi de Chriſto eſſet etiã qđ ſeqt̃ debuerat meminiſſe: Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & cõculcabis leonẽ & dracone. Sed de angelorũ auxilio quaſi ad infirmum loquitur, de ſua cõculcatione quaſi tergiuerſator tacet. k ¶ Non tẽta. Beda. Suggerebatur enim quaſi hoĩ, vt ſigno aliquo exploraret, q̃tũ apud deũ valeret: ſed pertinet ad ſanã doctrinã, quãdo
Matt. 10. c. habet quid faciat hõ, nõ tẽtare deũ. Vñ præcipit: Si vos perſecuti fuerint in ciuitate vna, fugite in aliã. Qñ verò deficit humana ,puidẽtia, ſi hõ ſe totũ diuinæ cõmittit potẽtiæ, nõ eſt dicẽda tẽtatio. Nũc aũt poterat Chiſtus aliter deſcẽdere de tẽplo q̃ p iactantiã ſe
1. Reg. 17. f. præcipitare. ¶ Dauid Goliã trib⁹ lapidibus de torrẽte proſtrauit:
Deute. 6. c. Chriſtus diabolũ trib⁹ teſtimonijs de lege. Notandũ, φ exẽpla de
&. 8. a. Deuteronomio tm̃ ,ptulerit vt ſecũdę legis ſacra cõfirmet. l ¶ Et cõſũ. Beda. Tribus tentationibus victis omnem tẽtationem dicit conſummatam, quia in his omnium vitiorum origo continetur,
1. Ioh. 2. c. Quia omne quod in mundo eſt, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, quæ alijs nominibus, curioſitas, gula, vana gloria nominantur. Cum tentatur homo con
Deute. 8. a. cupiſcentia carnis, dicat: Non in ſolo pane viuit homo, ſed in oĩ
Col. 3. a. ṽbo dei. Cũ tentatur auaricia, quã Apoſtolus ſeruitutem ſimulacrorum nominat, deum adoret, pro ſolis æternis illi ſeruiat. Si tẽtatur vana gloria, quæ etiam de præcedentibus victorijs ſolet creſcere, non tentet dominum: quod facit qui de ſuis viribus præſumit, quaſi amplius peccare non poſſit. ¶ Nota diabolum in his vinci, in quibus vicit Adam: Quem de gula tentauit, dum de ligno vetito guſtare rogauit. De vana gloria dum dixit: Eritis ſicut
Geneſ. 3. a. dij. De auaricia, dum dixit. Scientes bonum & malum. Nota diabolum non eſſe pertinacem in ſtadio, ſed cedere vere virtuti, & ſi non deſinit inuidere, tamen formidat inſtare, ne frequentius triũphetur.

Margin: † illã, ſ. gloriam — * Abi poſt me ſatana. — † Deu. 6. b. — † Mat. 4. a. — † Pſal. 90. c. — † mãdabit — † Deu. 6. c. — † glorificabat ab oĩbus — † Mat. 13. g. — Pſal. 90. c. — † ſabbathorum

a lorum: quia mihi tradita ſunt: & cui
b uolo do † illa. Tu ergo ſi † procidens
a ¶ Qui diabolum adorat, ante corruit.
adoraueris coram me, † erunt tua omnia. Et reſpondens Ieſus, dixit illi
a ¶ In deuteronomio. b ¶ Qui ſolus remunerat fructu ampliſsimo
*Scriptum eſt: † Dominum deum tu
¶ Caret ambitione deuota religio.
c d um adorabis, & illi ſoli ſeruies. Et duxit illum in Ieruſalem, & ſtatuit
e eum ſupra pinnaculũ tẽpli, & dixit
f g illi: † Si filius dei es, mitte te hinc de-
h orſum. † Scriptum eſt enim: quòd
i angelis ſuis † mandauit de te, ut conſeruent te: & quia in manibus tollẽt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Et reſpondens Ieſus, ait
a ¶ O homo. b ¶ Patrem & filium: quia Ego & pater vnum ſumus.
illi: Dictũ eſt. † Non tentabis domi-
k num deũ tuum. Et cõſummata om-
l ni tentatione, diabolus receſſit ab il-
a ¶ Paſſionis, quando non tantum dolis, ſed aperte impugnauit: Sic etiam nos ille antiquus hoſtis aliquando tentare intermittit, vt quaſi ſecuros repente rediens facilius irrumpat. b ¶ Cum iam traditus eſſet Iohannes, iterum venit in Galilęam. De primo aduentu tacet.
lo uſq; ad tempus. † Et regreſſus eſt
¶ Signis miraculorum.
Ieſus in uirtute ſpiritus in Galileam
m & fama exijt per uniuerſam * regionẽ
n de illo. Et ipſe docebat in ſynago-
gis eorũ, & † magnificabatur ab om-
a ¶ Eccleſiam: in qua fit homo non obliuiſcitur.
nibus. † Et uenit Nazareth, ubi erat
¶ Vnde illis vileſcebat.
o nutritus: & intrauit ſecũdum cõſue-
a ¶ Quando omnes confluebant ad legis monita quieto corde meditanda. Ad publicos autem conuentus accedit, vbi doctrina illius a multis audiatur.
tudinẽ ſuã diẽ † ſabbathi in ſynagogã:

phetur. m ¶ Et fama exijt. Nõ tantũ à pñtibus propter viſa miracula honorat̃, ſed apud abſentes fama diuulgabatur. ¶ Bed. Ne quis putet ea quæ per ordinẽ ſunt exponenda, poſt ieiuninm cõfeſtim facta, ſed poſt aliquot à domino miracula, vel in Iudęa, vel in Galilæa Patrata: quæ apud Iohannem leguntur primo aduentu facta. n ¶ Dicebat. Poſt miracula ecce ſapientia qua docet, qua doctrina per miracula præcedẽtia magnificat̃. o ¶ Et intra. Intrauit Chriſtus die ſabbati in ſynagogam, vt ritũ legis Moſaicę cumulo cæleſtis grãæ

C — Margin: ▸ ,pcidens — † erit tua omnis

## Nicolaus de Lyra

dicit Augu. neq; refert ad veritatem, quia nõ oportet, φ facta ſemper eodem ordine referãt quo facta ſunt, vt frequenter dictũ eſt. Sed φ duo euangeliſtę variè narrãt ordinẽ põt rõ aſsignari, quia vna tentatio eſt de cupiditate principaliter, alia de elatione. Et frequenter contingit φ vnũ vitiũ ex alio naſcit̃ & ecõuerſò: iõ Matthæ⁹ vnã præponit, Lucas verò aliam. a ¶ Quia mi. tra. Mentit̃ hic diabolus, neq; mirũ: qa mendax eſt & pater mẽdacij, vt hr̃ Iohã. viij. f. Non em̃ poteſtatẽ habet ſuper creaturas ad libitũ ſuum, ſed ſolũ inquãtũ deus permittit ſecundũ occultũ iudiciũ ſuum ad exercitiũ patiẽtiæ electorũ: Sicut data eſt ei ptãs affligendi Iob in uaſtatiõe bonorũ ſuorũ: & ĩ morte ,plis, & ĩ infirmitate ſui corporis, vt hr̃ Iob. j. c ¶ Et conſum. &c. receſ. tanq̃ vict⁹. d ¶ Vſq; ad tẽ. qa appropinquãte tpe paſsionis ſuſcitauit ei pſecutionem p principes ſacerdotũ. e ¶ Et re. eſt Ie. Deſcripta idoneitate prędicatoris, hĩc cõſequenter deſcribitur executio prædicationis: & primò quãtũ ad eius doctrinã. ſecđò, q̃tũ ad doctrinæ cõfirmationem, ibi: Et in ſynagoga erat homo hñs dęmonium. Prima in duas, quia primò deſcribitur docuiſſe in Galilæa generaliter. Secundò in ciuitate ſua Nazaret ſpecialiter ibi: Et venit in Nazareth. Circa primum dicitur, Et regreſſus eſt Ieſus. ſ. à deſerto quod intrauerat poſt baptiſmum, vt doceret populũ. f ¶ In uirtu. ſpi. i. ĩ ṽtute ſigna & miracula faciẽdi de quo ſpiritu dicitur. iiij. Regum. ij. c. Spiritus Eliæ requieuit ſuper Eliſęum quando diuiſit aquas miraculoſè: verumtamen virt⁹ facendi miracula non erat in Eliſæo ſed in deo qui faciebat miracula ad preces Eliſęi: ſed iſta virt⁹ erat ĩ Chriſto cum ſit deus & homo. g ¶ In Galilęam. Ibi enim primo prędicauit, vt impleretur prophetia Iſa. nono. a. Primo tempore alleuiata eſt terra Zabulon & terra Neptalim, &cę. vt habetur Mat. quarto. c. h ¶ Et magnificabatur. propter excellentiam doctrinæ & miraculi. i ¶ Et uenit Nazareth. Hĩc conſequenter deſcribitur eius doctrina in Nazareth ciuitate ſua: circa quod ei⁹ doctrina præmittitur. Secundò contra eum æmulatio excitatur, ibi: Et dicebant: nõnne hic eſt, &cæ. Circa primum dicitur: Et uenit Nazareth ubi erat nutritus. Hoc autem dicitur ad deſignandum, quòd alibi fuerat natus ſcilicet in Bethleem, vt ſupra dictum eſt. ca. ij. k ¶ Et intrauit ſecundum conſuetudinem ſuã die ſabba. in ſynago. quæ erat locus orationis & doctrinæ legis: qbus Iudæi ſecundum pręceptũ legis vacare debebant in die ſabbati. Chriſt⁹ aũt legem obſeruare voluit, vt dictũ eſt ſupra capitu. ij.
Et ſurrexit

Margin: H — † Mat. 4. b. Marc. 3. a. Iohã. 6. a. — * finitimã

Moraliter

* tur tentatio cupiditatis terrenæ. Tertiò verò ponitur tentatio de præſumptione cùm dicitur: b ¶ Et duxit illum in Ieruſalem, & ſtatuit eum ſupra pinnaculum templi, & dixit illi. Si fili⁹ dei es, mitte te hinc deorſum. Nam tentatio qua quis de meritis ſuis præſumens exponit ſe periculis, nõ eſt niſi poſt plurima tempora. i ¶ Et uenit Nazareth, ubi erat nutritus: & intrauit ſecundum conſuetudinẽ ſuam die ſabbati ĩ ſynagogã. Per hoc oſtendit, φ prædicator euangelij debet diebus dominicis & feſtiuis populo prædicare, & Chriſti myſteria nũciare.
* Et omnium



cęleſtis gratię adimpleret. a ¶ Et ſurrexit legere. Be. Qui non
A venerat miniſtrari, ſed miniſtrare, lectoris officium non dedigna
Matt. 20. d. tur ſuſcipere. Et prouidè Lucas geſta domini ſcriptur⁹, ab explicatione prophetię inchoauit: quia oẽs ,pphetię ad ipm̃ ptinẽt, & ĩ ipſo complent̃: & per ipm̃ nobis aperiunt̃. Surrexit igit̃ legere, vt quos noua ſignorũ operatione non cõuerterat: vel ,pphetiæ lectionis atteſtatione corrigeret. b ¶ Et ut re. Librum ,ppheticæ clauſum accipit, ſed reuolutũ legit, quia myſteriũ incarnationis ſuę in ,ppheris obſcurum, & prius ſuſcepit implendũ, & poſt mortalibus aperuit intelligẽdum. ¶ Accipit librũ, vt oſtẽdat ſe
† Iſa. 16. a. eſſe qui locutus eſt in prophetis, & remouet ſacrilega perfidorũ teſtimonia, q aliũ veteris dicũt, aliũ deũ eſſe noui teſtamẽti. Vel qui dicũt, initiũ Chriſti eſſe ex ṽgine. Quõ em̃ cœpit ex virgine q añ virginem loquebatur? c ¶ Spiritus. Bed. In ſupioribus ,pphetiæ Saluator de gẽtium vocatione, & eccleſiæ confirmatio-
Iſa. 60. d. ne loquẽs, dicebat: Ego dominus in tempore ei⁹ ſubitò faciã illud. Cõfeſtimq; intulit: Spũs dñi ſup me, ſcđm φ hõ. Vñ
Pſal. 44. b. in pſal. Vnxit te de⁹ oleo læticiæ præ cõſortib⁹ tuis. Præ cęteris ſctĩs vnct⁹ eſt ſpirituali vnctiõe, qñ in Iordane ſup baptizatũ ſpũs in ſpecie colũbæ deſcendit, & manſit cũ illo. Vnct⁹ eſt igitur virtute cæleſti, vt paupertatẽ conditionis hũanę theſauro reſurrectionis rigaret æterno: captiuitatem mentis auferret, cæcitatẽ illuminaret animarũ, cõfractis & cõtritis corde mederetur, alligãdo contritiones eorũ, & remittendo pctã, vel vt eos q legis pondere deprimebãtur releuaret, &
B in remiſsionẽ gr̃ę ſpũalis admitteret prędicare annũ domini aceptũ. Annus iubilei & verę liberatis, tempus gr̃æ, quo eccleſia in corpore verſata peregrinatur
2. Cor. 6. a. à domino. vñ Apl̃s: Ecce nũc tp̃s accep. ecce nũc dies ſalutis: Et poſt annum acceptabilẽ prędicare diem retributionis, qñ filius hoĩs veniet ĩ gl̃ia cũ angelis reddere vnicuiq; ſcđm opera ſua. Ad hæc cũ
† Omnino cta euangelizanda vel agẽda, ideo ſe dicit miſſum, qa ſpũs domini eſt ſuper eũ. d ¶ Et cũ pli. Bed. Audientib⁹ illis qui aderant legit: ſed lectum miniſtro reddit
Ioh. 7. a. quia cũ eſſet in mundo, palã locutus eſt mundo, docens in ſynagogis & in templo: ſed ad cæleſtia regreſſurus his qui ab initio ipſum viderant & miniſtri ſermonis fuerant, euangelizandi officium tradidit. Stans legit, quia dum nobis ſcripturas quę de ipſo erãt aperit, ĩ carne dignat⁹ eſt operari. Sed reddito libro reſidet, quia peracto diſpenſatiõis officio, diſcipulos doctrinæ ſuæ ſequaces elegit, ſecq; ſupernæ quietis ſolio reſtituit. Sic prædicator verbi ſurgat, legat. i. operetur & prędicet. Et reſideat
Iohã. 16. c. id eſt, premia quietis expectet. ¶ Beda. Reuolutum legit, quia eccleſiam miſſo ſpũ oẽm veritatem docuit. Plicatum miniſtro reddidit, quia non omĩa omnibus dicenda, ſed pro capacitate audientium committit doctori diſpenſandum verbum. e ¶ Teſtimoni. da. Teſtabantur, vt ipſe dixerat eũ eſſe de quo ,pphetæ cecinerant. verè ſpũſſancti gratia perunctũ verè ſe pauperes cæcos, captiuos. confractos, illius ſuper omnia indigere muneribus. f ¶ Medice. Sicut fabri filiũ, ita eadem erroris, dementia medicum vocant: ſed in errore illorum veritas latet. Verè em̃ erat filius fabri, qui per ipſum in principio omnia fecit, qui operatur in ſpũſſctõ & igni, q in magna domo hui⁹ mundi facit vaſa diuerſi generis. Eſt & me-
Matt. 9. b. dicus, qa p ipſum oĩa quæ in cælis & quæ ĩ terra ſunt reſtaurata. Qui de ſe dicit: Nõ eſt opus valentib⁹ medicus, ſed malè habẽtib⁹. g ¶ Cura teipſum. Quia in capharnaum plures te curaſſe audiuimus, cura etiam teipſum, & fac ſimiliter in tua ciuitate vbi conceptus es & nu

a ¶ Si minori reuelatum fuerit, ſenior taceat. b ¶ Ab illis qui Chriſti aduentum deſiderantes, etiam ipſius aduentus manifeſta indicia reliquerunt.
a & ſurrexit legere, Et traditus eſt il-
b li liber Iſaiæ prophetę. Et ut † reuol
uit librum, inuenit locum ubi ſcri-
c ptum erat † Spiritus domini ſuper me, eò quòd unxit me: euangelizare
¶ Vt, beati pauperes ſpiritu.
pauperibus miſit me, ſanare contri
a ¶ Iudęis de Pharaone, gentibus de Diabolo.
tos corde, prędicare captiuis remiſsi
a ¶ Tam Iudęis q̃ gentibus. b ¶ Vnxit, vel miſit
onem, & cęcis uiſum: dimittere con
a ¶ Iudęos lutum fabricando, gentes idolis ſupplicando. b ¶ Annus domini quatuor habet tempora. i. quatuor euangelia. Duodecim menſes. i. duodecim apoſtolos.
fractos in remiſsionẽ, prędicare an-
a ¶ Prędicare.
num domini acceptum & diem re-
a ¶ Iudicij.
d tributionis. Et cum plicuiſſet librũ, reddidit miniſtro, & ſedit. Et omnium in Synagoga oculi erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere
a ¶ Impleta eſt in hoc, quia ſicut illa prędixerat, & magna faciebat, & maiora euangelizabat.
ad illos: Quia hodie impleta eſt hęc ſcriptura in auribus ueſtris: & om-
e nes illi teſtimonium dabant, & mirabantur in uerbis gratię quę proce
a ¶ Tamen. b ¶ Scribę & Phariſęi inuidentes.
debant de ore ipſius: & dicebant: †
a ¶ Be. Magna cęcitas, eum quem verbis & factis Chriſtum eſſe cognoſcunt, ob ſolam generis noticiam cõtemnunt: quia apud ſe nutritum, & per ętatum tempora profeciſſe viderant.
Nõne hic eſt fili⁹ Ioſeph? Et ait illis: † Vtiq; dicetis mihi hãc ſimilitudinẽ:
a ¶ Quid prouerbium contineat aperit. ſ. Quãta. a. f.
f g Medice cura teipſum. Quanta audi

aliqualiter ṽba: ſed ſit eadẽ ſnĩa. Lucas aũt hĩc allegat ſcripturam prout habetur in trãſlatione. LXX. Circa qđ ſciẽdũ, φ Iudæi expectãt illa quæ promittunt̃ eis Iſa. ca. prędicto, ĩpleri p meſsiã quẽ expectãt futurũ, & dñaturũ toti mũdo tpalit̃, & eductur ũ Iudęos de captiuitate, & poſiturũ eos ĩ maxĩa gl̃ia & honore ſup oẽs gentes: ſed quia tp̃s aduẽtus Chriſti iã trãſijt iõ Chriſt⁹ hũc locũ cõueniẽter de ſeipſo expoſuit. di. Spũs do. ſu. me. i. me deducẽs: qa hũanitas Chriſti organũ eſt ipſi⁹ diuinitatis cõiunctũ, & iõ in oĩb⁹ mouebat̃ ſcđm diuinitatis inſtinctũ. d ¶ Eò φ unxit me. ab inſtãti cõceptionis plenitudine gr̃æ, Ex hoc em̃ φ humanitas Chriſti deitati cõiungit̃, plenitudine gr̃ę replet̃, ſcđm φ dr̃ Ioh. j. b. Vidimus eũ q̃ſi vnigenitũ à patre plenũ gr̃æ & veritatis. e ¶ Euangelizare pau. i. hũilibus qbus ſua doctrina ,pficit, non ſuperbis. f ¶ Sanare cõ. cõtritis p pniam dat̃ gr̃a ſanans vulnera peccatorũ. g ¶ Prædica. re. i. detentis in limbo, ad quos deſcẽdit & eos inde eripuit. h ¶ Et cæcis uiſum. i. Gentilibus excæcatis p errorẽ veram dei cognitionẽ, ſcđm φ dixit Simõ ſuprà. ij. de Chriſto: Lumen ad reuelationem gentium, &c. i ¶ Dimitte. conf. à põdere legis relaxando. de q̃ dicit̃ Actuum. xv. b. Cur tẽtatis imponere iugum ſup ceruices diſcipulorum, qđ neq; nos nec patres noſtri portare potuimus? k ¶ Prędicare an. do. ac. Iſte eſt ann⁹ paſsionis Chriſti, quo deus placatus eſt hũano generi ſoluta emenda primi peccati. l ¶ Et diem retri. i. diem iudicij,
D in quo vnicuiq; retribuetur ſcđm opa ſua. m ¶ Et cũ pli. lib. Hoc fecit ad oſtẽdendũ, φ libri ſacræ ſcripturæ ſunt reuerenter tractandi: vnde & Iudæi hanc reuerentiam faciunt libris veteris Teſtamẽti, φ nullo modo ſederent iuxta illos, ſedẽdo ita altè ſicut illi ſunt poſiti. Ex quo patet, qđ illi Chriſtiani ſunt valde reprehẽdẽdi, q nõ ſolũ libros veteris Teſtamẽti, ſed etiã noui, etiã ſacra euangelia ita irreuerenter tractant & irreuerentius q̃ libros gentiliũ damnatorũ. Aliqui etiã theologi dicta eorum cũ maiori pondere & certiori quotatione allegant in ſermonibus ſuis & in ſcholis q̃ dicta Chriſti & apoſtolorũ. n ¶ Et ſedit. vt exponeret maturè qđ ſtando legerat reuerẽter & deuotè. o ¶ Et oĩm &c. oc. in. in eũ. quia in facie eius quidam fulgor diuinæ gratiæ relucebat qui animos intuentium attrahebat. p ¶ Cœpit autẽ &c. imple. eſt. ſcilicet in ipſo, vt patet ex prædictis. q ¶ Et oẽs teſti. illi. da. videlicet φ illa ſcriptura in eo eſſet impleta. r ¶ Et mirabantur in uerbis gra. i. gratioſis. s ¶ Et dicebãt. Hĩc cõſequenter deſcribitur æmulatio contra eum. Licet enim illi de Nazareth primò recepiſſent verba eius reuerenter & gratioſæ, vt dictum eſt, tamen poſtea moti ſunt contra eum ex inuidia, deſpicientes eũ ,ppter paupertatẽ parẽtũ: qa licet eſſent nobiles, vt ſupra dictũ eſt ca. ij. tñ erãt pauperes. vnde dicebãt deſpectiuè. t ¶ Nõne hic ẽ fi. Io. vt patet Mat. xiij. & Marc. vj. ,ppt̃ qđ pauca miracula fecit ibi, quia erãt indigni, vt ibi dicitur. Vnde & eorum inuidia intantũ ,pceſsit, φ miracula eius dicebant eſſe falſa. Et hoc eſt qđ ſubditur: v ¶ Vtiq; di. mi. hãc ſimi. i. obiectionem à ſimilitudine ſumptam. x ¶ Medice cura teipſum. Sicut enim medicus verus citius & libentius ſeipſum curat & alios ad ſe pertinẽtes q̃ extraneos, ita dicebant ei: Si tu faceres vera miracula citius faceres ea inter propinquos tuos & in ciuitate tua quàm inter extraneos. Sed ipſe conſequenter reſpondit, quòd non dimittebat inter eos
facere miracula

C — Margin: † explicuit

## Nicolaus de Lyra.

a ¶ Et ſurrexit le. vt non prædicaret ſeipſum ṽbo ſuo tãtũ, ſed etiã teſtimonio ſacræ ſcripturæ. b ¶ Inuenit lo. Non à caſu, ſed à ,ppoſito, qa ſciebat paſſ⁹ ſcripturę loqntes de eo. c ¶ Spũs do. Hoc ſcribit̃ Iſa. lxj. a. Sed tamẽ in tranſlatione noſtra mutant̃
aliqualiter

Moraliter

* o ¶ Et oĩm in ſyna. ocu. e. inten. Nam illi qui ſunt meritò de numero fidelium, audiunt deuotè verbum diuinum. Sed de indeuotis ſubditur: s ¶ Et dice. nõne hic eſt filius Ioſeph. Hoc autem dicebant contemptibiliter, per quos ſignificantur illi qui ſermonem audiunt vel lectionem non ad ſuam ædificationẽ, ſed ad prędicatoris vel doctoris deriſionẽ, ,ppt̃ qđ arguunt̃ à Chriſto p duas hiſtorias veteris teſtamẽti, q̃rũ ſenſus moralis poſitus eſt. iij. * &. iiij. Reg.

cept⁹ es & nutrit⁹, Quod quare domin⁹ nõ fecerit, ali⁹ euãgeliſta
E oſtẽdit, & excuſat dominũ, dicẽs: Quia non poterat ibi vllã v̄tutẽ
Marc. 6. a. facere, niſi q paucos infirmos curabat: & mirabat̃ propter incre-dulitatem eorũ. Nõ ergo viluerat domino patria, q amabat ciues: ſed icredulitas eorũ hoc nõ merebat̃: & patria ſe charitate p̃ualebant deſpicientes Chriſtum quaſi notũ.
a ¶ Amẽ dico uo. Bed. Nõ ſolũ dñs & caput ꝓphetarum, quia à Moyſe ꝓpheta nominat̃: ſed & Elias & cęteri minores ꝓphetæ minus in patria q̃ in cæteris ciuitatibus ſunt honoratij: quia ꝓpe modũ naturale eſt ciues ciuib⁹ iuidere. Nec em̃ cõſiderãt præſentia viri opera, non virtutẽ, ſed fragilẽ recordant̃ infantiam, quaſi nõ & ipſi ꝑ eoſdẽ ætatis gradus ad maturã ætatẽ peruenerint. ¶ Hinc declarat̃, q fruſtra opẽ miſericordię cęleſtis expectes, ſi alienæ v̄tutis fructibus inuides Aſpernator em̃ dñs eſt inuidorum, & ab his qui diuina beneficia in alijs ꝑſequuntur, miracula ſuę virtutis auertit. b ¶ In dieb⁹ Eliæ. Bed. Q. Nõ eſt cõtrarium exẽplo ꝓphetarũ, q vobis meis ciuibus faſtidioſis diuina beneficia ſubtraho: qa ſicut tp̃e famis nemo in Iudæa eſt dign⁹
†4.Re.5.b. repertus hoſpitio Eliæ: ſed extere gentis
3.Re.17.b. vidua eſt quæſita, quæ à tãto ꝓpheta vi
4.Reg.5.b. ſitaretur. Et ſicut multis leproſis ibidem exiſtentib⁹ ſolus Naaman Syrus, qui deuote quæſiuit, eſt curatus: ſic & vos mõ qui me ex inuidia ſpernitis ſuperno mũere eſtis priuati, nõ cauſa meę impotentię vel inuidiæ. In diebus Eliæ. In quibus Elias eſt operatus. Vel quia diem faciebat illis qui in eius operibus lucem videbant gratiæ ſpiritualis, & cõuertebantur ad dñm. Et ideo aperiebatur cęlum vidẽ-
F tibus diuina myſteria, claudebatur qñ fames erat: quia nulla erat cognoſcendæ diuinitatis vbertas. c ¶ Viduã. Bed. Vi-
†Mat.7.d. dua ad quã Elias mittit̃, gentiũ figurat ec-
Mat.1.c. cleſiam, quæ à ſuo cõditore diuti⁹ deſerta, populũ rectæ fidei neſciuit, quaſi pauperem filium egena ſtipe nutriebat. i. v̄bo ſecularis ſcientiæ abſq; humilitatis fructu docebat: Quæ bene in Sarepta Sidoniorum fuiſſe dicitur. Sidonia enim venatio inutilis. Sarepta, incendium vel anguſtia panis interpretatur. Quibus omnibus Gentilitas exprimitur, quæ inutili venationi dedita id eſt lucris, & negotijs ſeculi ſeruiens incendium carnalium cupiditatum, paniſq; ſpiritualis anguſtias patiebatur, donec Elias, id eſt propheticus ſermo mittitur ad eum, qui in Iudæa fame periclitabatur. Clauſa cæli ianua, id eſt ceſſante ſcripturarum intelligentia pro perfidia Iudæorum. Venit ergo propheticus ſermo ad eccleſiam, vt receptus paſceretur & reficeret corda credentium. Vbi pri⁹ panis ſpiritualis erat in anguſtia, ibi farina & oleum ore prophetico benedicitur, id eſt fructus & hilaritas charitatis, vel gratia dominici corporis, & vnctio chriſmatis: indefectiuo v̄bi cæleſtis munere fœcundatur: & hactenus hæc munera, apud eccleſiã non deficiunt. Hæc mulier myſticum panem factura duo ligna colligit, in quo figuram crucis exprimit, in qua nobis vitæ æternæ præparatur panis. d ¶ Naaman Syrus. Beda. Naaman qui decor interpretatur, populum ſignificat nationum, olim perfidiæ ſcelerumq; lepra maculoſum, ſed ſacramento baptiſmi ab omni mentis & corporis fœditate purgatum. Qui captę concilio puellę, id eſt ſupernæ inſpirationis gratia (quam Iudęis ſeruare non valentib⁹ rapuere gentiles) commonitus, ſepties lauari iubetur: quia illud baptiſma ſaluat quod ſeptiformi ſpiritu regenerat. Vnde caro eius poſt lauacrum ſicut pueri apparuit, quia mater gratia, omnes in vnam parit infantiam. Vel factus eſt vt puer, id eſt exuto veteri homine conformatus eſt Chriſto, de quo dicitur: Puer natus eſt
Iſa.9.b. nobis, & filius datus eſt nobis. Partem ſanctæ terræ ſecum tuliſſe dicitur, quia oportet baptizatos dominici corporis participatione confirmari. e ¶ Et eiecerunt. Beda. Quod dominus de eis ſupra dixerat, hoc ipſi de ſe verum eſſe facto oſtenderunt, quia eijciunt extra ciuitatem nec ſalutem merentur, qui Saluatorem pellũt de ſuis finibus. f ¶ Et duxerunt. Bed. Peiores Iudęi diſcipuli
Matt.4.a. diabolo magiſtro. Ille verbo ait: Mitte te deorſum. iſti facto mittere conantur. Sed illorum mente mutata ſubitò, vel obſtupefacta deſcendit:

a ¶Q. Non credimus quod incerta fama vulgauit, cum apud nos nihil tale feceris, quibus conuenientius talia impendenda erant beneficia.

uimus facta in Capharnaum, fac & hîc in patria tua. Ait autem: † Amen

¶Q. dicat: Ideo non operor inter vos, quia vos increduli, non quia patriam oderim, cui beneficium meæ natiuitatis contuli.

dico uobis: quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. † In ueritate * dico uobis: multæ uiduæ erant in diebus Elię in Iſraël, quãdo clauſum eſt cęlum annis tribus & menſibus ſex, cũ facta eſſet fames magna in omni terra: & ad nullã illarum miſſus eſt Elias, niſi in ſarepta Sidoniæ ad mulierem uiduã. † Et multi leproſi erant in Iſraël ſub Eliſæo propheta: & nemo eorũ mundatus eſt niſi Naaman Sirus. Et repleti ſunt omnes in ſynagoga ira hæc audientes. Et ſurrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem: & duxerunt illum uſque ad ſupercilium montis, ſupra quem ciuitas illorum erat ædificata, ut præcipitarent eum. Ipſe autem tranſiens per medium illorum ibat. Et deſcendit in Capharnaum ciuitatem Galilææ, ibique docebat illos ſabbatis, † Et ſtupebant in doctrina eius: quia in poteſtate erat ſer-

G
ꝗa deſcendit: quia adhuc illis locũ pœnitentiæ reſeruat. Et quia nõdum venerat hora paſſiõis, nec elegerat hoc genus mortis. Qđ capitur à paucis & tenet̃, voluntatis eſt, qđ à populo nõ tenet̃, ſed trãſit maieſtatis eſt A paucis voluit crucifigi, vt non multorum eſſet ſacrilegium: ſed in autores crucis inuidia retorqueret̃, & à paucis affigeretur pro omnibus moriturus.
¶ Bed. Dicitur, q cũ dominus de manibus illorum elapſus per medium illorũ de rupis vertice deſcẽderet, atq; ſub ipſa rupe lateret, ſubitò ad tactũ veſtis illius ſaxum illud ſubterfugit, & ad inſtar ceræ reſolutũ quẽdã ſinũ q̊ dñicũ corpus reciperet̃ effecit. Tantæ vtiq; capacitatis, q̃n tæ ipſũ corp⁹ extitit quantitatis. In quo vſq; hodie vniuerſa liniamenta & rugæ veſtitis quæ à tergo dñi fuerãt: veluti diuini ſculptoris expreſſa manu ſeruantur. g ¶ Et deſcendit. Be. Nec indignatione cõmotus, nec ſcelere offenſus, nec iniuria violatus, Iudęam deſerit, ſed memor clementiæ nunc docendo, nunc liberando, nunc ſanando, i fide plebis corda demulcet. Quod ſabbatis maximè ſanat & docet, ſe non ſub lege, ſed ſupra legem eſſe docet, nec ſoluitur lex ſi fit renouatio hominis iam labentis. h ¶ Sabbatis. Bed. Sabbatis dominicæ medicinæ opera cœpta ſignificant ibi nouam creaturã incipere vbi vetus creatura ante deſinit: In quo etiam ſe creatorem oſtendit, qui opera operibus intexit & proſequit̃ op⁹ quod iam cœperat. Incipit autem à minoribus, vt ad maiora perueniat. liberare à dęmone etiam homines pñt, ſed i dei
H
verbo reſurrectionẽ mortuis imperare, ſoli⁹ diuinæ eſt poteſtatis. i ¶ Quia in pote. Bed. Sermo doctoris in poteſtate fit cum cuncta quæ docet operatur. Qui em̃ facto deſtruit qđ prædicat, contemnit̃. Vł ſcđm aliũ euãgeliſtã, erat docens illos ſicut poteſtatẽ habẽs, & nõ ſicut ſcribæ q de præceptis legis alios docebant. ſed Ieſus q̃ſi autor & impletor legis, vel mutabat

†Mat.13.g. Marc.6.a. Iohã.4.f.
† De iure iur. c. & ſi Chriſtus. 3.Reg.17.b
* autem

*Nicolaus de Lyra*

facere miracula ex impotentia vel falſitate aliqua, ſed ex eorũ malicia. Et ad hoc inducit ſacræ ſcripturæ exempla. Cum ſubdit: a ¶ In ue. &c. Mul. ui. &c. clau. eſt cæ. orõnib⁹ Eliæ, vt hr̃. iij. Rex. xvij. vbi iſta hiſtoria diffuſè tractat̃ quæ hic breuiter ponitur: b ¶ Et ad nul. il. qa nõ erãt ita deuotę ſicut illa mulier gẽtilis Sareptana. Et qa Elias ꝑſecutionẽ patiebat̃ i terra Iſrael, quæ debuiſſet ſibi eſſe grata. c ¶ Et mul. le. &c. & ne. il. mũ. ẽ. ꝓpt̃ eorum ingratitudinẽ erga deũ, qa regnũ Iſrł declinauerat ad idololatriam colẽdo vitulos aureos, q̃s fecerat Ieroboã. d ¶ Niſi Na. Sy. cui⁹ hiſtoria ponit̃. iiij. Reg. v. vbi deſcribitur bonitas ei⁹ añ curationẽ, cũ dr̃: Per illũ em̃ dedit de⁹ ſalutẽ Syriæ. Et poſt curationẽ fuit adhuc melior & valde gratus deo & Eliſæo, vt hr̃ ibidẽ. e ¶ Et re. ſunt oẽs in ſyna. ira. quia pręponebãt eis gẽtiles quos abominabantur ſicut canes. f ¶ Et eiecerũt il. extra. tanq̃ dignum morte, vt illũ interficerẽt, vt patet in litera. g ¶ Ipſe au. tran. virtute diuinitatis, qua poterat ſic ſe ſeruare illæſum quando volebat. Dicit autem Beda, quòd cum dominus de manibus eorum elapſus, de vertice montis deſcenderet, & ſub rupe latere vellet, ſubitò ad tactum dominicæ veſtis ſaxum illud ſubterfugit, & inſtar ceræ ſolutum quendam ſinum effecit, id eſt concauitatem, in quo dominicum corpus reciperetur. In quo loco omnia liniamenta & rugę veſtis & veſtigia pedum in rupe apparent adhuc ſicut teſtantur q viderunt. h ¶ Et deſcendit in Capharnaum. vt impenderet alijs doctrĩam ſacram, qua illi de Nazareth erant indigni. i ¶ Et ſtupebant in doctrina eius: quia in poteſtate erat ſermo ipſius. ſcilicet miracula faciendi, vt patet ex ſequentibus.
Et in ſynagoga
Moraliter * &. iiij. Regum in ſuis locis. e ¶ Et re. Per iſtos ſignificantur illi qui prædicatores veritatis perſequuntur, eo quòd dicũt eis diſplicentia. g ¶ Ipſe autem tranſiens per medium. non percutiẽs illos aut impellens, nec aliquo modo ſe vindicans. In hoc docens prędicatores euãgelij, vt nõ quęrant vĩdictã de iniurijs factis ſibi.
* Et in ſyna



mutabat vel augebat. a ¶ Et in ſynagoga. Bed. In ſynago-
A ga eſt homo habens ſpm̃ immundũ, quia ſpm̃ ſanctũ amiſerat. In-
Myſticè. troierat enim diabolus: vnde Chriſt⁹ ſpũalr̃ exierat. ¶ Myſticè. Homo in ſynagoga habẽs dęmoniũ, ꝑpl̃s eſt Iudæorũ q adeo improbi, vt negent quẽ diabolus cõfitetur. b ¶ Et exclamauit.
Moraliter. Moraliter. Oĩs amaritudo, & ira & clamor, immũdi ſpiritus furor eſt. Fornica-
†ſpiritũ dę tio, immũdicia, cõcupiſcẽtia mala, auari-
monij im- cia, febris illecebroſę carnis eſt. c ¶ Si-
mundi. ne. Be. Paululũ à me vexãdo quieſce, cui nulla eſt ſocietas cum noſtra fraude.
†Marc.1.c. d ¶ Quid nobis & tibi. Be. Extorta
1.Cor.2.b. confeſſio non habet meritũ: ſed eſt veluti fugitiui ſerui: qui poſt multũ tẽpus videns dominũ ſuũ, nihil aliud niſi de ver-
†Eia, Age. beribus deprecat̃. Sic dęmones ad ſe vindicãdos dñm veniſſe credẽtes, præſentia illius tormẽtant̃. e ¶ Ieſu Nazarene. Bona natura quæ deum confitetur, mala operatio diaboli, quę deo aduerſatur. ¶ Nota q nomẽ Ieſu Nazareni ab euã-
†ei geliſta diabolus primus dixiſſe inducit̃, quia eſt huius impudẽtiæ, vt inter hoĩes aliquid prius vſurpet: & ad hoĩes q̃ſi nouum deferat, quo errorẽ ſuæ potentię incutiat. In Geneſi etiã diabolus prim⁹ deũ
†Quis ſer- nominauit. f ¶ Scio te. Per opa po-
mo hic? tuit ꝓbari filius dei. Sed nõne dixit apl̃is
Hebraiſm⁹ Maiora facietis? Solutio, per opa. i. mo-
pro. Quid dum opationis. Alij dicebãt: In nomine
hoc, q &c. Ieſu &c. Ipſe dicebat: Tibi dixi. & cætera. g ¶ Obmuteſce. Beda. Quia per linguam ſerpẽtinã primò intrauit mors in mundũ, prius lingua ſerpentina occluditur, ne virus vltra ſpargat̃. Deinde fœmi-
†Mat.8.b. na quæ prima ſeducta eſt, à carnalis con-
Mar.1.c cupiſcẽtię febre eſt curata. Tertio vir qui
Gene.3.a dicta coniugis audiuit, à lepra curatur. h ¶ Et cũ proie. Be. Curandus ꝑmittitur à dæmone in mediũ ꝓij̃ci, vt virt⁹ patefacta plures ad ſalutem inuitet. Beda.
†increpa- Marcus ait: Et diſcerpens eũ ſpiritus im-
uit febrẽ. mũdus, & exclamans voce magna eij̃t ab
Mar.1.c eo. Et hoc eſt quod Lucas ait: Et cũ proie-
†quot q̃t ciſſet eũ in medium. Sed nihil nocuit illa
B iactatio, nec eum debilitauit, ſicut ſolent exire dæmones quibuſdã mẽbris ampu-
†Mar.3.b. tatis vel euulſis. Vnde etiã ꝑ tã integra
Moraliter. reſtauratione etiã nõ credentes ammirãtur. ¶ Be. Moraliter. Homo à dęmonio
*Chriſtus. liberatur, cum animus ab immũda cogitatione purgatur. Fœmina à febribus curatur, cum caro à concupiſcentiæ feruore refrenatur. i ¶ Et uirtute. Non vt homines qui in verbo dei dæmonia eij̃-
E ſeruitutis in timore premūt, domino ſupplicant, vt eis paulatim ad ſuperiora ꝓuectis, pfecta dilectio foras mittat timorē. ¶ Matthæus dicit, cēturionē acceſſiſſe, qđ ꝑ fidē intelligēdū eſt, Per fidē enim verè ad deū accedit, quę in centurione à domino commendat. Non inuenit t. fi. in Iſrael. Porrò Lucas ordine quo geſtū eſt exequitur, vt itelligere cogeremur, quō eū acceſſiſſe dicit Matthæus. a ¶ Gentem noſtrā. Myſticè. Gētilis popul⁹ (cuius figurā geſtat cēturio) nō longè habet à domo Ieſum: tametſi ſub tecto inuitare nō audet, qa ꝓpe timēres eū ſalutare ipſius. Qui naturali lege rectè vtitur, vt bona quæ nouit opatur, eo illi qui vere bonus eſt appropiat. At illis quos error gētilitatis crimina vinxerant aptari poteſt, qđ alibi dicit: Quidā enim ex his de lōgè venerūt. b ¶ Ieſus autē ibat. Solo verbo potēter curaturus, ad humilitatis cōmēdationē viſitare dignatur lāguētem, & qui ad ſanandū reguli filium ire noluit, ne diuitias honoraſſe videretur, ad ſeruū vadit, ne ſeruilem cōditionem ſpreuiſſe putaret. Elucet fides in operib⁹ dum ſanat: ſed plus operatur humilitas in affectibus, dum vadit. c ¶ Nō ſum arbitratus. Propter vitæ gentilis conſcientiā: grauari ſe magis dignatione putauit dñi ꝙ iuuari: nec poſſe habere hoſpitē Chriſtū, cuius & ſi fide prædit⁹: nōdū tamē ſacramentis imbutus. Sed quia qđ infirmitas humana nō præſumit, diuina gratia dare nouit, in figuram gentilis populi, & ſuam fidem nondū cathezizatus à dño laudari & famulū ſanari ꝓmeruit. d ¶ Nā & ego. Si ego homo ſub alio poſſum impare minorib⁹: quantò magis tu qui ſuper oīa habens famulātes angelos, potes per eorū miniſteria ſine corporis præſentia dicere infirmitati vt recedat & recedet: & ſanitati vt veniat, & veniet. e ¶ Nec in Iſrael. Fides iſtius etiam electiorib⁹ & deū videntib⁹ antefertur. Etiā in iſto vno, fides gentiū præfertur Iſraeli. f ¶ Et reuerſi ſunt. Matthæus planius explicat, ꝗ dicēte domino: Sicut credidiſti fiat tibi: ſanatus ſit puer. Sed mos eſt beato Lucę ab aliјs planè expoſita breuiare, vel etiā de īduſtria præterire quæ breuiter dicta ab aliјs: vel omiſſa ſolertius dilucidare. g ¶ Inuenerunt ſer. Credēte dño ſanat ſeru⁹: qa poteſt meritum dñi etiā ſeruis ſuffragari: nō tātū fidei merito: ſed etiā ſtudio diſciplinæ. h ¶ Et factū eſt &c. Poſt ſanatum infirmū ſuſcitat mortuū, qa infirmitas præcedit mortē. i ¶ Quę uocatur Naim. Naim eſt ciuitas Galileæ ī ſecūdo miliario à Thabor cōtra meridiē iuxta Endor qui eſt vicus grandis. Naim autem interpretatur fluctus vel commotio. k ¶ Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis &c. Be. Cum verbum caro factum, gentilem populum per portas fidei ad cæleſtem Ierusalē induceret, ecce Iudaicus populus minor, propter perfidiam defunctus effertur: quem mater eccleſia nil in mundo quaſi proprium poſſidens, multis populorum turbis circumſepta: pio affectu plorat: & ad vitam piјs lachrymis reuocare laborat. Quod & interim in paucis Iudæorum conuerſis: & tandem in plenitudine impetrat. l ¶ Ecce defunctus efferebatur &c. Defunctus, qui coram multis extra portam effertur: ſignificat criminaliter peccantem: & peccatum non cordis cubili tegentem, ſed indicio operis vel locutionis, quaſi per oſtia ſuæ ciuitatis aliјs propalantem: Quem ſicut vnicum deflet mater eccleſia, quæ licet ex multis collecta perſonis: vna eſt tamen virgo mater eccleſia, ſinguli autem filiј: Porta qua effertur, aliquis eſt de ſenſibus quo aliquis in peccatum corruit: Vt qui videt ad concupiſcendum, qui aurem ocioſis vel turpibus audiendis: qui linguam commodat litigiјs. m ¶ Filius vnic

Margin: 1. Iohā.4.d — Mat.8.a. — Myſtice — † ſtudioſè, ſedulò — † idoneus, ſufficiens — Mar.8.a — Iohā.4.g — † Quibus auditis — ⁎ eum — † Mat.8.b — F — Mat.8.b — † multi

ut ueniret, & ſanaret ſeruum eius. At illi cùm ueniſſent ad Ieſum, rogabant eū † ſollicitè dicentes ei: Quia † dignus eſt ut hoc illi præſtes: Diligit enim gentem noſtram, & ſynagogam ipſe ædificauit nobis. Ieſus autem ibat cū illis. Et cùm iam non longè eſſet à domo, miſit ad eū centurio amicos, dicens: † Dòmine, noli uexari. Non enim ſum dignus, ut ſub tectum meum intres: propter quod & meipſum non ſum arbitratus dignum, ut uenirem ad te: ſed dic uerbo, & ſanabitur puer meus. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites: & dico huic uade, & uadit: & alio ueni, & uenit: & ſeruo meo fac hoc, & facit. † Quo audito Ieſus miratus eſt ⁎: & conuerſus ſequentibus ſe turbis dixit: † Amen dico uobis: nec in Iſraēl tāntam fidem inuēni. Et reuerſi qui miſſi fuerāt domum, inuenerunt ſeruum qui languerat, ſanum. Et factum eſt deinceps, ibat Ieſus in ciuitatem quæ uocatur Naim: & ibant cum illo diſcipuli eius, ⁎ & turba copioſa. Cùm autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius † unicus matri ſuæ. Et hæc uidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cū uidiſſet dominus, miſericordia motus ſuper eā, dixit illi: Noli flere. Et acceſsit & tetigit lòculum.

a ¶ Militari tumore depoſito, reuerentiam ſumit, ad fidem facilis, ad honorificentiam promptus.

¶ Magna fides quæ dei dicere credit eſſe facere.

¶ Ita angeli tibi ſeruiunt.

a ¶ Quod ſuam intelligit maieſtatem. ¶ Non vt turbati animi, ſed docentis nos, quos opus eſt moneri de huiuſmodi mirari.

a ¶ Præſentis temporis. Inuenit enim in antiquis.

b Etſi a prophetis edocti.

a ¶ Vidua eſt eccleſia quæ ſponſi morte redēpta, ab ipſo peregrinatur tēpore ſui incolatus.

a ¶ Miſericordia mouetur. Ecce imitandæ pietatis exemplum. Poſtea ſuſcitat, in hoc fides mirandæ poteſtatis aſtruitur.

a ¶ Mortuum quem mox reſurgere videbis.

lius uni. Amb. Adam de terra portatā quatuor elementis, vnde homo cōſtat. Tangit loculus à deo. i. lignum crucis, quia periјt Adam per lignum paradiſi. Homo à terra portatur, quādo ſola terrena cogitat vel quādo æger eſt, & ambulare non poteſt. Ab aqua portat, quādo luxuriari cogitat, vel quādo præ nimio frigore corpus tangi non poteſt. Ab aere portatur, quādo omnia pro laude humana facit, vel quādo pro ęgritudine flare non poteſt. Ab igne portat, quādo auariciam cogitat, vel quādo pro nimia febre tāgi non poteſt. n ¶ Et tur. Multi cum domino, multi cùm vidua: vt viſo miraculo multi dei laudatores & teſtes fiant. o ¶ Tetigit locu. Loculus quo effertur, ſecura deſperati peccatoris eſt cōſcientia, quem fert ſepeliendum vel immūda deſideria vel adulantium blandimenta, quæ quaſi agger terrę peccantes obruūt. Sed domino tāgēte conſcientiam peccatoris, futuri metu iudiciј. De cōſe. turba carnalium voluptatum, & iniuſtarum laudationū coercet, & mēs ad ſe reuerſa, deo vocanti ad vitam occurrit, & reſpondet obediendo ſaluatori. ¶ Loculus quo defertur, corpus eſt humanū. Portatores, ſunt mali mores, qui ipſum corpus ad mortē trahunt. Sed Ieſus loculum tāgit, cū fragilē naturā in ligno crucis eri

Margin: G — Hō quatuor elemētis portatur & quo modo — † Mat.8.a. 23.q.j.c.noli. De cōſe. diſ.2.c.quotidie

## Nicolaus de Lyra.

quodāmō ꝑ noſipſos. a ¶ Vt ueniret & ſana. Centurio non rogabat, vt veniret ad ſanandum, vt patet ex litera ſequenti: ſed ſeniores Iudæorum miſſi hoc petierunt pręter centurionis intētionem credentis qđ ſolo verbo poſſet eum curare abſque præſentia corporali. b ¶ Diligit enim. Id eſt Iudæos: Ex ꝙ patet, quod erat gentilis poſitus ibi ad cuſtodiam terræ à principib⁹ Romanis. c ¶ Et ſynagogam ipſe ædificauit. Licet enim haberent vnum locum tantum ad offerendum ſacrificia & oblationes ſcilicet templum quod erat in Ieruſalem, tamen in ſingulis ciuitatibus & caſtris habebant loca, in quibus conueniebant cauſa orationis & audiendi verbum dei: quæ ſynagogæ vocabant. e ¶ Inuenerunt ſeruum qui languerat ſanatum. ex verbo Chriſti abſentis vt habet Mat. viiј. f ¶ Et factum eſt deinceps. Hic conſequenter deſcribit miraculum de filio viduæ reſuſcitato. g ¶ In ciuitatē quę uocatur Naim. Ciuitas parua eſt in Galilæa prope mōtē Thabor. h Et ibant cū illo diſcipuli eius & turba. Hoc factum eſt, vt euidentius eſſet miraculum coram multis factum. i ¶ Ecce defunctus efferebatur filius unicus ma. ad ſepeliendū. Antiquitus enim loca ſepulturæ erant extra ciuitates, ne ex cadaueribus interficerentur habitatores ciuitatum. k ¶ Miſericordia motus ſuper eam dixit. Tum quia erat vidua: Tum quia non habebat alium filium à quo poſſet in ſenectute ſuſtentari. l ¶ Noli flere. Quaſi dicat Cito conſolata eris. m ¶ Et acceſſit & tetigit loculum. id eſt feretrum. Ad hoc enim tetigit, vt oſtenderet, qđ corp⁹ ſuū diuinitati vnitū erat inſtrumētū, diuinitatis etiā in miraculis faciēdis. De mō aūt cooperādi ad hoc dictū fuit. Mar. v.

Et cœpit

⁎ d ¶ Nec in. Et ſic puer eius ſanat. f ¶ Et factū. Sequitur. i ¶ Ecce defū. Per iſtū defunctū ſignificat mortuus ꝑ mortale peccatū. Ei⁹ mater eſt eccleſia. Portitores hui⁹ funeris, ſūt facto vł ꝟbo fouētes hominē ī pctīs. Porta ꝑ quā effert mortu⁹, eſt exterior ſenſus peccati manifeſtatiu⁹. Iſa. iiј. b. Peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerūt, nec abſconderūt. Talis enim mortu⁹ per peccatū mortale ſuſcitat miſericorditer à deo ꝑ preces eccleſiæ.

⁎ Et nunciauerunt

Margin: H — † vnigenit⁹. — Moraliter



A cis erigit. Tūc ſtant funeris portatores, quia non valēt ſicut prius ad mortem trahere, tūc loquitur Ieſus. i. monita ſalutis infundit. Quo verbo audito lāguidus ad vitā erigit, & loquit de eo bonis actibus: & ſic redditur matri. a ¶ Et reſedit. Tres mortuos ſuſcitauit domin⁹. Filiā archiſynagogi ī domo. i. ī cogitatione. Filium vnicum matris in porta. i. in verbo Lazarum in monumēto. id eſt in opere. b ¶ Viſitauit. Dum & verbum ſemel incorporari conſtituit, & quotidie ſpiritum ſanctum in corda hominum, vt ſuſcitent mittit. c ¶ Et nūciauerūt. Ambro. Non ſimplici corde, ſed inuidia ſtimulante. Vnde alibi quærunt dicentes: Rabbi qui erat tecum trans Iordanē cui teſtimonium perhibebas, ec. hic ba. & omnes ve. ad eum. Quibus tunc reſpondit Iohannes: Quia non poteſt homo accipere quidquam, niſi fu. ei da. de cælo. Quibus verbis ſe purum hominem, & Ieſum dei filium declarabat. ¶ Ambro. Sed qa inuidia ad huc expelli nequibat mittit eos ad Ieſum vt hac occaſione videant ſigna, & correcti credant in Ieſum & magiſtro interrogāte ſibi dicant: Tu es qui venturus es? ¶ Beda. Gregorius. Non ait, qui veniſti: Q. Cū ab Herode īterficiendus, & ad inferna ſum deſcenſurus, debeo te nunciare inferis qui nunciaui ſuperis? An conueniat filio dei mori, an alium ad hæc ſacra miſſurus es? Potuit enim vates pius quem venturum prædixerat nō credidiſſe moriturū, nec fide ſed pietate dubitauit: qa lapſus amoris fidem non impedit, talis enim lapſus eſt religioſus. ¶ Allegori. Iohannes figura eſt legis, quę pręnuncia Chriſti, pectoribus perfidorum quaſi carceribus luce vacuatis incluſa tenebatur, ne plenum teſtimonium dominicæ diſpenſationis ſine euangeliј atteſtatione proferret. Mittit ergo diſcipulos ad Chriſtum, vt ſupplementum ſciētiæ aſſequantur: qa plenitudo legis eſt Chriſtus: vt qa plęrumqꝫ nutabant dicta ſine factis, eo fideles plenior geſtorum teſtificationibus quàm verborū ſpōſionib⁹ exhiberetur: & quę tunc in pectorib⁹ Iudęorū velut obſcurata lege nutabat, eo ipſo ſpectaculo dominicę crucis, & pleno reſurrectionis teſtimonio panderetur. Qđ ergo lex dubiè Chriſtum venturum nūciat, euāgelium vbi tot miraculorum exhibitionē veniſſe certiſſimè cōfirmat. d ¶ Et reſpon. Sciēs Ieſus neminē ſine euāgelio plenè poſſe credere, quia ſicut fides à veteri incipit Teſtamēto, ita īplet in nouo. Interrogat⁹ de ſe, nō ꝟbo aliquo, ſed factis ſe eſſe ſignauit, nō reſpondens ad ea quæ interrogabātur, ſed ad ſcandalum nunciorum. e ¶ Cæci uident. Ecce plenum teſtimonium, qđ ſit filius dei. Hæc enim ante euangelium vel rara vel nullla. Vnde Tobias oculos recepit: & hoc fuit angeli, non hominis medicina. Elias mortuum ſuſcitauit, ipſe tamen rogauit & fleuit. Eliſæus leproſū mundari fecit, non tamen ibi valuit præcepti autoritas, ſed myſteriј figura. Sed quia adhuc iſta ſunt dominicę teſtificationis parua exempla, addit poſt ſupradicta de cruce, & obitu, & ſepultura, qđ eſt plenitudo fidei. Nullū em̄ mai⁹ diuię pſōę ē teſtimoniū, ꝙ toto ſe vnū obtuliſſe ꝓ mūdo, hoc ſolo, plenè dñs declarat, ſicut etiā à Iohāne declarat⁹ eſt: Ecce agn⁹ dei ecce q tollit peccata mūdi. f ¶ Beatus. Q. Mira quidē facio ſed abiecta pati non dedignor, & cauēdū ē hoib⁹, ne ī me deſpiciāt mortē, q ſigna venerāt. g ¶ Qui nō. Gre. Qui de potētia diuītatis nō dubitauerit, Hoc nō cōtra Iohānē, quē mox à deo cōmēdat, ſed non credētes à perfidia reuocat, & Iohāni expoīt qđ quęrebat: qa de⁹ ſaluos faciēdi, & dñi dñi ex. mortis. Viſis tot ſignis & ꝟtutib⁹ fidelis non potuit

Margin: Mar.5.c. — Lucæ.7.c. — Ioh.11.f. — † Adoleſcētule — De pę. diſt. 1.c. fleat. & diſ.3.c. adhuc. & diſ. 6.c.1. — Io.3.c. — Ibidem — † Mat.11.a. — B — Allego. — † erat — † flagellis — Roma.13.c. — † Mat.11.a. — Tobi.11.c. — 3.Reg.17.d — 4.Reg.5.d. — Io.1.d. — Pſal.67.c.

Hi autem qui portabant ſteterunt: & ait: † Adoleſcens, tibi dico ſurge. Et rēſedit qui erat mortuus: & cœpit loqui: & dedit illum mātri ſuę. Accepit autem omnes timor, & magnificabant deum dicentes: Quia propheta magnus ſurrexit in nobis: & quia deus uiſitauit plębem ſuam. † Et exiјt hic ſermo in uniuerſā Iudęam de eo. & omnem † circa regionem. Et nunciauerunt Iohanni diſcipuli eius de omnibus his. Et conuocauit duos de diſcipulis ſuis Iohannes, & miſit ad Ieſum, dicens: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Cum autem ueniſsēt ad eum uiri dixerunt: Iohannes baptiſta miſit nos ad te, dicens: Tu es qui uenturus † es, an alium expectamus? In ipſa autē hora curauit multos à languoribus & † plagis. & ſpiritibus malis, & cęcis multis donauit uiſū. Et reſpondens dixit illis: Euntes † renunciate Iohanni quę uidiſtis & audiſtis: † Quia cęci uident, claudi ambulant, leproſi mundātur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pāuperes euangelizantur: & beatus eſt † qui non fuerit ſcandalizatus in me. Et cū diſceſsiſſent nunciј Iohannis, cœpit dicēre de Iohanne ad turbās: Quid exiſtis in deſertum uidere: arundinem uento agitatam? Sed quid exiſtis uidere? Hōminem mollibus ueſtimentis indutum. Ec

a ¶ Interna compunctione reuiuiſcens.

a ¶ His qui peccatum luxerant, vitā re lucere indicās.

b ¶ Sacerdotali iudicio, ſociatus communioni eccleſię.

¶ Quanto deſperatior mors animę ad vitam reuocatur, tanto plures eodem corriguntur, & pietas domini maior intelligitur.

¶ Hoc dicite.

a ¶ Spiritu vel operibus illuminantur, vt in prędicatione nulla ſit diſtantia inter pauperes & diuites.

¶ In hoc nuncios percutit.

a ¶ Ne turbę, Iohannem liuore motum ſuſpicarentur, & vt ſciant eum quęſiſſe, non ſibi ſed diſcipulis. b ¶ Quę neſciebant myſterium interrogationis eius.

¶ Qui omni vento agitatur, vt leuitate mentis de me ambigat quem prędicauit.

a ¶ In vana gloria ductus lucra quęrit, pro dapibus vel veſtibus, qui locuſtis vixit, & pilis camelorum induitur.

nō potuit, de morte ei⁹ dubitare ſed admirari: ſed infideliū mens ſcandalum in illo pertulit, cum & poſt miracula moriērē vidit. b ¶ Quid. Vbi monui diſcipłos Iohānis ī crucē dñicā eſſe credēdum cōuerſus ad turbas, ad ꝟtutē pauperes ꝓuocat, ne exaltati corde, mēte īſtabiles, cōſilio īfirmi, ſpecioſa vtilib⁹, ęternis caduca pręferrent, ſed crucē potius ꝙ mundi phaleras tollant. Et ideo laudat perſonā Iohānis, qui poſthabito amore vitæ etiā iuſticiæ formam nec mortis timore mutauit. ¶ Deſerto mūdus comparatur, quia adhuc incultus & ſterilis, in quē nō eſt ita prodeundum, vt homines mente carnis inflatos, & virtutis vacuos, & de fragilis mundi gloria iactantes, putem⁹ eſſe imitandos. i ¶ Arundinem uen. Be. Per arundinē carnalis animus, q cū fauore vel detractione tāgitur, in quam libet partem inclinatur. Sed Iohannes non eſt arundo vento agitata qa illū nec gratia blandum, nec cuiuſlibet ira faciebat aſperum, nec ꝓſpera erigebant, nec aduerſa inclinabant. k ¶ Quid exi. Bed. Quomodo in deſerto Iohannē videre cupiebant, qui erat clauſus in carcere? Tot⁹ ergo hic ſermo ſpūalit eſt ītelligendus. l ¶ Mollibus ueſtimentis indu. Per veſtem, corp⁹ humanū intelligitur. Prophetico ergo exēplo ad ꝟtutē ſubeūdę virtutis hortat: Ecce qui in veſte pręcioſa. Quibus fluida diuitiјs membra ſoluuntur.

Margin: C — † circūiacētem — D — † Erat

## Nicolaus de Lyra.

a ¶ Et cœpit. vt manifeſtè appareret, qđ erat verè reſuſcitat⁹, & nō apparēter tamū Vt & de Simone mago legitur, qđ apparēter reſuſcitauit quēdā mortuum q tamē loqui nō poterat: per qđ apparuit illā reſurrectionē fuiſſe tātū apparenter. b ¶ Quia propheta magnus ſurrexit in nobis. Id eſt, ille magnus ꝓpheta, de quo dicit Deute. xviij. c Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorū &c. Quod intelligit de Chriſto in lege & ꝓphetis promiſſo, & ideo ſubditur. c ¶ Et. quia deus uiſitauit plebem ſuā. mittendo eis ſaluatorem. d ¶ Et nunciauerunt Iohanni. Hic conſequēter ad confirmatioē doctrinæ Chriſti ponunt miracula corā diſcipulis Iohannis facta, cū ſubdit: e ¶ In ipſa autē hora curauit mul. & per hoc reſpondit quæſtioni Iohannis oſtendens quòd ipſe eſſet verus Chriſtus per miracula ſoli diuinæ virtutis poſſibilia ideo ſubditur: f ¶ Et reſpondens dixit illis &c. Conſequenter ponitur Iohannis cōmendatio, cū dicit: h ¶ Et cū diceſſi. Magis enim voluit Iohannem commendare in abſentia diſcipulorū ei⁹ quā in pręſētia. vt eius cōmendatio nō ex fauore humano, ſed amore veritatis procedere videretur. Cætera, autem patent ex dictis Math. xj. vſque ibi.

Et omnis

⁎ d ¶ Et nunciauerunt Iohanni diſcipuli eius de omnibus his. Per Iohannem qui ſupra, iiј. ca. dixit de Chriſto: Veniet fortior me poſt me. ſignificatur vetus Teſtamentum, quod in prophetis denunciauit Chriſti aduentum. Per Chriſtum autem ſignificatur nouum, quod eſt veteris impletiuum. De Chriſto verò dicitur Iſaiæ. lxj. a. Spiritus domini ſuper me, eo qđ vnxerit me. Sequitur: Vt mederer cōtritos corde &c. Et hęc oſtēdit Chriſt⁹ diſcipulis Iohānis eſſe cōpleta dicēs: g ¶ Eūtes. In hoc etiā īformauit prędicatores euāgeliј & doctores, vt nō ſolū ꝟbis doceāt, ſed etiā factis. h ¶ Et cū. Per hoc docuit nos fugere notā adulatiōis ī cōmendatiōe aliorū & maximè magnorū ī eorū pręſētia: talis erat Iohānes baptiſta ſicut dicit poſteà

Margin: † nūciate — † quicūqꝫ — Moraliter



⁎ Maior in

E bra ſoluunt: exteros cęleſtis regni, ſub iure diabolorum (qui ſūt reges tenebrarū) intra habitacula huius mūdi cōſeneſcunt. ¶ Allego. Iohannes nō fuit mollibus indutus, qui vitam peccantium non blandimētis fouit, ſed aſperè increpauit. ¶ Gregorius. Nota. Rigida vita & prædicatio, debet palatia molliū declinare, quæ frequentant mollib⁹ īduti adulātes. Nemo putet in fluxu & ſtudio veſtium peccatū deeſſe, alioquin de aſperitate veſtiū nō laudaret. ¶ Officiū ꝓphetę eſt vētura prædicere, nō etiā demōſtrare. Maior ꝓpheta in q̄ finis ꝓphetarū. a ¶ Pluſquā pro. Quia angel⁹. Nō natura ſed officio, q ſupnū iudicem nūciare mittit. b ¶ Dico autē. In hoc nō prefertur patriarchis & cunctis hoībus, ſed æq̄lis cæteris factis oſtēdit. c ¶ Qui au. Omnis ſanct⁹ qui iā eſt cū deo, maior eſt eo q adhuc eſt in mūdo. Vel, Ego: quē minorē facit multorū opinio, in eccleſia ſāctorū illi prælat⁹ ſum. Vel nouiſſimus angel⁹ cæli, melior eſt quouis hoīe. d ¶ Et oīs po. Si hoc à dño dictū eſſe intelligit: Audiēs Iohānem, ppl's intelligit eſſe deſignat⁹: Si ab euāgeliſta dicit interpoſitū. Audiēs ipſū dominū, de Iohānis magnitudine diſputātē, reſtat intelligi. e ¶ Iuſtifica. Iuſtificat de⁹ per baptiſmū, dū homines propria peccata cōfitēdo ſe iuſtificant, ſicut ſcriptū eſt: Dic tu iniquitates tu. vt iuſti. Et iuſtificat in eo, q nō p cōtumaciā confutat, ſed p iuſticiā dei mun⁹ agnoſcit. Iuſtus em̄ dominus & iuſticias dilexi. In eo ergo iuſtificatio dei eſt, ſi nō ad īdignos & noxios, ſed ad īnocētes p ablutionē factos, etiā ad iuſtos videat ſua munera cōtuliſſe. Qui ergo confitetur deo peccatū, iuſtificat deū, cedēs ei vincēti, & ab eo gratiā ſperās. In baptiſmate ergo iuſtificatur deus, in quo eſt confeſſio & venia peccatorum. f ¶ Cui ergo &c. Laudato Iohanne: tranſit ad increpādum illos qui nec prædicatione Iohannis moti ſunt, vel ipſi⁹ Chriſti prædicationē deſpiciunt. g ¶ Similes ſunt pueris. Pueri, doctores ſunt ſpiritu humiles. Forum, ſynagoga, vel ipſa Ieruſalem: in qua iura præceptorū dei condebantur, quia contribulibus ſolebant exprobrare, qd' nec pſalmis allecti ad laudes dei aſſurrexerunt corde deuoto, membrorum agilitate (quod notat ſaltus) nec Threnis (id eſt lamentationibus prophetarū pro excidijs iam factis vel faciendis) ad pœnitētiam ſunt conuerſi. h ¶ Cantauimus. Nuptiale carmen, vbi verbo anima, ſpiritui caro nubit. In his nuptijs Dauid nos voluit ludere dicēs: Exultate deo adiutori noſtro, iubilare deo Iacob. Su. pſal. & da. tym. Quaſi: In ipſo actu nuptiarum poſitus ꝓpheta quadam lætitia ſaltat. Sed non audiuit populus meus vocem meā, & Iſrael nō in. m. i ¶ Venit filius hominis mā. Venit ſicut tunc, ita & nunc, vtramq; viam ſalutis reſpuitis. Lamentauimus ad Iohannem, cantauimus ad Chriſtum. k ¶ Iuſtificata eſt ſapientia. Oſtendit filios ſapientiæ intelligere, nec in abſtinando nec in mā ducando eſſe iuſticiam: ſed in æquanimitate tolerandi inopiam & temperantia, non ſe corrumpendi per abundantiam. Non eſt regnum dei eſca & potus. Quorum non vſus, ſed concupiſcentia reprehendit. Iuſtificata &c. Quidquid me putetis, ego tamen dei virtus & dei ſapientia iuſtè facere intelligor ab apoſtolis, quibus pater reuelauit quæ prudentibus abſcondit. l ¶ Roga. Sicut propoſuerat verbis, ita factis etiam aſtruit iuſtificatam ſapientiam ab omnibus filijs quia etiam à Maria pœnitēte poſt culpam. m ¶ Quidam de phariſæis. Myſticè. Phariſæus de falſa iuſticia præſumens Iudaicum populū ſignat, qui dominum ad conuiuiū inuitat, quia quē veniente nō credidit, vēturū ſperare nō deſijt. Sed adhuc cū voto dicit: Excita potentiā tuā, & veni. Dom⁹ phariſæi, lex & ꝓphetæ, in quib⁹ ille populus manſionē habere gloriabat. Quam domū in carne apparēs ingredit, qa nō venit legē ſoluere, ſed adimplere. Diſcūbit, qa in maieſtate ſua non intellectus, per formā ſerui viſibilis eſt factus. Cognoſcit aūt gētilitas immūdis actibus dedita per famā apłici ſermonis, ꝙ miſit deus fi. ſu. fa. ex mu. fa. ſub le. Nō vt phariſę⁹, qui tm̄ literā attēdit, iuſtificet. Sed domus. i. nos q gratiā ſpiritus in lege ſequimur, qui nō vituperam⁹, ꝙ peccatores recipit: ſed laudam⁹, ꝙ peccatores iuſtificat. ☞ In domo

Marginalia: Allegori. — †excellētiorē ꝓpheta — †Mala. 3. b — Mat. 11. b. — Marci. 1. a. — *ego — Mat. 3. b. — Iſa. 43. d. — Pſal. 10. b. — †Mat. 11. b — Pſal. 80. a. — †tibijs — Ibidem. c. — *vobis — Rom. 14. c. — Myſticè — G — Pſ. 79. a — Mat. 5. b — Gal. 4. a

¶ Qui ponūt puluinaria ſub cubito, qui vitam peccantium palpant non pungunt.
ce qui in ueſte precioſa ſunt, &
¶ Vbi aliquid venentur.
in delicijs, in domibus regum ſunt. Sed quid exiſtis uidere? Prophetam? Vtique di-
a ¶ Qui me venturum non tantum predixit, ſed etiam digito demonſtrauit.
a co uobis, & † plus quàm prophetam. Hic eſt de quo ſcri-
¶ In Malachia.
ptum eſt: † Ecce * mitto an-
¶ Nuncium.
a ¶ Manifeſtationem.
gelum meum ante faciem tuam
a ¶ Peruia reddat tibi corda auditorum per pœnitentiam predicando & baptizando.
qui preparabit uiam tuam an-
a ¶ vt ſummam virtutum eius conprehendam.
b te te. Dico enim uobis: ma- a
a ¶ Non virginis. nulla enim collatio cū filio dei
ior inter natos mulierum propheta Iohanne baptiſta ne-
a ¶ Tempore.
c mo eſt. † Qui autem minor
a ¶ Dignitate.
eſt in regno dei, maior eſt illo.
d Et omnis populus audiens & b c
e Publicani iuſtificauerunt de- d um, baptizati baptiſmo Iohannis. Phariſæi autem & legiſ-
¶ Quo mundū per paſſionē Chriſti ſaluare decreuit.
a ¶ Vel contra: quia qui gratiam dei reſpuit contra ſeipſum facit. Vel, ad ſeipſos miſſum dei conſilium, ſtulti & ingrati reſpuerunt.
periti conſilium dei ſpreuerunt in ſemetipſos, non baptizati ab eo. Ait autem dominus: e
f Cui ergo ſimiles dicam homi- f
a ¶ Tot monita ſalutis reſpuentes. b ¶ Iudaicę.
nes generationis huius, & cui
a ¶ Monitoribus.
g ſimiles ſunt? Similes ſūt pue-
a ¶ Vbi lex & iura promuntur.
ris ſedentibus in foro, & † lo-
a ¶ Ad illos quos monent.
quentibus ad innicem, & di-
h centibus: Cantauimus uobis † tibijs, & non ſaltaſtis: lamen-
a ¶ vt conuerteremini in toto corde veſtro in i. &. f &c ſed ſtultus populus me non cognouit.
tauimus, * & non ploraſtis. † Venit enim Iohannes baptiſta
a ¶ Exemplo abſtinentię ſuę pœnitētiam vobis indicens, & noluiſtis humiliari cum illo.
neque manducans panem neque bibens uinum, & dicitis:
i dæmonium habet. Venit fi-
a ¶ Cibo & potu læticiam futuri ſeculi prægnans: & noluiſtis cum illo gaudere, ſed calumniati eſtis.
lius hominis manducans & bibens, & dicitis: Ecce homo † deuorator, & bibēs uinū, amicus Publicanorum & peccatorū.
k Et iuſtificata eſt ſapiētia ab om-
l nibus filijs ſuis. Rogabat autē g
¶ i. iuſtis, & poſt iuſticiam pœnitentibus.
m illum quidam de phariſæis, ut

## Nicolaus Le Lyra.

b ¶ Et oīs po. Vbi poſt Iohannis cōmendationē ponit euāgeliſta phariſæorū & legiſperitorū cōfutationē. Et primo verbis populi: ſecūdo, verbis Chriſti, ibi: Cui ergo. Circa primū dr̄: Et oīs po. i. ſimplices & vulgares. c ¶ Et publi. id eſt mūdanis & publicis negociationibus occupati. d ¶ Iuſtificauerūt deum. Ex hoc enim ꝙ audierunt Chriſtum tam excellenter cōmendantem Iohannem cœperunt laudare & glorificare deum tanq̄ iuſtum & glorioſum de hoc ꝙ erant baptizati à tanto & tali, & ad pœnitentiam vocati. Et p hoc apparet confutatio phariſęorū, qui de ſua ſcientia ſuperbiētes, ſpreuerunt baptiſmū Iohānis à deo inſtitutum, & hoc eſt quod dicitur: Phariſæi autem & legiſperiti conſilium dei ſpreuerunt. f ¶ Cui ergo ſimiles. Hic conſequēter ponitur confutatio phariſæorū & legiſperitorū ex verbis Chriſti. Et patet ſentētia ex dictis Mat. xj. g ¶ Rogabat au. Deſcripta confirmatiōe doctrinæ Chriſti ſigno viſibili, hic cōſequenter deſcribitur eiuſdem confirmatio facto inuiſibili. videlicet per remiſſionem peccatorum mulieris peccatricis. vbi primò deſcribitur locus, cum dicitur: Et ingreſſus H

Moraliter. a ¶ Maior inter natos mulie. Sequitur: Et omnis po. Ita modo cōtingit frequenter, ꝙ ſimplices & illiterati gratiā dei conſequuntur, à qua mundi ſapientes & ſuperbi dei iudicio priuātur. e ¶ Ait autem. Cantauimus uo. ti. Per iſtos ſignificantur inuidi, qui nō gaudent de proſperitate bonorū, nec triſtātur de aduerſitatibus eorū. g ¶ Rogabat. per mulierem peccatricē ad domini pedes accedentem, ſignificatur quælibet perſona verè de peccatis pœnitens & cōtrita: Ad qd' requiritur, ꝙ ſicut deū offendit per culpā ita ſeruiat ei per pœnitentiā. Roma. vj. d. Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immūdiciæ & iniquitati ad iniqtatē, ita exhibere nunc ſeruire iuſticię in ſanctificationem. Et ſic fecit mulier iſta. Vnde dicit Gre. Hom. xxv. Liquet fratres ꝙ illicitis actibus prius mulier intenta, vnguentū ſibi pro odore ſuæ carnis adhibuit. Quod ergo ſibi turpiter exhibuerat, hoc iam deo laudabiliter offerebat. Oculis terrena concupierat, ſed hos iam per pœnitentiā conterens flebat. Capillos ad compoſitionem vultus exhibuerat, ſed iam cum capillis maculas tergebat. Ore ſupba dixerat, ſed pedes domini oſculans, hoc in redemptoris ſui veſtigia figebat. Quot ergo in ſe habuit oblectamenta: tot de ſe inuenit holocauſta. Conuertit ad virtutum munera numerum criminū, vt totum ſeruiret deo in pœnitentia quidquid ex ſe deum contempſerat in culpa. *Videns autem

Marginalia: †acclamantibus — †Mat. 11. c — †edax



A a ¶ In do. In cuiuſcūq; domo īteriore cognoueris ſapiētiā & iuſticiā recūbētē, recurre ad pedes. i. ad extremā ſapīæ ptē, ingre lachrymis cōfiteri pctā, expāde capillos id eſt ſterne an̄ eū cunctas corpis tui dignitates: oſculare. i. nihil niſi ſapiētiā loq̄ris. b ¶ Attulit. Quot habuit ī ſe oblectamēta, tot de ſe īuenit holocauſta. ¶ Moraliter. Affert vnguētū: quia bona opera agit: quib⁹ eccleſiā odore bonæ opinionis reſpergit. Vnde dicitur: Chriſti bonus odor ſumus deo &c. ¶ Hie. Alabaſtrū vnguenti. i. corpus cū fide, ſtās retro. i. poſt aſcenſionē dñi, ſecus pedes. i. apoſtolos, lachrymis rigabat. i. charitate īterna in deo: capillis tergebat. i. ſupfluos cibos & veſtimēta dat: oſculatur, cū oībus pacē habet. Debebat denarios qngētos: hæc ſunt pctā gētiū qnq; ſenſib⁹ cōmiſſa, alius quinquaginta id eſt peccata Iudæorū. c ¶ Secus pedes. Cōtra pedes ſtat, qui in peccatis poſitus itinerib⁹ domini renititur. Sed qui ad pœnitentiā poſt pctā cōuertit, iā retrò ſec⁹ pedes ſtat, dū veſtigia dñi quæ impugnabat, ſequitur: Lachrymis pedes rigat, q ſanctorū tribulatiōib⁹ cōpatitur: qui triſticiā illorū putat eſſe ſuā, qui vltimis membris Chriſti inclinatur per affectū cōpaſſionis. Capillis (q corpori ſuperfluūt) pedes quos rigauerat tergit, qui de terrena ſubſtantia quæ ſuperfluit ſanctis, quibus ex charitate cōpatitur, incipit miſereri. Pedes oſculat, q ſtudioſè diligit illos quib⁹ ſua largitur, ne ſit grauis tribuēti neceſſitas proximi. Vnguēto vngit, qui bene operādo bonæ opinionis odore alios reſpergit, & ad bñ operādū exēplo ſuo inducit. Vel poteſt per pedes, caro Chriſti ſignificari, quam oſculamur, dū myſteriū incarnationis eius diligimus. Vngim⁹, dū ipſius humanitatis potētiā ſacri eloquij bona opiniōe prędicam⁹. Sed phariſæus hoc vidēs inuidet, qa cū Iudæi gentiles vidēt prædicare deū, ſua malicia tabeſcūt, Quibus dñs bona gentilitatis enumerat, vt cognoſcāt in quib⁹ malis ipſi iaceāt. d ¶ Cœpit riga. Maria ſoror Lazari bis eodē functa eſt officio: Semel ī Galilæa cū primò accedit cū humilitate & lachrymis, vbi & remiſſionē pctōrū accepit. Scd'ò, in bethania, nō iam peccatrix noīata, ſed caſta, & iō deuota: Ibi pedes, hic caput inūgit. ¶ Moraliter. Sic quoq; fidelis aīa pri⁹ ad pedes domini humiliata à peccatis abſoluenda incuruatur: poſt creſcētibus meritis fragrātia lætæ fidei, domino quaſi caput odore perfundit aromatū. Sic etiā vniuerſalis eccleſia in præſenti: Chriſti incarnatiōis (quæ pedū noīe ſignatur) myſteria celebrādo, deuota redēptori reddit obſeqa. In futuro etiā humanitatis ei⁹ gloriā & diuinitatis æternitatē (qa caput Chriſti eſt deus) ſimul intuendo: ꝑpetuis cōfeſſionū laudib⁹ quaſi piſtica nardo glorificabit. ¶ Myſticè. Duo debitores, duo populi ſunt, qui deo creatori debent nummū. i. animam ſuā, regis imagine inſignitā, & ad ſeruandū ſibi commiſſam. Vtriuſq; debitū populi per quinariū multiplicatur quia quinq; ſenſus ſunt quibus in hac vita vtimur, quibus imaginē cōditoris quā accepimus extollere debemus. Sed minus debet Iudæus cui decalogus legis p ſeruū dat plus debet Chriſtianus, cui per filiū gratia vitæ cōmittitur. Ideo Iudæi per denariū, Chriſtiani per centenarium numerū fœn⁹ accumulant. Sed quia neuter ſuis viribus, ſed gratia dei per fidē ſaluatur. Rectè dicitur: Non habentibus illis unde red. do. utriſq;. Plus ergo diligit eccleſia gentium q̄ Iudæus, quia ei ſi ſecundum præſentem ſtatum maior ei gratia confertur, & ſecūdū præteritum de maiori fœditate extrahitur: plus debet qui pl⁹ accepit, Nullus poteſt tantū diligere, q̄ntum ea quæ in pluribus diligit. e ¶ Is cui plus. Secundū homines plus fortaſſe offendit, qui plus debuerit. Sed per miſericordiā domini cauſa mutatur, vt amplius diligat qui ampli⁹ debuit, ſi tamē gratiā cōſequatur. f ¶ Rectè iudicaſti. Sua ſententia phariſæus cōuincitur: quia ſicut freneticus funē portat ex quo ligetur. g ¶ Intraui in domum. Intraui carne aſſumpta in populū Iudæorū. h ¶ Aquā pe. Aqua extra nos eſt, humor lachrymarū intra nos. Infidelis autē populus, nec exteriora pro domino incarnato tribuit. Cōuerſa gentilitas nō ſolū ſubſtātiā, ſed & ſanguinē ꝓ domino fudit. ¶ Oſculū, dilectionis eſt ſignū, & infidelis populus ex dilectiōe ei ſeruire noluit, cui tamē ex timore ſeruiuit. Sed gentilitas veſtigia oſculari nō ceſſat, quia in ei⁹ amore cōtinuè ſuſpirat. ¶ Oleo caput meū non un. Et ſi populus ille in deū ſe credere & nō in hominem fatebatur, tamen ipſam potentiā diuinitatis quæ per miracula apparebat digna laude prædicare neglexit. Sed gentilitas dum myſteriū incarnatiōis credit, ſumma laude etiam infima eius prędicat. ¶ Aquam pedibus. Enumerātur bona peccatricis, & mala falſi iuſti. ☞ Remittūtur

Marginalia: Moraliter — 2. Cor. 2. d — *Flens — B — Beda — Luc. 7. f — Iohā. 12. d — Moraliter — †Vter eū &c. — †Exiſtimo — Myſticè — C

manducaret cum illo. Et ingreſ- a ſus domum Phariſæi diſcubuit.
Et ecce mulier quæ erat in ciui- b
¶ Iam pœnitens.
a ¶ In domo Phariſæi peccatrix meretur veniam, quia cognitio peccati per legem, ſic lex mittit ad gratiam.
tate peccatrix, ut cognouit ꝙ
a Ieſus accubuiſſet in domo Pha-
a ¶ Prætendit præripere gratiam hoſpitis.
b ¶ Genus eſt marmoris, in quo incorrupta ſeruantur vnguenta.
b riſæi, attulit alabaſtrum un-
c guenti: & ſtans retro ſecus pe- c
a ¶ Oculos quibus terrena concupierat, iam per pœnitentiam contereus plorat.
d des eius, * lachrymis cœpit ri- d
a ¶ Quos ad compoſitionem vultus exhibuerat.
gare pedes eius, & capillis ca- e
a ¶ Lachrymas. b ¶ Ore quo ſuperba dixerat.
pitis ſui tergebat, & oſculaba- f
a ¶ Quod ſibi pro odore ſuæ carnis adhibuerat.
tur pedes eius, & unguento un- g
a ¶ De falſa iuſticia ſuperbus, nulla compaſsione naturę motus, ſuæ fragilitatis oblitus.
gebat. Videns autem Phari- h
ſæus, qui uocauerat eum, ait in- i
¶ Medicum reprehendit, qui a ſubuenit.
tra ſe, dicens: Hic ſi eſſet pro-
pheta ſciret utique quæ & qua- k
a ¶ Vnguentum eius vitare deberet.
lis eſt mulier quæ tangit eum:
a ¶ Ægram reprehendit de ægritudine.
quia peccatrix eſt. Et reſpon- l
¶ Conuincens ſuperbum & ſub ſpecie mulieris commendans eccleſiæ meritum.
dens Ieſus, dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere.
At ille ait: Magiſter, dic. Duo m
debitores erant cuidam † fœneratori: unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent: donauit utriſque. † Quis ergo eum plus diligit? Reſpondens Simon, di- n
e xit: † Æſtimo quia is cui plus do-
f nauit. At ille dixit ei: Rectè iu-
¶ Per miſericordiam.
dicaſti. Et conuerſus ad mulie-
a ¶ Corporaliter quidem vides, ſed myſterium non vides.
rem, dixit Simoni: Vides hanc
¶ Iam olim intrauit cum legem dedit.
g mulierem? Intraui in domum o
h tuam: aquā pedibus meis nō dediſti. Hęc aūt lachrymis rigauit pedes meos, & capillis † ſuis terſit. Oſculū mihi nō dediſti: hæc p

## Nicolaus de Lyra.

a ¶ Et īgreſ. Legit aūt Chriſt⁹ mādu caſſe cū pctōrib⁹, vt eos ad pniam ꝓuocaret, vt habet Mat. ix. Itē cū amicis familiaribus vt eorū deuotionē nutriret, vt dr̄ Io. xij. de Martha & Maria. Itē cum cognatis pauperib⁹, vt eorū inopiā ſuppleret, vt habetur Io. ij. de nuptijs: vbi deficiente vino, D Chriſtus aquam vertit in vinū. Itē cū phariſæis ſuperbiētibus vt eorū ſuperbiā cōfutaret, prout hic habetur, vt videbitur ꝓſequendo. b ¶ Et ecce mu. de peccatis ſuis plenè & perfectè cōtrita. c ¶ Et ſtans retrò. quia præ verecūdia ſui peccati nō audebat ſe anteponere. d ¶ Lachry. &c. Ex quo patet magnitudo cōtritiōis ex qua tātū fleuit, ꝙ poterāt lauari pedes vni⁹ hoīs nudis pedibus incedētis. e ¶ Et ca. quib⁹ ante ad cōpoſitionē vultus ſui fuerat abuſa. f ¶ Et oſcu. vt totū deo ſeruiret in pœnitentia, quidquid ex ſe deū cōtempſerat in culpa, ſecūdum ꝙ dicit Greg. g ¶ Et unguēto. Ad refrigeriū caloris & mitigationē doloris ex labore itineris. h ¶ Videns aūt. Hic cōſequēter ponit phariſęi indignatio. vñ ſubdit: i ¶ Ait intr. &c. p. verus ſciens occulta. k ¶ Sciret u. Et per conſequēs nō permitteret ſe tangi ab ea. l ¶ Et reſpon. Ad cōfutationē illius. Per hoc em̄ ꝙ reſpondit ad eius cogitationē quæ ſoli deo nota eſt, oſtendit ſe plus q̄ prophetā. m ¶ Duo debito. Parabola eſt, vt conuenientius cōcludatur cōtra phariſæū de ſua reſpōſiōe. Quę ſubditur, cū dicit: n ¶ Reſpondens &c. qa amor in humanis plærūq; cauſatur ex præcedētibus donis, & p cōſequēs maior amor ex maiorib⁹ donis. Conſequēter eū Chriſtus redarguit ex triplici defectu pietatis, cū dr̄: o ¶ Intraui in do. qui tamē erant feſſi & dolētes ex labore itineris, & lutoſi ſeu puluerizati, eo ꝙ ſine calciamētis incedebat. Scd'ò, ex defectu charitatis, cū dicit: p ¶ Oſculum mihi. qd' eſt amicitiæ ſignum. Tertiò, ex defectu hilaritatis

Moraliter. *b Videns autē. Per iſtum qui Chriſtū notauit de ignorantia, & mulierē de immūdicia, ſignificat hypocrita de ſua falſa iuſticia præſumēs & alios cōtēnēs: qa ſicut dicit Iohānes os aureū: Vera iuſticia cōpaſſionē habet falſa verò indignationē: ꝓpter qd' iſte phariſæ⁹ arguit, de pietatis omiſſione in modicis reſpectiuè, & mulier cōmēdat de maiorib⁹ valde, cū dicitur: o ¶ Intra. &c. propter qd' ſibi dicitur: Remittuntur ti.

Marginalia: †creditori — †capitis ſui

E a ℭ Remittuntur ei peccata. In domo Phariſæi.i.in cuſtodia legis & ꝓphetarū: nō phariſæus incredul⁹, ſed peccatrix pœnitēs glorificatur, quia ardor charitatis, in ea rubiginē delictorū cōbuſ ſit. b ℭ Et cœperūt qui ſimul. Sanata ægra, de ſalute eius alij ægrotāt. c ℭ Fides tua te ſaluā fecit. Fides ſaluam fecit, quia qđ petijt, poſſe accipere non dubitauit: quia iam ſpē ab illo acceperat, à quo ſalutem quærebat.

autem ex quo intrauit, non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meum non unxiſti, hæc autem unguento unxit pedes meos. Propter
a quod dico tibi: Remittuntur † ei a peccata multa, quoniā dilexit multum. Cui autem † minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam: Remittuntur* tibi peccata. b
b Et cœperūt qui ſimul accumbebāt dicere intra ſe: Quis eſt hic qui c
¶ Quia intelligunt hoc opus eſſe ſolius dei.
etiam peccata dimittit? Dixit au-
¶ Confortans ſanatam per pietatis ſententiam.
c tem ad mulierem: Fides tua te ſal- d
a ¶ Ne a via veritatis in viam ſcandali vlterius labaris.
uam fecit: Vade in pace.

†eius †parum †tua

*Nicolaus de Lyra.*

a hilaritatis ſeu lætitiæ quæ noīe olei deſignaī, vt dicīt Pſ. xliiij.b. Propterea vnxit te deus deus tuus &c. Tria autē dicta requiruntur in hoſpitalitate gratioſa. Et ecōtra laudat mulierem de triplici perfectione oppoſita, vt patet in litera. Et ideo concluditur: a ℭ Remittūtur ei peccata multa &c. Videtur autē, ꝙ deberet dici cōtrariū: qa primò prædixerat donū eſſe cauſam amoris, hic autem econtrario infert amorē eſſe cauſam doni. Dicendum ad hoc, ꝙ primò in parabola loqbaī modo humano, vbi amor ex dono cauſatur. Sed in applicatiōe parabolę ad ꝓpoſitū cōuertit ſe ad loquendū de amore dei erga nos, qui nō ꝓcedit ex bonis meritis noſtris, ſed magis cauſat bonū in nobis. & ideo cōuenienter concludit dicto modo. ℭ Vel aliter pōt dici, ꝙ in peccato ſunt duo remittenda. ſ. culpa & pœna. Culpa aūt ex dei liberalitate remittitur, cum nullum bonum meritorium poſſit eſſe in nobis ſine gratia, quam nō habemus ante culpæ remiſſionē, ſed habita gratia, & culpa dimiſſa, adhuc remanet pœna remittenda, ad cui⁹ remiſſionem facit bonū opus noſtrū charitate informatum. Et de hac remiſſione loquitur dominus. Vnde ſequitur: Cui autē minus dimittitur, minus diligit. Remiſſio autē culpæ, aut nulla eſt, aut totalis ſimul: ſed remiſſio pœnæ fit per partes & non tota ſimul, de cōmuni curſu, licet aliquādo fiat tota ſimul propter
F feruorem pœnitentis & ex liberalitate dei: & hoc fuit in propoſito in hac muliere. Ideo ſequitur: b ℭ Remittuntur tibi peccata. Nō ſolum q̄tū ad culpam, ſed etiam q̄tum ad pœnam ex vehementi amore dei & horrore peccati præteriti. c ℭ Quis eſt hic qui &c. Hoc dicebant, qa videbant tantū humanitatem exteri⁹ apparentē: ſed ignorabant deitatē interius latentē, quæ pōt peccata dimittere. d ℭ Fides tua ſaluam te fecit. Quia iſta fides fuit formata charitate, & ideo fecit habentem dignam vita æterna. De iſta muliere peccatrice dubitabant aliqui doctores vtrum fuerit Maria ſoror Lazari vel alia: De quo dictum eſt, quid ſentiant doctores: Iohā. xij. Ibi enim hoc poſui: quia prius ſcripſi ſuper Iohannem ꝙ ſuper Lucam.

ℭ In ca. vij. vbi dicitur in poſtilla: Videtur aūt, ꝙ deberet dici cōtrariū: qa primò dixerat donū eſſe cauſam amoris.

ADDITIO. Stant ſimul, ꝙ donum ſit cauſa amoris: & amor cauſa doni, etiam loquendo de amicitia modo humano. Quod ſic patet: Nam amicitia humana ſecundum philoſophum in. viij. Ethicorum triplex eſt ſcilicet vtilis delectabilis, & honeſta. Sed conſtat ꝙ amor in amicitia vtili, cauſaī ex dono ſeu vtilitate ab amato habita ſeu ſpectata. In amicitia verò honeſta, cauſatur amor ex virtute amantis, quæ amatum diligit, nō propter donum vel vtilitatē habitā vel conſequendam, ſed propter virtutem ipſius amati: ex quo amore cauſatur, ꝙ vult amato bonum, & bonum operatur ei q̄tum in ſe eſt, vt verus amicus, & ſic in amicitia honeſta amor eſt cauſa doni. Vnde nulla contrarietas in hac parabola, nec in eius applicatione ſane intellectis reperitur, etiam loquendo vtrobiq; ſecundum modum humanum. Nā primò in parabola Chriſtus loquitur modo humano ſecundum amicitiam vtilem, vbi amor ex dono cauſatur. Vnde rectificat iudicium Simonis dicentis, ꝙ is cui plus donauit, plus diligit. Secūdò verò in applicatione loqtur etiam mō humano ſecūdū amicitiā honeſtā, quæ procedit ex virtute ſeu meritis amātis & amati: ſcđ'm quā amās certificat⁹ de amicitia quā amatus habet erga amantem (quæ quidē amicitia ſecūdū philoſophū vbi ſuprà, eſt virtus, vel nō ſine virtute) puocatur ad amorem ſui amati: & per conſequens ad impendendū ei bona. Et de hac amicitia loquitur, cum dicit: Remittunī ei peccata multa &c. Quod autem ſequitur: Cui autem min⁹ dimittitur, minus diligit. Poteſt vno modo intelligi ſecundum amicitiā vtilem, & ſic correſpondet principio huius altercationis vbi dicebatur, ꝙ is

Amor iſcā, q̄uo & qn̄ ſit donū & econuerſo

cebatur ꝙ is cui plus donauit, plus diligit &c. Alio modo poteſt
G intelligi de amicitia honeſta, de qua vltimo loquitur, vt ſit ſenſus. Cauſa autem quare alicui minus dimittitur eſt, quia minus diligit. Et ſic eſt amor cauſa doni. Vnde nulla contrarietas in huiuſmodi reperitur, cū de diuerſis amicitiæ ſpeciebus loquantur, & vtrobiq; ſecundum modū humanū. Non eſt enim veriſimile, ꝙ Chriſtus loqueretur illi phariſæo de amore diuino, qui pertinet ad prædeſtinationē, vel de remiſſione culpæ & pœnæ, quorū ſcientia pertinet ad eos qui iam perfecti ſunt in fidei rudimentis. Iſte enim phariſæus adhuc erat infidelis & ſatis ignarus, vt ſatis patet. Et notandū, ꝙ proceſſus Chriſti circa informationem phariſæi, de his amicitijs eſt connaturalis homini. Incipit enim ab imꝑfecto & magis noto ad perfectū & minus notū. Amicitia enim vtilis eſt hominib⁹ magis nota: & eſt imperfecta, tanq̄ deficiens à ratione veræ amicitiæ ſecūdū Philoſophū vbi ſuprà. Vnde iſtam amicitiam tātummodo rudis cognoſcebat. Chriſtus verò tradidit ſibi noticiam perfectioris amicitiæ: ſcilicet honeſtę, quæ habet veram rationem amitiæ ſecūdū Philoſophū. Item notandum ꝙ ſecūdū vtrāq; amicitiā Chriſtus phariſæū cōuincit, oſtendendo ei ꝙ illa mulier erat dignior ad recipienda bn̄ficia Chriſti q̄ ipſe pharifę⁹. Nā ſecundū primā ſcilicet amicitiā vtilē ſibi oſtēdit, ꝙ plures vtilitates ſeu obſequia habuit ab illa muliere q̄ à phariſæo: & hoc cū dicit: Intraui in domum tuam &c. Secūdū verò amicitiā honeſtā, ſimiliter oſtendit ei ꝙ erat dignior: & hoc cū dicit: Quia dilexit multū. In quibus bene conſideratis nos docet, ꝙ verus pœnitens debet habere exteriora opera pia & deuota, & interiora amore feruentia ſecundū doctores.

REPLICA. In capitulo. vij. vbi in parabola Chriſti innuitur, ꝙ morè humano loquēdo amor oritur ex dono, cum dicitur: Quis plus diligit? Reſpōſum
H eſt: Eſtimo cui plus donauit. Et ſequitur verbum Chriſti: Rectè iudicaſti. Poſtillator exponit hoc de hūano amore, in quo amor oritur ex dono, ſed in applicatione parabolæ Chriſtus conuertit ſtilum ad loquendum de amore dei erga nos, qui non eſt ex meritis noſtris, ſed magis cauſat bonum in nobis, & eſt donatiu⁹: ideo dixit: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum, vt ſic amor non ſit ex dono, ſed donū ex amore. Sed Burgeñ. hic vult abſoluere contrarietatem quæ videtur in litera, per amorē vtilem & inhoneſtum, vtrobiq; dicendo morè humano. Secundum primū dictū rectificatur iudicium Simonis, vt ex vtili ſurgat amor. Iuxta ſecundū ſit applicatio, qa dilectione ex meritis & virtute impenduntur ei bona. Hęc autē applicatio Burgeñ. laborat in æquiuocis, qa amor cōcupiſcentiæ, & amor amicitiæ, ſunt æquiuocè amor, quia diuerſis ratiōibus. Nō eſt autem veriſimile Chriſtū amorem æquiuocaſſe, nec eſt neceſſarium amorem honeſtum eſſe cauſam doni, prout Burgeñ. vult: quia ſtat illū amorem eſſe rectū ſine omni dono dato vel ſperato: aliâs eſſet amor mercennarius, per conſequēs nō honeſtus. Virtus enim diligitur propter ſe, per conſequens virtuoſè ſine reſpectu ad donū. Qđ autē Burgeñ. dicit nō eſſe veriſimile ꝙ Chriſtus ſit locutus phariſæo de amore pertiente ante prædeſtinationem & remiſſionē pœnæ & culpę: hoc eſt contra beatum Auguſtinum in ſermone de Maria magdalena ſic exponentē hunc paſſum & contra beatū Bernardum ſuper Cañ. ſermōe. xxij. ante medium. Et vide de hac materia ſanctū Thomā prima ſcđ'æ. q. xxvj. art. iiij. Ratio autem Burgeñ. ad ſic dicendum non valet, quia propter ruditatem vel infidelitatem phariſæi, Chriſtus non voluit prętermittere ea quę fidelibus ad inſtructionem poterant valere. Sæpe enim dixit coram perfidis quæ ipſi non intellexerunt: tamen eccleſiæ prodeſſe non ceſſat: cui datum eſt noſſe myſterium regni dei, cæteris autē in parabolis, vt videntes non videant, intelligentes nō intelligāt. Quamuis enim phariſæus modo non intellexit, imo impugnauit veritatem dicendo intra ſe: Quis eſt hic qui etiam peccata dimittit? Nihilominus Chriſtus dixit coram eo de remiſſione peccatorum quò ad culpam & quò ad pœnam q̄tum ad liberalitatem dei præcedentem mulieris dilectionem quæ in peccato exiſtens diligere non poterat: & quo ad pœnam debitam: ꝓpter mulieris primam dilectionē. Vnde dixit: Remittuntur ei pctā multa, quia dilexit multum.



A Cap. VIII.

Et factū eſt. More aqlę ꝓuocātis ad volādū pullos, ſuos paulatim dn̄s diſcipulos ſuos in nido fidei plumis virtutū induit, qbus poſteà ſublimi⁹ volare, & alios inſtruere valeant. Prius docet in ſynagogis, miracula facit, famam vbiq; diſpergit, turbas ſuſcipit, curat, inſtruit. hic diſcipulos facit: ex qb⁹, duodecim elegit: quos primò præſente turba docet: & miſeris ſolita pręſtat bn̄ficia: iā verò ſolos ipſos ſecū retinet, vt eū familiarius audiāt: ſolis illis occultiora exponit myſteria, & ſic demū virtutū ſuarum oſtēſione quaſi alarū ꝓtectiōe firmatis: dat ipſis poteſtatem curādi, & mittit prędicare regnū dei. b ℭ Maria quæ uocatur Magdalena. Cū Maria iter faceret cū dn̄o: & ei miniſtrare cōmemoraī: celebri eā vocabulo Magdalenā vocat: Vbi eādē peccatricē deſcribit, reuerēter eā generali noīe mulierē dicit: ne nomen tantæ famę qđ hodie veneramur, priſci erroris nota fuſcaret. ℭ Maria, amarum mare, ꝓpter inſitū pœnitentiæ rugitum: quo ipſa vel nos ſingula mala deflem⁹. c ℭ Magdale.i. turrēſis: à Magdalo.i. turri, de qua dicitur: Tu es ſpes mea: turris for. a f. ini. d ℭ Dæmonia ſeptē. Eādē eccleſiā de gentib⁹ à ſordib⁹ vitiorū mundatā, quā Maria ſignificat: ſignificat & Iohāna prius cultib⁹ idolorū deditā: ſed iā Chriſti pietate redēptā: & gratia impletā: quæ quaſi vxor erat prius diaboli. e ℭ Et iohāna &c. Iohāna: dn̄s gratia eius, vel dn̄s miſericors, cuius eſt omne qđ viuimus. f ℭ Procuratoris Herodis. Cum quilibet malignus ſpūs ꝓ regno diaboli ad decipiendum laborat: quaſi Herodis impijſſimi ꝓcurator
B exiſtit. g ℭ De facultatibus &c. Antiquus mos erat Iudæorū, nec ducebatur in culpā, vt mulieres ſua ſubſtātia paſcerēt & veſtirēt doctores. Hic quia hoc in gentib⁹ ſcādalū poterat facere, Paul⁹ ſe memorat abſtinuiſſe. Miniſtrabāt ergo dn̄o carnalia: cuius metebant ſpiritualia vt formam daret prædicatoribus ꝙ victu & veſtitu deberēt eſſe cōtēti: accipiēdo à plebibus. h ℭ Cum autē turba &c. Quotiens in euangelio turbæ vocabulū interſeritur: ſicut diuerſitas hoīm: ita etiā diuerſitas intimaī voluntatum. Non eñ oēs eadē volūtate: ſed diuerſis ex cauſis Chriſtū ſequebantur: Quidam pro bono, quidā pro malo, omnibus tamen dominus beneficia præſtat, docendo, alendo, ſanādo. i ℭ Exijt qui ſeminat &c. Exijt fili⁹ dei de ſinu patris, quo creaturæ nō erat acceſſus: vt ſeminaret ſemen ſuum venit in mundum, vt teſtimonium perhiberet veritati. Vnde ſecundum alios euangeliſtas hanc parabolam dicturus de domo exijſſe: mare adijſſe, nauē conſcendiſſe memoratur, idipſum ſitu corporis qđ proceſſus ſermonis inſinuans. k ℭ Secus uiam. Via, eſt cor ſedulo malarū cogitationum tranſitu attritū & areſactū: ne ſemen verbi poſſit accipere vel germinare, ſed à peſſimis cogitationibus conculcatur, & à dæmonibus rapitur. Qui ideo volucres cæli dicuntur: quia cæleſtis & ſpiritualis ſunt naturæ, vel quia per aerem diſcurrunt. l ℭ Supra petram. Petra indomitū cor nullo veræ fidei vomere penetratū, in quo nō eſt verus amor & perſeuerantiæ virtus. m ℭ Centuplum &c. Cū denarius pro perfectiōe ſoleat accipi (qa in decē legis præceptis cuſtodia continetur.) centenari⁹ qui per multiplicatū denariū ſurgit, pro magna perfectione ponīt. Cor igitur cētuplū facit factū, qđ per amorem proximi actiuā, & per amorē dei cōtēplatiuā adipiſcitur vitā, & ſpūaliū ornatur ꝑfectiōe virtutū. n ℭ Qui habet aures. Vbicūq; hæc ammonitio interponiī: myſticū eſſe qđ dicitur & attētius quærendum oſtendit. o ℭ Interrogabant. Non mox finita parabola (ſed vt Marcus ait) cum eſſet ſingularis interrogauerunt eum hi qui cum eo erant duodecim parabolā. In quo moraliter inſtruimur: vt
C ſi intelligentiā diuinorū verborū aſſeq volumus: ſepoſitis terrenorū tumultuū curis, domū dei.i. occulta ſcripturæ penetralia, orando & meditādo intremus, dicētes: Reuela oculos meos &c. p ℭ Hæc parabola. Nota hanc eſſe primā parabolā quæ cū interꝑtatione ſua poſita ſit. Et cauēdū ē vbicūq; dn̄s rogatus à diſcipulis intrinſec⁹ ſermōes ſuos differit, ne vel aliud vl plus vl

†De pœni. di. 3. c. ſunt plures.

Pſ. 60. a

†Mat. 13. a Mar. 4. a

1. Cor. 9. b

Mat. 13. a Mar. 4. a

Mar. 4. b

Pſ. 118. c

Cap. VIII.

a Et factum eſt deinceps, & ipſe iter fa- a
ciebat per* ciuitates b
& caſtella prędicās
& euangelizans regnum dei: & duodecim cum illo, & d
mulieres aliquæ quæ erant curatæ
à ſpiritibus malignis & infirmitati-
b bus. † Maria quæ uocatur Magda- e
c a ¶ Vitia vniuerſa quibus plena fuerat, in figura eccleſiæ de gentibus ſordidæ.
d lenæ, de qua dæmonia ſeptem exie
f rant, & Iohanna uxor Chuzæ pro-
¶ Lilium propter odoriferum cæleſtis vitæ candorem.
curatoris Herodis, & Suſanna, &
g aliæ multæ, quæ miniſtrabant ei de f
h facultatibus ſuis. Cùm autem tur- g
ba plurima conueniret, & de* ciuitatibus properarent ad eum, dixit per
a ¶ Parabolam. b ¶ Cuius eſt declarare voluntatem patris.
i ſimilitudinem. † Exiit qui † ſeminat h
ſeminare ſemen ſuum. Et dum ſemi
k nat, aliud cecidit ſecus uiam, & con
a ¶ Vt nec in memoria mens teneat, quod opere exercere neglexit.
l culcatum eſt, & uolucres cæli cōmederunt illud. Et aliud cecidit ſupra
a ¶ Vbi non eſt altitudo terræ, id eſt ſtudium diſciplinę.
pętram, & natum aruit, † quia non
a ¶ Ad nutriendas lampades virginum.
habebat hūmorem. Et aliud cecidit
a ¶ Corda ſollicitudinibus agitata.
inter ſpinās, & ſimul exortæ ſpinæ,
ſuffocauerunt illud. Et aliud ceci- i
a ¶ Mite cor & docile.
b ¶ Cum perfecta bonorum operum plenitudine creſcit.
dit in terrām bonā, & ortū fēcit fru
m ctum centuplū. Hæc dicens clama-
a ¶ Intelligentiam mentis.
b ¶ Spiritualiter hæc verba intelligat.
n bat: Qui habet aūres audiēdi aūdiat.
o Interrogabant autē eū diſcipuli eius
p quæ eſſet hæc parabola. Quibus

*Nicolaus de Ly.* Cap. VIII.

Et factū eſt &c. Deſcripta inſtructiōe Chriſti facta apl̄is principaliter: hic cōſequenter ponīt eiuſdē inſtructio facta apl̄is ꝑ turbas cōiter. Et primò præmittitur quaſi quædā præfatio. Scđ'ò ſubdiī dicta inſtructio, ibi: Cū aūt plurima turba. Circa primū dicitur. b ℭ Ipſe iter faciebat per ciuitates. In quo apparet Chriſti diligētia in opere prædicationis. c ℭ Et duodecim cū illo.i. duodecim apoſtoli, de quorū electione dictū eſt. ſ. vj. ca. nō tñ ibāt cū illo ad prædicandū, ſed magis ad audiendū: vt poſſent cōuenientius prædicare ad qđ miſſi ſunt poſtea, vt patebit cap. ſe. d ℭ Et mulieres ali. Ideo ſequebanī eū. e ℭ Maria quę uoca. Sic nominata à Magdalo caſtro: & iſta eſt de qua eſt ſermo factus capitulo præcedenti. Ratio tñ ſui cognominis diuerſimodè aſſignaī à doctorib⁹ diuerſis. Illi enim qui dicunt, ꝙ iſta fuit ſoror Lazari, dicūt ꝙ noīata eſt Magdalena, eo ꝙ Magdalū caſtrū cecidit in partem ſuā de hæreditate paterna. Fuit eñ pater eius magn⁹ homo & nobilis, habens
D dominiū in pluribus locis, inter quę erat dictū caſtrū. Alij verò q dicūt ꝙ iſta nō fuit ſoror Lazari, ſed alia eiuſdē noīs, dicūt ꝙ noīata eſt Magdalene à Magdalo caſtro, eo ꝙ erat inde oriūda. f ℭ Quæ mini. &c. Apud Iudęos erat cōſuetum, ꝙ mulieres ſanctę & deuotę miniſtrabāt doctorib⁹ neceſſaria ex deuotione. Et iō quia Chriſt⁹ docebat & prædicabat inter Iudæos: hoc modo accipiebat neceſſaria ab eis. Paul⁹ aūt qui prædicabat gentilibus inter quos nō erat talis cōſuetudo, nō habebat mulieres ſequētes ipſum & ei miniſtrātes: vt habetur. j. Corin. ix. ne fortè ex hoc gentiles ſcandalizarentur. g ℭ Cū autē. Hic cōſequenter deſcribiī ipſius Chriſti doctrina ſeu inſtructio. Et primò deſcribiī dicta inſtructio. Scđ'ò inſtructionis cōfirmatio, ibi: Factū ē autē. Prima in duas: qa primò deſcribiī parabola ſuæ prædicationis. Scđ'ò feruor prædicātis, ibi: Venerūt aūt ad illū. Prīa adhuc in duas: qa prīo pabola præponiī tur. Scđ'ò, exponiī, ibi: Interrogabāt aūt. Sn̄ia aūt iſtarū duarū ptiū patet ex dictis Matth. xiij. Excepto qđ ſequiī in parte ſecūda.

Moraliter. a ℭ Et fa. Sequitur: d ℭ Et mulieres &c. quę miniſtrabant ei neceſſaria de facultatibus ſuis tanq̄ gratæ de ſuis curationibus & factæ ſibi deuotæ. Hoc etiā cōſuetū erat fieri prędicatoribus Iudæorū. h ℭ Exijt qui ſeminat &c. Semen iſtud poteſt dici eleemoſyna: De cui⁹ ſeminatione dicitur. ij. Corin. ix. b. Qui parcè ſeminat, parcè & metet &c. Huius autē ſeminis cadit pars ſecus viā & diabolus tollit illud: Et hoc eſt qn̄ recipiēs eleemoſynam, in illicitis cōſumit eā. Et aliud ſupra petrā: quod fit: qn̄ recipiēs de beneficio nō eſt grat⁹ homini neq; deo. Et aliud cadit inter ſpinas, per quas ſignificanī ſolicitudines vitæ pręſentis. Et hæc ꝑ pte ſunt bona eccleſiæ, data clericis & religioſis, q de illis viuūt carnaliter & pompaticè: & implicanī ſecularibus negocijs: cū tñ illa bona ſint data ad ſeruiendum deo deuotè, & ad miniſtrandum pauperibus in ſua neceſſitate. i ℭ Et aliud ce. in terram bonā: & ortum fecit fructum cētu. Iſtę ſunt eleemoſynæ receptæ ad victū & veſtitum neceſſarium deo ſeruientiū. *Nemo

*ſingulas *ſingulis †ſemīabat Diuiſio Moraliter

E plus vel min⁹ intelligere velim⁹,quā ab eo expoſitū ē.Iō autē hāc pabolā p ſeipm dignat̃ oſtendere,vt ſe figuratè loq̃ innoteſceret, & reꝝ ſignificatiões etiā in his quæ exponere noluit,quærēdas eē doceret. a ¶Videntes Doctores iudæoꝝ q cū merito peruerſitatis ſuæ exæcati ſūt,mēdaciter ſe vidētes putāt. b ¶Qđ. au.

Secus viā ſeminant̃:qui nulla fide: nullo intellectu:nulla ſaltē tentante vtilitatis occaſiõe percipere dignant̃.Porrò ſuper petrā & in ſpinis ſeminant̃:q audiūt quidē & vtilitatē verbi probāt & deſideriū guſtāt:ſed ne perueniāt ad id qđ geſtiūt:vel per aduerſa terrēdo,vel pſpera blandiēdo retardāt.His tribus generib⁹ quicūq; verbū auditū nō faciūt deſignātur. c ¶Ad tempus cre.Multi audiētes diſputationē cōtra auariciā vel luxuriā:dicunt cōtēptores ſeculi & caſtos homines eſſe beatos:ſed vbi ſpecies cōcupiſcibiles eorū obtutibus pręſentant̃:mox recedūt ab eis quicquid rectè cogitauerāt.¶Et diuitijs.Diuitiæ & ſi delectare videntur:tñ poſſeſſoribus ſuis ſpinæ ſunt,cū aculeis curarū mētes eorū cōfodiūt:quæ auidè quærunt̃,ſollicitè ſeruātur:Vnde ab alio euāgeliſta fallaces diuitiæ vocātur:qa mētis inopiā nō iplēt, nec diu manēt.Et nota ꝙ diuitijs duo iūgit:ſollicitudinē & uoluptatē:qa & per curā mētes opprimūt & per affluētiā reſoluūt. e ¶Suffocantur.Quia voluptates & diuitiæ ſuis importunis cogitationibus guttur mentis,ne bonū deſideriū ad cor poſſit intrare quaſi aditū vitalis ſtrangulant flatus. f ¶In terram

F bonā &c.In bonos auditores q verbū audire ſatagūt:& in ventrē memoriæ recondunt:& ſic oportuno tēpore fructū operatiõis pferunt:inter proſpera & aduerſa ſeculi patiētes.Et bona terra cū patiētia fructū reddit:qa bōa agit:& mala pximorū eq̃nimiter tolerat: & dū hūiſr flagella ſuſcipiūt:poſt flagella in requiē ſuſcipiūt̃. g ¶Nemo au.Hęc vba ponunt̃ ſcđm ſimilitudinē hūanæ cōſuetudinis.¶Myſtice aūt docēt fiduciā prędicādi vel patiendi. h ¶Supra can.Quia dixerat apoſtolis:Vobis datum eſt noſſe myſte.reg.dei cæ.a.in.p.Nunc oſtendit per eoſdē apoſtolos:aliqñ & cæteris idē myſteriū eſſe ręuelādū:& oēs qui domū dei eſſent intraturi flamine fidei illuſtrādos:Q.Vobis pādo myſteria: in vobis accēdo lumē fidei.vos aūt hāc eandē lucē alijs pādite:nec timore carnaliū incōmodorū abſcondite.Vaſis noīe vel lecti deſignatur caro,in qua anima continet̃ & quieſcit.Per lucernā, verbū dei.Qui aūt metu carnali occultat verbū dei,ipſam carnē præponit manifeſtationi veritatis:& ille quaſi occultat verbum,qui prædicare trepidat.Sup candelabrū ponit verbū,qui corpus miniſterio dei ſubijcit,vt ſuperior ſit prædicatio veritatis: & inferior ſeruitus corporis: per ipſam tamē corporis ſeruitutē excellſior luceat doctrina, quæ officio linguæ & cęterorum membrorum inſinuatur i ¶Non enim &c.Q.Timor carnaliū nō vos retardet ſed nec mala opinio,quæ de vobis modo habetur apud incredulos: quia & ſi viles apparetis:quādoq; claritas veſtra apparebit,cum dominus illuminabit abſcondita tenebrarum:tunc & vos coronabimini,& punientur veſtri aduerſarij. k ¶Qui enim habet &c.Hæc ſpecialiter apoſtolis:quibus ex charitate noſſe myſteria datur:& perfidis Iudęis(qui per parabolas quod nō intelligunt audiunt)dicta videntur.Poteſt & generaliter accipi:quia & ingenioſus,negligendo,ſapientia vera ſe priuat:& ſimplex ſtudioſus laborando deguſtat.Quia qui amorem verbi habet: dabitur & ſenſus intelligendi quod amat,Sed qui nō habet amorē audiēdi,etiam ſi naturali ingenio vel labore ſtudioſo ſe intelligere putat nullam

tat nullā tñ verę ſcientiæ dulcedinē guſtabit. l ¶Et qcūq; nō. G Ideo deſidioſus ingeniū accipit ſæpe:vt de negligentia iuſti⁹ puniatur:qui ſcire cōtēpſit qđ ſine labore aſſequi potuit:& aliquādo ſtudioſus tarditate intelligentiæ premit̃,vt eo maiora premia inueniat:quo ſtudioſi⁹ elaborat. m ¶Venerūt.Qđ dixerat in verbo,oſtēdit ī myſtico facto.ſ.ꝙ Iudęi ſolā literā ſequentes:etiā qđ vident̃ habere perdūt.Nā mater,ſynagoga: & fratres populi iudæorū,de quib⁹ eſt Chriſtus ſecundū carnē:ipſo interius docēte nequeunt intrare:quia ei⁹ dicta ſpiritualiter negligunt intelligere.Sed præoccupās turba domū ingreditur,quia tardāte Iudæa,confluit ad Chriſtum gentilitas & illuminatur. n ¶Foris ſtāt.Foris ſtantes,volunt deum videre:qui ſpiritualem ſenſum in lege nō quærentes, ad cuſtodiā literæ ſeſe fixerunt:& quaſi Chriſtū ad carnalia docenda potius cogunt exire:ꝙ ſe ad diſcēda ſpiritualia cōſentiāt intrare:merito ergo nō agnoſcūtur.Quo exēplo & nos informamur ꝙ nō agnoſcemur ſi foris ſteterim⁹.¶Nō autē iniurioſè negligit matrē,nec mater negatur,quæ etiā de cruce agnoſcit̃.Sed religioſiores copulæ mentiū monſtrant̃ ꝙ corporū

Recidiuū patiūt̃ plurimi:ēt bonæ voluntatis

†Mat.13.b Mar.4.b †myſteria †quia Mat.13.c †Mat.10.c Mar.4.c Myſtice †propatulū, apertū. †Mat.13.b Mar.4.c †Mat.12.d Mar.3.d †ad

Ingenioſis negligentibus nōnūq̃ ſimplices ſtudioſi præferunt̃.

a ¶Quia fideles eſtis:ſed & Phariſęis incredulis ſancta non ſunt danda.

ipſe dixit: † Vobis datum eſt noſſe

a ¶Intelligentiam ſcripturarū de quo regno alibi dicit̃: Auferetur a vobis regnum dei, b ¶Qui foris ſunt. vt Marcus ait,qui neque intueri,neque cognoſcere curant veritatem.

† myſterium regni dei: cæteris au-
a tem in parabolis, † ut uidentes non
uideāt,& audientes non intelligant.
Eſt autam hæc parabola † Semen eſt
b uerbum dei. Quod autem ſecus ui-
am,hi ſunt qui audiunt, deinde ue-
nit diabolus,& tollit uerbū de cor-
de eorum, ne credentes ſalui fiant.
Nam † quod ſupra petram, qui cum
audierint cum gaudio ſuſcipiūt uer-
c bum,& hi radices non habent, quia
ad tempus credunt, & in tempore
tentationis recedunt. † Quod au-
tem in ſpinas cecidit,hi ſunt qui au-
d dierunt,& à ſollicitudinibus & diui
tijs & uoluptatibus uitæ eūtes ſuffo
e cantur, & non referunt fructum.
f Quod autem in terram bonam, hi
ſunt qui in corde bono & optimo au
dientes uerbum retinent, & fructū
g afferunt in patiētia. † Nemo autem a
lucernam accedens:operit eam uaſe
h aut ſubtus lectum ponit: ſed ſupra
candelabrū ponit, ut intrātes lumen
i uideant. † Non enim eſt occultum b
quod non manifeſtetur:nec abſcon-
ditum quod non cognoſcatur,& in

¶Studioſe audite.

† palam ueniat. Videte ergo † quid c

a ¶Vt & in veſtro pectore continue ruminetis:& aliena ructuare ſufficiatis.

k audiatis, † Qui enim habet, dabitur d
l illi, et quicunque non habet: etiam e f
quod putat ſe habere auferetur ab
m illo. † Venerunt autem ad illum g

¶Cognati.

mater & fratres eius, & non pote-

a ¶Gentium ad fidem Chriſti confluentium.

rant adire † eum præ turbā. Et nun h

a ¶Synagoga. b ¶Populus iudęorum.

ciatum eſt illi: Mater tua & frā-

a ¶Quia non habent ſpiritualem intelligentiam.

n tres tui foris ſtant, uolentes te

## Nicolaus de Lyra.

a ¶Nemo autē lucernā &c.Per lucernā ſaluator hic intelligit doctrinā euāgelicā,quæ nō eſt occultanda:nec in latebris tantū docenda ſicut doctrinę ſuſpectæ & malæ:ſed in palā corā omnibus. b ¶Nō eſt enim occultū &c. qa licet Chriſtus aliqñ docuerit diſcipulos ſecretò:voluit tamen ꝙ per eos talia publicè docerentur,vnde dicit Mat.x.c. Quod in aure auditis,prædicate ſup tecta.Ideo ſubdit̃: c ¶Videte ergo qđ au.vt conſtanter per orbem prædicetis. d ¶Qui enim ha.&c.Hoc ſubdit̃ ad oſtendendū præmiū prædicationis apoſtolorū:Qui enim prædicant ex fide formata charitate merentur,vt ſibi det̃ augmentū gratiæ in præſenti: & præmiū gloriæ in futuro. e ¶Et quicunq; nō ha.videlicet fidem charitate formatam. f ¶Etiam quod putat &c.quia gratiæ gratis datæ non valebunt ei ad ſalutem:ſed magis cedent ad dānationis ſuæ augmentū: inq̃tum abuſus fuerit eis. ¶Aliter exponitur de legiſperitis & ſacerdotibus Iudęorū,qui fidē Chriſti nō habuerūt:& ideo noticia legis & pphetarū nō valuit eis ad ſalutem ſed magis nocuit eis ad augmentum ſuæ dānationis,ſecundū ꝙ dicit̃.Ī.xij.ca.Seruus qui ſciuit volūtatē dñi ſui & nō fecit,vapulabit multis. g ¶Venerūt au.Hic cōſequenter deſcribitur feruor Chriſti prędicantis ex hoc ꝙ propter aduentū matris ſuę,ēt expectātis foris,nō īterrupit prędicationē:licet eā ſūmè diligeret & honoraret:ſed rñdēs nūciāti ſibi aduētū,dixit: Mater mea

†49.di.c.1. ſ.gibboſ⁹. †Mat.13.c Mar.4.b †Mat.5.b H †quō,audītis.

Moraliter

a ¶Nemo accē.Hęc lucerna dicit̃ ſacra ſcriptura.Pſ.cxviij.o Lucerna pedib⁹ m.ver.t.&c.Hāc aūt lucernā opit vaſe q verbis curioſis & extraneis expōit eā ad iactātiā ſuæ famę.Ille vo ſubt⁹ lectū ponit q ignē hęreſis ex ſua expoſitiõe puerſa accēdit: ſicut lucerna ſub lecto poſita accēdit ſtramina.Et de hac accēſiõe dicit Hie.& hr̃ in decretis.xxiij.q.iij.ſecūdę.Arri⁹ in alexādria vna ſcintilla fuit:ſed qa nō ſtatim fuit oppſſus,ei⁹ flāma totū orbē depopulata ē.Illi aūt ponūt ſup cādelabrū,q p bonā vitā faciunt efficax verbū ſuū:ſicut ecōuerſo illi vaſę opiūt,q p malā vitā doctrinā ſuā cōtēptibilē reddūt. h ¶Et nun.Secūdū ſenſum lrālē maliciosæ fuit ei nūciatū:vt ſi per aduētū mrīs & fratrū prædicationem dimitteret,argueret̃ hō purus,vtpote affectione carnali motus:propter qđ rõnabiliter impoſuit nūcianti ſilentium, dicens: Mater mea



A quam corporū,& corpali neceſſitudini pſcriptorū cęleſtiū forma pfert̃. Figurat etiā,iudæis(de qb⁹ ſecūdū carnē)eccleſiā de gētib⁹ quę credidit anteferēdam.¶Moralit̃,Magiſter pręcepturus alijs, qui nō reliquerit patrem & matrem,non eſt me dignus, ſentētiæ ſuæ ipſe primus ſe ſubijcit,nō refutās officiū maternę pietatis:ſed paternis ſe miniſterijs amplius ꝙ maternis affectib⁹ debere cognoſcit.Itaq; qui ſe intelligit propter diuinū myſteriū in terras veniſſe,& propter cõuentū eccleſiæ relictis parētibus aſcendit in nauem. a ¶Et aſcenderunt.Moraliter.Cū Ieſu nauim aſcendit,qui ſigno dñicæ crucis imbutus,ſeculū relinquere diſponit. b ¶Obdormiuit.In hoc facto verus hō mōſtrat̃ q dormit,& ver⁹ de⁹ q furorē coercet maris. c ¶Et cōple.Meritò turbat̃ nauis in qua pditor eſt cū bonis, & q ſuis meritis firmi fuerāt,turbāt̃ alienis. d ¶Suſcitauerūt.Aduerte nemině ſine tētatiõe de hac vita trāſmigrare, cū ēt apłos (qb⁹ dñs adeſt) tētationū ſecularium ſæpe pcella perturbet.Sed cū ſimus ſubiecti pcellis ſpūalis nequitiæ,excitemus gubernatorē q imperat vētis,q impat mari,q & ſi iā nō dormiat corpis ſui ſõno:caueam⁹ tñ ne nr̃i corpis ſomno dormiat & qeſcat. e ¶Et ceſſa. Nota,ꝙ oīs creatura ſentit creatorem. Imperat,increpat,ſentiūt imperantē,nō ꝙ ſecūdū hæreſim quorundā ſint animantia:ſed maieſtati conditoris ſunt ſenſibilia,quę apud nos ſunt inſenſibilia.¶Alleg.Mare vel ſtagnum:tenebroſus eſt & amarus mundi æſtus.Nauicula,arbor crucis,cuius bñficio fideles adiuti,emerſis fluctibus mundi,obtinent littus patriæ cæleſtis.Aſcendunt diſcipuli amoniti cū eo.vnde ipſe ait: Si quis vult poſt me venire,abneget ſemetipſum: & tolB lat crucem ſuā,& ſequatur me. Diſcipulis nauigātibus.i.ſeculū fidelibus calcantib⁹,& futuri ſeculi quietē animo meditātibus:& per ſanctiſpiritus flatum,vel etiā per proprij regiminis conatū īnfidos mūdi faſt⁹ certatim poſt terga iactātibus:ſubitò obdormit dñs.i.aduenit tēpus dñicæ paſſionis.Vnde & Marc⁹,nocte hoc factū memorat:vt veri ſolis occubitū ſignificaret.Deſcendit procella, qa dño ſomnū mortis in cruce ſubeūte, fluct⁹ perſecutionū dæmoniacis flatib⁹ excitati aſſurgunt:quibus non ipſius patientia,ſed diſcipulorū imbecillitas cōcutit̃ & trepidat,Suſcitant, ne eo dormiente pereant:qa cuius mortem viderant,reſurrectionem optant;quæ ſi differretur:ipſi in perpetuū periclitarent̃.vnde Surgens increpa.uen.qa celeri reſurrectione,per mortē deſtruit ſuperbiā diaboli,qui habebat imperiū mortis.Tēpeſtatem etiā aquæ facit ceſſare,qa rabiem Iudæorū morti eius inſultātiū reſurgens labefacit.Arguit eos qui ſe præſente timebant,cū perire nō poſſit qui firmiter adhæret ei:Quaſi ipſo geſtu nauigationis diceret,qđ poſt reſurrrētionē etiam voce dixit:O ſtulti & tardi corde ad credendū in oībus quæ locuti ſunt pphetæ. Nonne opor.pa.Chriſtū ſoporari,vndis nauem(in qua quieſcebat)hinc inde vexantib⁹:& ſic ex tēplo tumidis gurgitib⁹ ſedatis,pateface re cunctis potentiā ſuæ diuinitatis? f ¶Mirati ſunt.Non diſcipuli:ſed nautæ & alij qui in naui erant mirantur.Vnde Matthę⁹: Porrò hoīes illi mirati ſunt,dicentes:Qualis eſt hic.Quod ſi diſcipulos dicimus miratos fuiſſe,meritò & ipſi homines ſunt appellati, g ¶Ad regionē Geraſenor.Geraſa ciuitas Arabię iuxta mōtē Galaad in tribu Manaſſe:nō longè à ſtagno Tyberiadis,ſignificat gentes quas poſt paſſionem & reſurrectionē dominus p prędicatores viſitauit.vnde Geraſa ſiue Gergeſi colonū eijciens. i.diabolū à quo prius incolebatur vel aduena propinquās, qui longè erat in tempore. h ¶Occurrit illi uir.Cum Lucas vnū: Matthæus duos occurriſſe memorat,in figuram eiuſdem gentilis populi eſt;quia cum Noe tres filios genuerit;& familia ſolius Sem in poſſeſſione dei abſciſſa eſt:ex duobus alijs diuerſarum nationum populi pullularunt,qui idolis ſeruierunt.Et nota hunc vnum fuiſſe

vnum fuiſſe celebrioris perſonę & maioris inſanię,de quo regio C illa maximè dolebat.Occurrit ergo uir:id eſt ipſe gētilis populus,qui multis temporibus.i.ab ipſo penè mundi exordio vexabatur à dæmonio,nec vtebatur veſte naturæ ſuæ.i.virtutibus fide & charitate,quibus primi parentes poſt culpam nudati legūtur:hæc ſtola redeunti filio offert̃.Neq; in domo cõſcientię qeſcebat,ſed in mortuis operibus corpis quaſi in ſepulchris manebat. i ¶In monumentis.Quid aliud ſunt perfidorū corpora,niſi quædam delunctorum ſepulchra in quibus nō habitāt dei verba? k ¶Ieſu fili dei. Arrius contendit eſſe creaturam, quem dæmon confitetur eſſe filium dei.Iudæi dicunt: In principe dæmoniorum eijcit dæmonia, quem dæmonia negant aliquid ſecum commune habere.Tormentum eſt diaboli ab hominis læſione ceſſare:

Moraliter Moraliter. †Mat.8.c Mar.4.d Allego. †Mat.8.c Mar.4.d †aquæ infra.9.c Mar.8.d †Aliq libri nō habent de naui. Mar.4.d †Mat.8.d Mar.5.a infra.24.d Mat.8.d Mat.8.d †receſſerūt

uidere. Qui reſpondens dixit ad
eos: Mater mea & fratres mei hi a

a ¶Id eſt qui dicto, vel facto, vel exemplo, in cordibus proximorum generant deum. b ¶Voluntatem patris mei qui in cęlis eſt.

ſunt. qui uerbum dei audiunt,& fā-
ciunt. † Factum eſt autem in una die b
rum, & ipſe aſcendit in nauiculam,
& diſcipuli eius,& ait ad illos: Trāſ
a fretemus trans ſtagnum. Et † aſcen- c
b derunt. Nauigantibus autem illis
obdormiuit, & deſcendit procella
c uenti in ſtagnum, & † compleban-
tur,& periclitabantur. Accedentes
d autem ſuſcitauerunt eum, dicentes:
Præceptor, perimus. At ille † ſurgēs
increpauit uentum & tempeſtatem
e aquæ: & ceſſauit, & facta eſt tran-
quillitas. Dixit autem illis: Vbi eſt
fides ueſtra? Qui timentes mirati
ſunt ad inuicem, dicentes: † Quiſpu

a ¶Dęmonibus.

tas hic eſt? Quia & uentis imperat

a ¶Mundanæ motioni. ¶Velint nolint.

& † mari, & obediunt ei. Enauigaue d
g runt autem ad regionem Geraſeno
rum, quæ eſt contra Galilæam. Et e
cum † de naui egreſſus eſſet ad terrā,
h occurrit illi uir quidam * qui habe-
bat dæmonium iam temporibus
multis, & ueſtimēto nō induebatur, f
i neq; in domo manebat, ſed in monu
mētis. Is ut uidit Ieſum, procidit an
te illum: & exclamās uoce magna, di
k xit: † Quid mihi & tibi eſt Ieſu fili dei
altiſſimi? Obſecro te ne me torque-

## Nico.de Lyra.

a ¶Mater mea & fratres mei hi ſunt,qui uerbum dei audiunt et faciunt.q.d.ille eſt mihi propinquus, qui ſpiritualibus operibus eſt magis intentus.In hac etiam reſponſione Chriſtus confutauit illum,qui ei nūciauit aduentum matris ſuæ:quia ſecundum doctores noſtros malicioſè hoc fecit, vt ſi ex hoc prędicationem dimitteret,argueret ipſum eſſe hominem purum carnali affectione motum.Aduertendum tamē ꝙ fratres Chriſti hic dicūtur cognati ſui Germani,eo modo loquendi,quo apđ hebræos,fratres dicūtur illi qui ſunt de eadem cognatione,& hoc modo vocauit Abraham Loth nepotem fratrē ſuū, vt habetur Geñ.xiij. b ¶Factum eſt au.&c.Hic conſequenter deſcribit̃ doctrinæ Chriſti confirmatio, quæ pprie D fit per miracula,ſecūdū ꝙ dicitur Mar.vlti.d.Sermonem confirmante ſequentibus ſignis.Et primò deſcribitur miraculum factum in mari,Secundò factum in terra,ibi:Et cum de naui egreſſus eſſet ad terram.Sententia primę partis patet ex dictis Matthæi.viij. Hoc excepto. c ¶Tranſfretemus transſtagnum. Matth.viij.vocatur mare;modo loquēdi hebraico,quo omnis congregatio aquarum in notabili quantitate vocatur mare,ſecūdū illud Geñ.j.b.Congregationeſq; aquarū vocauit maria.Secundū veritatem aquæ Iordanis fluuij extendūtur ibi in magna latitudine,ideo frequēter vocatur mare,& aliquando lacus,& aliquando ſtagnum, ſicut hic. e ¶Et cum &c.Hic deſcribit̃ miraculū factū in terra.Et primò de curatiõe dæmoniaci.Scđ'ò,de ſuſcitatiõe filię Archiſynagogi, ibi.Factū eſt aūt,Sententia aūt primæ partis patet ex dictis Mat. viij.& Mar.v.Hoc excepto qđ ſequit̃: f ¶Et ueſtimēto &c. Amentes enim & dæmoniaci multa poſſunt ſuſtinere quæ non poſſūt aliâs ſuſtinere,ſicut patet de Nabuchodonoſor. Dañ.iiij. qui per ſeptē annos habitauit cū feris,fœnū quaſi bos comedēs. Ipſe autem

†complebuntur †exprecti⁹ *è ciuitate

Moraliter

a ¶Mater mea &c.Et in hoc docuit prædicatorem euangelij rationabiliter reprimere volentes eum malicioſè impedire. b ¶Factum eſt autē &c.Per quam ſignificatur corpus humanū in quo ſecūdū platonicos,anima eſt ſicut nauta ī naui.In hac autē nauicula anima gubernat ſecundū partē rationalē.Iraſcibilis autē & cōcupiſcibilis,ſenſus interiores & exteriores ſunt in corporalibus organis,& ſic debent per rationē quæ nō eſt virt⁹ organica gubernari,deus tamen principalis eſt gubernator.Turbatur autem nauis iſta corporis infirmitatibus,& mens interior,dæmonum tentationibus.Et deus qui principalis eſt gubernator, dormire dicitur,dum ab eo talia permittuntur:Excitatur autem deuotis precibus partis rationalis, quæ ad optima deprecatur & tunc iubente domino turbatio quietatur. d ¶Enauigauerunt autem ad regionem Geraſenorum quæ &c. Per hominem obſeſſum à dæmone,ſignificatur populus gentilis longo

E ne ceſſare,& quãtum diutius poſſederat,tãtũ difficilius dimittit.
Caueat ergo aliqs leſus à diabolo,vt cito ei⁹ iugũ dirũpat quiatã
tò facili⁹ quãtò citius eius dominiũ euitaɫ. a ¶ Vinciebat.ca
te. Catenę & compedes,durę & graues ſunt gentium leges,quib⁹
& in eorum republica cohibebãtur pctã .His tamẽ legib⁹ ruptis,
ad ea ſcelera' cupiditate ducebanɫ,quæ
vulgarem conſuetudinem excedebant.
b ¶ Quia intraue. Multa dæmonia
Act.4.f quæ vnũ præmũt,ſignant multos cul-
Geñ.11.a tus idolatriæ in vno gẽtiũ populo.Ecõ
tra dicitur:Multitudinis credentiũ erat
cor vnũ & anima vna.Vnde bene ĩ Ba-
bylone vnitas linguarũ ſciſſa,in Ieruſa-
lẽ eſt adunata. c ¶ Et roga.Sciebant
dæmones per aduentum domini ſe ali-
quando in abyſſum mergendos:Non
ipſi futura prædiuinãtes,ſed propheta-
†Mar.5.a rũ de ſe dicta recolẽtes. d ¶ Grex por
co.Porci,ſunt homines,vocis & ratio-
nis expertes,lutulẽtis actibus dediti,in
monte ſuperbiæ paſcentes.Et niſi quis
morẽ porci vixerit;diabolus in eo pote
ſtatẽ nõ accipit,vel ad probandũ tãtũ,
nõ aũt ad perdendũ accipit. e ¶ Et ro
†Mar.8.d gabant eum.Aduerte clemẽtiã domi-
Mar.5.b ni.Nullum prius ipſe condemnat,ſed
vnuſquiſq; ipſe ſibi mali autor eſt.Nõ
mittũtur in porcos dęmones,ſed ipſi pe
tunt:quia cæleſtis luminis claritatẽ ferre
nõ poterant.Vnde & ante tempus debi
ta ſibi tormẽta formidãt. f ¶ Et pmi.
Permittit,vt per interfectionẽ porcorũ,
detur occaſio ſalutis hominibus.Paſto-
res autẽ videntes ſtatim nunciãt.In quo
notandum,ꝙ nec porcis niſi pmiſſa dæ-
monia nocere poſſunt:multominus ho
minibus,niſi occulta tamen iuſticia dei
Allego. permittantur. g ¶ Abijt grex.Alle-
F go.Liberato populo gentiũ à domina
tiõe dæmonũ,increduli in abditis agũt
ſuos ritus ſacrilegos,cæca & ,pfunda cu
rioſitate ſubmerſi,& impetu ferũtur in
præceps: quia nullius meriti cõtẽplatio
ne reuocãtur,ſed ad ĩferiora per impro-
bitatis procliuẽ detruſi ſuffocãtur,inter
cluſo vitali cõmeatu ſpiritus in aqs' vo
†dęmonijs luptatũ huius mundi. h ¶ Fugerũt
agitatus &c.Paſtores fugerũt,quia nec philoſo
phi gentiũ,nec principes ſynagogę pere
untibus poſſunt conferre medicinã: &
licet Chriſtianã fugiant legẽ,potentiam
†Mar.5.b tamẽ eius ſtupendo,& mirando' prædi-
cant. i ¶ Exierunt autem.Signifi-
cat multitudinem ſua venuſta vita dele
ctatam,honorare quidem,ſed nolle pa
ti religionem Chriſtianam, dum dicũt,
ꝙ eam implere nõ poſſunt. Mirãtur &
fidelem populũ à priſtina conuerſatiõe
ſanatum,& ſedere ad pedes domini.i.ſa
no mentis examine' veſtigia ſaluatoris
quæ ſequatur intueri,& veſtitũ ſtudijs
†Mat.9.c virtutũ,quę deceptus amiſerat. k ¶ Et
Mar.5.c rogaue. Conſcij fragilitatis,præſentia
dñi ſe indignos iudicant:non capientes
verbũ dei,& infirma mente pondus ſa-
pientiæ nõ ſuſtinentes: & ideo diutius
moleſtus nõ fuit,ſed regreditur:quia nõ
dignatur curare inuitos,ſed cito deſerit infirmos, quibus oneri
videt eſſe ſuam pręſentiam. l ¶ Ipſe autem &c.Quando de ſy
nagoga ad gentes tranſiuit,ipſe ſomno,nauis tempeſtate præſſa
memoratur:hic nec ipſe dormit,nec nauis periclitaɫ. Quia Chri
Roma.6.b ſtus reſurgens ex mortuis,iam nõ moritur,mors illi vltra nõ do
minabitur.Tamen in hoc innuitur,ꝙ paſſionis eius triumphus,
& reſurrectionis gloria crediturisIudeæ populis intimabitur;&
cũ prædicatio mortis ſuæ vexillo credi ab hebræis cœperit, qua-
ſi repetita naui in qua dormierat,patriam reuiſit. ¶ Ipſe autem
qui relictis parentibus,i.iudæis,aſcenderat nauim.i.poſt reſurre
ctionem,quaſi tranſacta paſſionis ſuæ tempeſtate gentiũ ,pcura-
u erat ſalutem:

as. Præcipiebat enim ſpiritui im-
mundo,ut exiret ab homine. Mul-
tis enim temporibus arripiebat illũ,
a & uinciebatur cathenis & compedi
bus cuſtoditus, & ruptis uinculis
a ¶ In loca ſpiritualium infœcunda virtutum,ſicut pro fugus a lege,diſcretus a prophetis,remotus a gratia
agebatur à dæmonio in deſerto.
a ¶ Non vt ignarus inquirit,ſed vt confeſſa peſte quã furens tolerabat,virtus curantis gratior emineat.
†Interrogauit autem illum Ieſus,di
cens:Quod tibi nomen eſt? At ille
a ¶ ſ.fumus,non vnus ſpiritus tantum.
b dixit:Legio.Quia intrauerunt dæ-
c monia multa in eum. Et rogabant
¶ Id eſt gehennam.
illum ne imperaret illis, ut in abyſ-
d ſum irent.†Erat autem ibi grex por
corum multorũ paſcentium in mõ-
e te:& rogabant eum, ut permitteret
f eis in illos ingredi.Et permiſit†illis.
Exierunt ergo dæmonia ab homi-
ne, & intrauerunt in porcos, &
g impetu abiit grex per pręceps in ſta
gnum,& ſuffocatus eſt.† Quod ut
h uiderunt factum qui paſcebant,fu-
gerunt & nunciauerunt in ciuitatẽ,
i & in uillas. Exierunt autem uidere
quod factum eſt,& uenerunt ad Ie-
ſum,& inuenerunt hominem ſeden
tem à quo dæmonia exierant, ueſti-
tum,ac ſana mente ad pedes eius: &
timuerunt.Nunciauerunt autem il
lis & qui uiderant,quomodo ſanus
k factus eſſet à †legione. Et rogaue-
runt omnis multitudo regionis Ge-
raſenorum, ut diſcederet ab ipſis,
quia timore magno tenebantur.
l † Ipſe autẽ aſcendens nauim,reuer a
ſus eſt. Et rogabat illum uir à quo
dæmonia exierant,ut cum eo eſſet.
¶ Vt iactantiæ cauſa vitetur,& infidelibus ſit exẽplo.
m Dimiſit autẽ eum Ieſus, dicens: Re
di in domum tuam,& narra quanta
tibi fecit deus. Et abiit per uniuer-
ſam ciuitatem prædicans, quanta
illi feciſſet Ieſus. † Factum eſt au- b
n tem cum rediiſſet Ieſus, excepit il- c
lum turba. Erant enim omnes ex-

G uerat ſalutẽ,iam in patriã reuertitur,qa poſtq; plenitudo gentiũ
intrauerit,tũc oĩs iſrael ſaluus erit. m ¶ Redi in domum &c. Roma.11.c
Allego.Poſt remiſſionẽ peccatorũ redeundũ eſt in bonã cõſcien- Allego.
tiã,& ſeruiendũ euangelio,propter aliorũ etiam ſalutẽ,vt dein-
de cum Chriſto requieſcat,ne cũ iam prope vult eſſe cũ Chriſto,
negligat myſteriũ prædicationis accom Phil.1.c
modatũ fraternæ liberatiõi.vnde Apo
ſtolus:Cupio diſſolui,& eſſe cũ Chriſto,
multo melius:manere autẽ in carne ne-
ceſſariũ propter vos. n ¶ Excepit il.
In fine ſeculi cum adhuc ad Iudęos redi
bit,per fidei cõfeſſionẽ libenter excipieɫ, Oſee.3.b
qa expectant eũ ſicut ait propheta:Dies
multos expectabis me.Nõ fornicaberis
& nõ eris cũ viro,qa nũc ſynagoga nec
ẽ ſubdita Chriſto viro,nec fornicata cũ
idolo,longa expectatiõe ſpõſi amplexũ
præſtolans. ¶ Huic lectioni cõſequẽter
ſubiungiɫ mors filię Archiſynagogi,in
figurã eiuſdẽ ſynagogæ,quã dũ prope-
rat ſuſcitare dñs,prærípit ſanitatẽ emor
royda mulier in figurã gẽtiũ quæ poſt
venientes prius ſanãtur.Venit ergo ad
Ieſum priceps:ſcilicet Moyſes:q merito
Iairus diciɫ,id eſt illuminat⁹ à deo,vel il
luminãs alios,dũ verba vitæ quæ à ſpũ
ſancto acce-

## Nico. de Ly. †illos

a ¶ Ipſe autem aſcendẽs na.&c.
& rogabat illũ uir à quo dęmonia
exierãt,ut cum eo eſſet:dimiſit &c.
i.noluit ꝙ ipſum ſequeretur. Cuius ra- †Mat.8.d
tio eſt:quia diſcipulis ſequentibus Chri H
ſtũ data eſt poteſtas faciendi miracula,
vt patebit ca.ix.&.x.Si autem iſte q fue
rat dæmoniac⁹ talia faceret,poſſet à ſim
plicibus & etiam à malicioſis hominib⁹
imputari,ꝙ talia faceret virtute dæmo-
nis:quod Chriſtus excludere intẽdebat
Et ex hoc conſuetũ eſt in eccleſia,ꝙ dæ-
moniaci & furioſi ſi curenɫ,nõ tamẽ ad
eccleſiaſtica officia ,pmouenɫ. b ¶ Fa-
ctum eſt autem.Hic conſequenter de
ſcribitur miraculum de reſuſcitatione fi
liæ Archiſynagogi.Circa quod prĩo po
nitur dicti miraculi inchoatio.Secundò
interponitur mulieris patientis fluxum
ſanguinis curatio,ibi;Et cõtigit dũ iret.
Tertiò:dictæ ſuſcitationis conſumma-
tio,ibi:Adhuc illo loquente. Sententia
iſtarũ partium patet ex dictis Mat.ix.&
Marci.v.excepto quod ſequitur in prĩa
parte. c ¶ Excepit illum turba.Li-
cet em̃ ſacerdotes & legiſperiti ex odio
ipm̃ deſpicerent & doctrinã eius,tñ cõis
populus deuotẽ audiebat verbũ eius.
Et ecce ve.
tilis longo tempore ſeruiens dæmoni Moraliter
bus in idolis,& veſtibus non vtebatur,
quia nudatus erat virtutum ornamẽtis.
Ruperat etiam catenas & vincula legis
naturalis,ſed domino iubente per præ-
dicationem apoſtolorum dęmones ſunt
ab eis eiecti:& ad ſanam mẽtem ſunt re-
ducti,& virtutum veſtibus ſunt ornati.
Per hoc aũt ꝙ dæmones porcos intrauerunt,& in mare demerſe
rũt,ſignificaɫ,ꝙ dæmones intrant detractores qui tãquam porci
paſcuntur immundicijs aliorum & grinniũt contra vitam bo-
norum:propter quod cum dæmonibus demerguntur in infer-
num. b ¶ Factum eſt autem, cum rediiſſet Ieſus: exce-
pit illum turba.Per Archiſynagogum ſacerdos curatus,& p fi
liã eius vnicã,ſua parrochia deſignatur.Igiɫ Archiſynagogi vni
ca filia moritur,cũ ſacerdotis parrochia malæ diſponitur:ſed pro
eius ſanitate Ieſum rogat cum prædicatorem & cõfeſſorẽ ,p ſalu
te animarũ zelantem in auxiliũ ſuũ vocat:& tunc eius filia ſana-
tur,& ei cibus verbi dei & euchariſtię ſacramentum miniſtratur.
Et mulier



A ſancto acceperat,alijs miniſtrat. Cadit ad
pedes,quia legiſlator cum toto populo il
lo,Chriſtum in carne venturum longè ſi-
bi intelligebat præferendũ.Rogat intrare
in domum,quia deſiderabat eum videre.
Luc.10.d Vnde:Multi reges & ,pphetæ v.vi. quæ
vos vi. ¶ Huic erat vnica filia.i. ſynago-
ga ſola legali cõpoſitione inſtituta; Quæ
cũ ad duodecimũ annum perueniſſet.i.cũ
per legis & ,pphetarũ inſtitutionẽ edocta
ad annos intelligibiles perueniſſet,vt iam
apoſtolica doctrina viueret. & deo ſpiri-
tuales fructus gigneret,moriebatur erro-
ris languore.Ad hanc ſanãdam,dũ carne
†quæ aſſumpta properat dei verbũ,grauaɫ no-
xia cõſuetudine carnaliũ populorũ.Et ec-
ce mulier id eſt eccleſia de gẽtib⁹ cõgrega-
†inſumpſerat ta,quę interiorũ lapſu criminũ deperibat,
à cœtu fideliũ ſegregata;paratã alijs præri
pit fide ſalutẽ,ab ãnis duodecim.Quo tẽ
pore ſynagoga in cultu dei creuerat,eodẽ
tpe gẽtilitas p orbẽ idololatrię ſanie fœda
batur:& carnis oblectatiõe.Quæ ſubſtan
tiã.i.naturalis ,induſtriæ vires expẽderat ĩ
medicos.i.philoſophos;& legũ doctores,
q multa de vitijs & virtutib⁹ diſputauerãt
Mar.5.c & præcepta viuendi dederãt,nec p eos cu
rari poterat:ſed(vt Marcus ait)deteri⁹ ha
bebat.Sed vt vidit Iudęos ægrotare,& ve
rũ medicum vidit adeſſe:ſperat,& quærit
medicinam,accedit per fidem, appropin-
quat retrò,poſt dñm ſuũ ambulãdo.Vel,
qa in carne dominũ nõ videns, peractis in
carnatiõis ſacramẽtis,per fidẽ cœpit ei⁹ ve
ſtigia ſubſequi.Tangit fimbriam,& vndã
ſanguinis reſtringit:quia beat⁹ & verẽ mũ
†Mat.9.c dandus,qui minimã verbi partem: manu
Mar.5.c fidei contingit. a ¶ In medicos.Medi
B ci,dæmones:qui quaſi conſulentes homi-
nibus,pro deo ſe coli exigũt;quib⁹ ſeruie-
rat gentilitas. b ¶ Tetigit fimbriam.
Fimbriã tangit: qui incarnationis myſte-
ria perfectẽ amat & credit,donec ad maio
ra capienda perueniat. ¶ Si conſiderem⁹
quanta ſit fides noſtra:& intelligam⁹ quã
tus ſit filius dei,videmus quia cõparatiõe
eius,fimbriã tantũmodo tangimus,ſupe-
riorem veſtimenti eius partẽ nequimus
attingere. c ¶ Et cõfeſtim &c.Suſcita
turus mortuã,redijt ad fidem faciendam:
†à pricipe prius curat emorroidam.Sic Eliſabet ſte-
rilis paritura indicatur:vt conceptura vir
†magiſtrũ go credatur. d ¶ Quis eſt.Nõ quærit
vt doceatur quæ neſciat:ſed vt fides mu-
lieris appareat. e ¶ Turbæ te compri-
munt.Quẽ turbæ diuerſis hæreſibus affli
gunt,ſola catholica eccleſia fideli corde tã
git,nã alij tangentes nõ tangunt, ſicut vi-
dẽtes nõ vident,audientes nõ audiũt.Vn
Iohã.20.d de & Mariæ diciɫ;Noli me tãgere: nondũ
enim aſcẽdi ad patrẽ meũ. f ¶ Nam &
ego noui.Nõ latet quicũq; tangit:Deus
nõ indiget oculis vt videat,nec corporali
ter ſentit,ſed in ſe habet cognitionem om
niũ.Etiã virtus quæ ,ppitiatur oĩbus iniq
tatib⁹ noſtris;& ſanat oẽs infirmitates no
ſtras:nõ ex nobis,ſed ex deo exit. g ¶ Vi
dẽs autẽ mu.Hæc mulier verecũda fim-
briam tangit,fidelis acceſſit,religioſa cre-
didit:ſapiẽs ſe eſſe ſanatam cognoſcit.Sic
plæbs gentiũ quæ deo credidit, peccatum
erubuit vt deſereret.fidem detulit vt crede
†Mat.9.c ret:deuotionẽ exhibuit vt rogaret, ſapien
Mar.5.d tiam induit vt ſanitatẽ ſuam & ipſa ſenti-
ret:fiduciam ſumpſit vt fateteɫ qd' præri-
piebat alienũ. h ¶ Adhuc illo lo.Mun
data eccleſia gẽtium à profluuio vitiorũ,
& cognominata filia ob fidei meritũ,nun
ciaɫ ſyna-

pectãtes eum. Et ecce uenit uir a
a ¶ Illuminans.Moyſes enim dicitur Iairus, qui diuinis pręceptis populum inſtruxit.
cui nomen Iairus: & ipſe prin-
ceps ſynagogæ erat, & cecidit
ad pedes Ieſu rogans eum, ut
intraret in domum eius: quia
a ¶ Synagoga,lege vel prophetis inſtructa.
filiã unica erat illi ferè annorũ
duodecim, & hæc moriebatur.
Et contigit dum iret, † à turbis
comprimebatur. † Et mulier b
† quędam erat in fluxu ſangui-
nis ab annis duodecim, quæ in
a medicos † erogauerat omnem
ſubſtãtiam ſuam, nec † ab ullo
potuit curari: acceſſit retro, &
b tetigit fimbriam ueſtimẽti eius,
c & cõfeſtim ſtetit fluxus ſangui-
d nis eius. Et ait Ieſus: Quis eſt
qui me tetigit? Negantibus au-
tem omnibus, dixit Petrus &
qui cum illo erant: Præceptor,
a ¶ Q. Multi ſunt qui te tetigerunt.
e turbæ te comprimunt & affli-
gunt, & dicis, quis me tetigit?
a ¶ Q. Non quæro de tactu corporis,ſed de tactu fidei.
Et dixit Ieſus: Tẽtigit me aliqs:
f Nam & ego noui uirtutẽ de me
g exiiſſe. † Vidẽs autẽ mulier, qa
non latuit, tremens uenit & pro
cidit ante pedes eius: & ob quã
cauſam tetigerit eum, indica-
uit corã omni populo: & queãd
modũ confeſtim ſanata ſit. At
¶ Per fidem.
ipſe dixit illi: Filia, fides tua te
a ¶ Non factura eſt,ſed fecit,In eo enim iam ſaluata es ꝙ credidiſti.
h ſaluã fẽcit: Vade in pace. Ad-
huc illo loquẽte, uenit quidam
† ad principẽ ſynagogæ, dicẽs
ei, Quia mortua eſt filia tua, no
li uexare † illum. Ieſus autem
audito hoc uerbo reſpondit pa
tri puellæ: Noli timere: crede
tantũ & ſalua erit. Et cũ ueniſſet
i ad domum, nõ permiſit intrare
a ¶ Petrus Iacobus & Iohãnes,fides ſpes & charitas.
ſecũ quẽquam, niſi Pẽtrũ & Ia-
a ¶ Pater epiſcopus. b ¶ Mater eccleſia.
k cobũ & Iohannẽ & pãtrẽ & mã
l trem puellę. Flebant aũt oẽs &
m plangebãt illã. At ille dixit: No
n lite flere: Nõ eſt mortua puella,
¶ Qui non credit deridet.
o ſed dormit. Et deridebãt eum,
p ſciẽtes qa mortua eſſet. Ipſe aũt*
q tenẽs manũ ei⁹, clamauit, dicẽs:
r † Puella, ſurge. Et † reuerſus eſt
a ¶ Ad teſtioniũ vitę,vt nõ phãtaſma ſed veritas crederet.
ſpũs ei⁹ & ſurrexit cõtinuô, & iuſ
ſit illi dare mãducare. Et ſtupue
s rũt parẽtes eius, qb⁹ pręcepit ne
alicui dicerent quod factũ erat.

ciaɫ ſynagoga lœto perfidiæ & inuidiæ ſo C
luta;qa in Chriſtũ nõ credidit, & eccleſiã
credere doluit. Nũcius iſte eſt,quicũq; cre
dit ſtatũ ſynagogæ à deo deſtitutum vt re
ſtaurari nõ poſſit:ideoq; ,p reſtitutiõe illi⁹
ſupplicãdũ eſſe nõ credidit,ſed quę impoſ ĩ.18.c
ſibilia ſunt apud homines,poſſibilia ſunt
apud deũ.vñ ſequiɫ: Ieſus autẽ audito
hoc uerbo. i ¶ Nõ permiſit &c.Pau-
cos arbitros reſurrectiõis acciuit, quia nõ
à multis continuo credita eſt reſurrectio. ẽ.7.b
¶ Filius viduę publicẽ ſuſcitatur,hic pau
ci admittũtur:In quo moraliter pietas do †turbæ ſuf
mini notatur,quia vidua mater vnici nõ focabãt eũ
patiebatur moras:& ideo ne amplius affi- †Mat.9.c
ceretur, maturitas additur. Significatur Mar.5.c
etiam in filio viduæ eccleſia cito creditu-
ra.In archiſynagogi filia Iudæi qui credi- †ab illis
turi,ſed ex pluribus pauci. k ¶ Patrem 5.diſt.c.ad
puellæ.Pater puellæ.cœtus doctorum le eius.de pe.
gis.ſ.ſcribæ & phariſæi,qui ſi credere vo- di.3.c. inter
luerint etiam ſubiecta ſynagoga ſalua erit. hęc hircũ.ĩ.
l ¶ Flebant autem.Flent qui ſynago-
gam à deo qui vita eſt vident alienam &
dolent,nec amplius poſſe viuificari putãt,
& illa quæ ſponſi præſentiam qua viuere
debet amiſit,quaſi inter plangentes mor-
tua iacens,nec hoc ipſum quidem quare
plangatur intelligit. m ¶ Nolite flere.
Fleãt mortuos ſuos,qui putãt mortuos,
vbi eſt fides reſurrectionis non eſt mortis,
ſed ſpes quietis. n ¶ Non eſt mortua
&c.Mortua eſt puella hominibus qui ſu-
ſcitare non poſſunt.Non deo, cui anima
viuit,& caro ſuſcitãdo quieſcit. o ¶ Sed Allego.
dormit &c.Allego.Cum anima peccãs D
moriatur:ſi tamen à Chriſto ſuſcitari me-
retur: nobis quidẽ mortua fuiſſe,ſed deo
dici poteſt obdormiſſe. p ¶ Deride-
bant &c.Merito excluſi ſunt,qui deride-
re q̃ credere malebant:indigni videre re-
ſurrectionis miraculum. q ¶ Tenens
manum.Tenet manũ,qa niſi manus Iu-
dæorũ(quæ ſanguine plenę)prius fuerint
mundatæ,ſynagoga nõ ſurget. r ¶ Puel
la ſurge.Quiſquis à morte animę,à Chri
ſto manũ ſibi confortãte reſipiſcit:à ſordi
bus vitiorũ debet exurgere:&(ſicut Mar-
cus ait)in bonis operibus ambulare,& cæ
leſti pane neceſſe eſt vt mox ſatietur,id eſt
verbi dei & altaris. s ¶ Quibus præce
pit &c.Sicut publica noxa publico eget
remedio:ita leuia peccata leuiori & ſecre-
ta queunt deleri pœnitentia. Vnde puel-
la in domo iacens,paucis arbitris exurgit,
eiſdemq; ne miraculum vulgarent, inter-
dicitur.

## Nicolaus de Lyra.

a ¶ Et ecce ue. uir cui no. Iairus:
Iſtud nomen nõ exprimiɫ Mat.ix.& Mar-
ci.v.& ideo hic ſuppletur.Sciẽdum tamẽ,
ꝙ iſte vocabatur Iair in idiomate hebręo.
Sed nomina propria hebraica quãdo trãſ
feruntur ad latinum frequenter accipiunt
hanc ſyllabam us in fine, ſicut Iacob in he *eiectis fo
bræo, Iacobus in latino, & ſaul ſaulus. Et ras oibus
eodem modo Iair Iairus. Moraliter
*b ¶ Et mulier quædam erat in flu-
xu ſanguinis.Per quam ſignificatur per
ſona peccatrix à longo tempore, quæ ta- † cõuerſus
men remedium quærit à domino, dicẽs:
Libera me de ſanguinibus deus, deus ſalu
tis meæ &c.Et illa ſola dicitur Chriſtum
tetigiſſe.ſ.ſpiritualiter per fidem,licet mul
ti eum comprimerent per tactum corpo
ralem:,ppter quod ei ſingulariter dicitur;
Filia fides tua ſaluam te fecit.

E Caput. IX.

Onuocatis au. Cōceſſa primū poteſtate ſignorū mittunt prędicare regnū dei, vt magnitudini ꝓmiſſorū atteſtet etiā magnitudo factorum & fidē verbis daret virt⁹ oſtēſa, & noua faceret ꝙ noua prædicaret. b ℭ Nihil tu. Mar.6.b In marco legit, vt nihil tolleret in via niſi virgā tantū. Sed ſciendū eſt: qa vtrūqꝫ præceptū eſt à dño, vt nihil niſi virgam ferret, & vt nec virgā ferret. Nō ferre virgā, eſt nō eē ſolicitū de his quæ neceſſaria ſunt humanę ſuſtentationi: quia hęc debent prędicatoribus ab his quib⁹ prędicant: quādo ſine ſcādalo poſſunt accipi. Nihil ferre niſi virgā, eſt vti illa poteſtate accipiendi neceſſaria quæ data eſt prædicatoribus. c ℭ Duas tuni. Simplex veſtimētū, eſt qcqd eſt neceſſarium alicui ſcd'm qualitatē loci vel tpis. Duplex eſt: qd' vltra neceſſitatē eſt. Allego. In duabus tunicis, duplicitatē prohibet. †viam d ℭ Ibi mane. Ne excurſetis ꝑ domos & iuiolabilis hoſpitij iura mutetis. Mat.10.b Vnde ſecundū Mat. domus in qua manere debeat prius eligenda eſt, vt mutādi hoſpitij neceſſitas auferat. e ℭ Puluerē pe. Puluis excutitur in teſtimoniū laboris ſui: qꝫ ingreſſi ſunt in ciuitatē, & vſqꝫ ad illos prædicatio peruenit. Vel, excutitur, vt nihil ab eis accipiant q euangeliū ſpreuerūt, nec etiā neceſſaria vitæ. Allego, ℭ Allego. Ne cōicetis inanibus verbis & geſtis perfidorū, quæ pulueri cōparanda ſunt, ne caſtæ mentis veſtigia polluat. Puluerē verò fidelis populi q humana fragilitate colligitur, debet prædicator euangelij abſtergere, & quaſi ſuū in ſe ſuſcipere. 2.Cor.11.g F Vnde Apoſtol⁹: Quis infirmat, & ego nō infirmor? Quis ſcādalizatur, & ego nō vror? f ℭ Egreſſi au. Mar.6.b In marco legit: Exeūtes prædicabāt, vt pœnitētiā agerēt, & dæmonia multa eijciebāt, & vngebant oleo multos egros & ſanabāt. g ℭ Audiuit au. Notandū ꝙ Herodes propter diſſonos populi rumores pri⁹ hæſitauit, ſed poſtea cōfirmato aīo dixit pueris ſuis, vt apud Matthæum & †Mat.14.a apud Marcū legit: Hic eſt Iohānes baptiſta: & ipſe ſurrexit à mortuis: & ideo virtutes operant in eo. Mar.6.c h ℭ Iohānes ſurrexit. Mat.14.a Mar.6.c Qui Iohānē cuius nullū ſignū viderat, reſurrexiſſe dicebat, ꝑ ſummā malicia Ieſū reſurrexiſſe negabāt, cui⁹ mīra mirabilia opa viderāt, i cui⁹ paſſionē mīra mirāda cōtingerāt. †nunciaue runt. i ℭ Narra. Narrāt apſi dño quę fecerāt, & quę docuerint, quo Iohānes dū ipſi doceret paſſus ſit. †Mat.14.b Mar.6.d Vnde ſequit. k ℭ Et aſſump. Non ocioſis, nō in ciuitate ſynagogę, i. ſæcularis dignitatis reſidētib⁹, ſed inter deſerta Chriſtū quærentibus cæleſtis gratiæ alimonia impertitur. Qui em̄ non faſtidiūt, à Chriſto ſuſcipiuntur, & ſpūaliter & corporaliter: etiā ſi indigēt curant. Et nota, qa poſtqꝫ ꝑfecta eſt mētio paſſionis Iohānis, Chriſt⁹ reficit, qa poſt defectū legis, euāgelic⁹ cibus incipit. Denicꝫ poſtqꝫ curata eſt mulier quæ geſtat figurā eccleſiæ: & poſtqꝫ apſi ad prædicādū ſunt miſſi, fit mētio refectiōis, qa ꝑ apſos in eccłia vera refectio fit. l ℭ Seceſſit ſeor. Decollato Iohāne ſecedit in deſertū, qa relicta iudæa, quę ꝓphetiæ ſibi nō credendo caput abſtulerat, in deſertū eccleſiæ quæ virū nō habebat verbi pabula largitur. Vnde & Bethſaida domus fructuū interꝑtatur. Et trāſeūtē ad gentes, multæ cateruæ fideliū relictis mœnib⁹ priſcæ cōuerſatiōis: neglecto variorū dogmatū munimine, ſequūtur, vt qui prius in Iudæa tantū erat not⁹, iā ſuper oēm terrā exaltaret. Seceſſit. Cū turbę quidē volūtatē eūdi, ſed ꝑueniendi vires nō haberēt, ideo egreditur dñs de loco ſuo, & ꝑgit obuiā, & viſa turba miſeret, & curat lāguores, vt fides plena ſtatim præmiū cōſequat. m ℭ Secutę ſunt. Nō iumētis, nō vehiculis, ſed ꝓprio labore pedū, vt ardorē mentis oſtenderent.

☞ Sanabat

Cap. IX.

a † Onuocatis autem Ieſus duodecim apoſtolis dedit illis † uirtutem & poteſtatem ſuper omnia dęmonia, & ut langores curarent. Et miſit illos prædicare regnum dei, & ſanare infirmos. b Et ait ad illos: † Nihil tuleritis in † uia, neque uirgam, necꝫ peram, necꝫ panem, necꝫ pecuniam, c neque duas tunicas habeatis. Et in quamcumque domum intraueritis, d ibi manete, & indē ne exeatis. Et quicūcꝫ non receperint uos e exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum ueſtrorum excutite f in teſtimonium ſupra illos. Egreſsi autem circūibant per caſtella, euangelizantes & curantes ubicꝫ. g Aūdiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, & hęſitabat, eò ꝙ diceretur à quibuſdam, h quia Iohannes ſurrexit à mortuis: à quibuſdam uerò quia Elias apparuit: ab aliis autem, quia propheta unus de antiquis ſurrexit: Et ait Herodes: † Iohannē ego decollaui, quis autē eſt iſte de quo ego audio talia? Et quærebat uidēre eum. Et reuerſi i apoſtoli † narrauerūt illi quęcūcꝫ fecerūt. k † Et aſſumptis illis l ſecēſsit ſeorſum in locū deſertū † qui ēſt Bethſa m idę. Quod cū cognouiſſent turbę, ſequutę ſunt illū, & excepit illos & loquebat illis de rēgno dei, & eōs qui

a ¶ Quamdiu in illa ciuitate prędicabitis.

a ¶ Dum hęc fierent a domino in Galilæam Herodes decollauit Iohannem.

a ¶ Vt forte ſi ipſe ſit Iohannes, poſſit agnoſcere.

a ¶ Non timore mortis, ſed vt parceret inimicis, ne homicidium homicidio iungerent.

a ¶ Pertinens & vicinus Bathſaidæ ciuitati Galilææ.

¶ Fatigatos.

a ¶ Docet inſcios. b ¶ Non de ſecularibus. c ¶ Ægros.

Onuocatis au. Deſcripta prædicatione Cap. IX. G Chriſti ꝑ ſeipſum, hic cōſequēter deſcribit prędicatio facta per miſſionē diſcipulorū. Et qa prædicator verbi diuini poſt deſcenſum per prædicationē ad proximū, debet per orationē aſcēdere in deū, ſicut & in ſcala Iacob angeli deſcēdebant & aſcendebāt, vt habetur Gen̄. xxviij. Ideo ſaluator primo mittit diſcipulos prædicare. Secundò docet eos orare. xj. cap. Adhuc circa primū pręmittit miſſio apoſtolorū. Secūdò, ſubditur miſſio ſeptuagintaduorū diſcipulorū ſequenti capi. Prima in duas: qa primo deſcribit apoſtolorū miſſio. Scd'ò: eorū reuerſio, ibi Et reuerſi apoſtoli. Prima adhuc ī duas, in partē principalē, & incidētalē, quæ incipit ibi: Audiuit aūt herodes. Circa primā partē dat autoritas apoſtolis prædicandi, & poteſtas miracula faciēdi ad cōfirmationē ſuæ doctrinæ: & ſic mittunt prædicare. Et patet ſententia huius ꝑtis ex dictis Mat. x. d ℭ Audiuit au. Hęc eſt pars incidētalis: qa per prædicationē apoſtolorū facta Chriſti prædicantium Herodes audiuit famā de miracłis Chriſti: & deſiderabat videre ipſum, magis ductus curioſitate vidēdi miracula qꝫ deuotione: propter qd' Chriſtus noluit in pręſentia eius aliqd' miraculū facere, vt habetur. j. xxiij. Ratiōes verò quare aliqui credebant Chriſtū eſſe Iohānem de quibus fuit iſte Herodes, alij Eliam, alij Ieremiam: alij vnū ex ꝓphetis antiquis: tactæ fuerūt breuiter Mat. xvj. e ℭ Et reuerſi apoſtoli. H Hic deſcribitur reuerſio apoſtolorū de prædicatiōe: circa qd' oſtenditur benignitas Chriſti ad apoſtolos. Primo eos benignè recipiendo. Secundò eos ad maiora incitādo, ibi: Et factum eſt cū ſolus eſſet. Pria in duas: qa primò, deſcribitur benignitas Chriſti ad apoſtolos. Secūdò ad populos ibi: Qd' cū cognouiſſent turbæ. Circa primū dicitur: Et reuerſi apoſtoli narrauerūt illi quęcuncꝫ fecerunt. Licet enim nō indigeret tali narratiōe cū omnia ſciret ꝑ ſeipſum: & hoc etiā apoſtolis eſſet notum, tamen retulerūt ei per modū amicabilis collationis diſcipulorū cum magiſtro. f ℭ Et aſſump. Vt requieſcerēt ſegregati à tumultu populorum, & vt ſe recolligerent in oratione, ſicut fuerūt diſperſi in prædicatione. g ℭ Qd' cū cognouiſſent turbæ. Hic cōſequēter deſcribitur benignitas Chriſti erga populos. Primò recipiendo eos curialiter: quod notatur cū dicitur: Et excepit illos. Secundò: quia pauit eos ſpiritualiter. Ideo ſubditur: Et loquebat eis de regno dei. Tertiò, quia curauit languidos generaliter, cum ſubditur: Et eos qui cura indigebant, ſanabat. Quartò, quia

Diuiſio †Mat.10.a Mar.6.a †poteſtatē & autoritatem. †Mar.6.b Diuiſio †Ciuitatis quæ vocat Bethſaida.

☙ famelicos

Moraliter. a ℭ Conuocatis au. Hæc aūt facit prædicatorib⁹ euangelij, ſi faciant qd' in ſe eſt: eis dando poteſtatem eijciēdi dæmones ſpūaliter de cordibus hominū & ſanandi languores vitiorū. b ℭ Nihil tule. Hoc faciunt qui ſe diuinæ prouidentiæ cōmittunt, rationabiliter tn̄ ne deum tentent. c ℭ Et quicuncꝫ non receperint uos, exeun. &c. Per quem ſignificantur leues motus impatientiæ qui ſolent etiam in viris perfectis ex hoc ſubito ſurgere, qui ſtatim ſunt excutiendi per virtutem patientiæ. d ℭ Audiuit autem. Per iſtū ſignificātur curioſi qui facta mirabilia bonorū videre quærūt & audire, ſed nō imitari. e ℭ Et reuer. Per hoc oſtēdit ꝙ prædicatores poſt prædicatiōis diſcurſum redire debēt ad cōtēplatiōis ſecretū, & oꝑa ſua corā deo diſcutere, vt de bonis grās agāt, & de delectib⁹ veniā petāt. h ℭ Et loque. Oſtēdens ꝙ inter religioſos nō debet eſſe locutio de fabulis, ſed de ſacris ſcripturis. i ℭ Et eos &c. Et ſicut fecit corporaliter, ſic debent prædicatores & doctores facere ſpiritualiter. Et Moraliter

⁜ hoc eſt contra



Perſecuto- tum eſt fortitudo. d ¶Oſtendã au.uob.
rũ duo ge- quia duo ſunt genera perſecutorum.vnum
nera. apertè perſequentium, alterum fraudulen-
ter blandientium.Sicut ſupra contra hypo
criſim,ita hic armat contra carnifices. Tot⁹
hic locus ad ſubeundam pro cofeſsione do
mini paſsionem vel contemptu mortis,vel
ſpe præmij,vel manſuros in denunciatione
B ſupplicij inſtruit. e ¶Nõne quinq;.Am-
bro.Quinq; paſſeres,quinq; corporis ſenſ⁹
Matt.10.d. vel duo ſecundũ Matt.corpus & anima:q-
bus dedit natura gratiam ad æterna ſubuo-
† aſsiculis landi,quia etiam caro ſi conſentiat legi dei
duobus in naturam ſpiritualem tranſit.Sed dum &
in occultis & fœtidis locis ſcilicet cibũ quæ
runt,delictorum laqueis capti,ad ſuperno-
rum operum fructus reuolare nequeũt,ſed
dipondio,id eſt vili terrenæ cupiditatis pre-
cio venundantur ſub peccato , ita vt etiam
anima malorũ eſcis grauata , inclinetur in
corporis naturam.Sed ſi deus etiam infide-
† pręſtatis libus hoĩb⁹ vel ĩ oriũdo ſole & terræ fœcũ
ditate proſpexerit, & miſericordiæ munus
impertit,non dubium fidelium contempla
Dipõdius tionem apud illum valituram.f ¶Vene.
di.Dipondius eſt pondus ex duobus aſsib⁹
compoſitum. Quod autem in numeris eſt
vnum,hoc in ponderib⁹ as quod duo, hoc
dipondius eſt. g ¶Et unus ex.Smplicita
tis affectum inſpirauerat , virtutem mentis
1.Cor.9.b. erexerat , ſola fides nutabat , hanc de vilio-
ribus roborat . Quomodo dicit Apoſtol⁹:
Nũqd de bob⁹ cura eſt deo?Sed aliud ẽ cu-
ra,aliud eſt ſcientia. h ¶Sed & ca. Non
actu computationis,ſed facultate cognitio-
nis,à ſimilitudine pecuniæ quæ numeratur
vt ſeruetur.Vbi magna prouidentia dei.ꝙ
nec parua nec ocioſa dicta eum lateant.
i ¶Omnis quicunque.Ne quis tempo-
re perſecutionis ſufficere ſibi putaret fidem
Gal.5.b. cordis, dicit: Omnis quicunq;. k ¶Cõ-
feſſus fue.Confitetur quis Ieſum ea chari-
† Mat.10.b tate quæ per dilectionem operatur,negat q
Mar.13.b. præceptis non obedit. l ¶Filius homi-
nis.Confitetur filius apud patrem illum,q
per filium habet acceſſum ad patrem.Nega
tur à filio apud patrem,cui non manifeſta-
† reſponſu tur in diuinitatis potentia filius & pater. Et
ri ſitis ne putetur vna conditio omnium & eorũ
qui ſtudio & eorum q infirmitate vel igno
rantia negant,ſubdit:Et omnis qui dicit
uerbum in fi.ho.re. m ¶Coram ange
lis.quia dixerat aperta & abſcondita eſſe re
uelanda.hanc reuelationem non in vili con
ciliabulo,ſed in conſpectu angelorum dicit
agendam

¶A ſimulatione.
fermento Phariſæorum, quod
eſt hypocriſis. † Nihil † enim o- a
a ¶Nequitia diſcooperietur.& veſtra intentio ſoli deo modo cognita ab omnibus ſcietur.
pertum eſt quod nõ reueletur,
a neque abſconditum quod non
¶In myſterio.
b ſciatur. Quoniam quę in tene- b
¶Aperte.
bris dixiſtis, in lumine † dicẽtur:
¶Priuatim.
& quod in aure loquuti eſtis, in
† cubiculis, prædicabitur in te- c
¶Publice. ¶Qui nil terrenum cupitis.
c ctis. Dico autem uobis amicis d
¶Propter multitudinem vel ferocitatem eorũ.
meis: ne terreamini ab his qui
a ¶Non poſſunt efficere, quin animam deus reddat corpori, quin & ipſum corpus reſuſcitet.
occidunt corpus, & poſt hoc
non habent amplius quid fa-
d ciant. Oſtendam autem uobis
¶Ei ſeruite in timore.
quem timeatis. Timete eum,
qui poſtquàm occiderit, habet
a ¶Mittendo in æterna ſupplicia
poteſtatẽ mittere in gehẽnam.
a ¶Nolite timere mortem corporis, qui mori non poteſtis ſine nutu dei: quod in minoribus liquet.
e Ita dico uobis, hunc timete.
f Nonne quinque † paſſeres ue- e
a ¶Sed ſunt omnia ſub prouidentia dei, quanto magis vos ad imaginem dei facti.
g neunt † dipondio: & unus ex f
illis non eſt in obliuione coram
a ¶Vt de maſſa corporis taceã, nam & minimæ particulæ dei prouidentia conſeruãtur.
h deo? Sed & capilli capitis ue-
ſtri omnes numerati ſunt. No-
a ¶Omnem curam in eum proiicite, apud quem capillus non peribit.
lite ergo timere: multis paſſe-
a ¶Maioris precij, quia rationales: quia æterni.
ribus † pluris eſtis uos. † Dico
i autem uobis: Omnis quicum-
a ¶Ore fit confeſsio ad ſalutem.
k que cõfeſſus fuerit me coram
l hominibus, & filius hominis
¶Venite benedicti patris mei.
m confitebitur eum coram ange-
a ¶Timore.
lis dei. Qui autem negauerit
a ¶Deum vel hominem eſſe. b ¶Vbi prodeſſe debet mei nominis confeſsio.
me coram hominibus, denega
a ¶Non perducetur ad viſionem patris, qua perfruuntur ſancti.
n bitur coram angelis dei. Et o- g
mnis qui dicit uerbum in filium
o hominis, remittetur illi, ei au- h
tem qui in ſpiritũ ſanctum blaſ
phemauerit, non remittetur.
a ¶Contra terrores cõſolatio. ¶Vt me negetis.
b ¶Publicos conuentus.
p † Cùm autẽ inducẽt uos in ſyna i
a ¶Principes ſynagogæ. b ¶Regiam poteſtatẽ.
gogas, & ad magiſtratus & po-
¶De modo proferendi.
q teſtates, nolite ſolliciti eſſe qua-
¶Interrogantibus.
liter aut quid † reſpondeatis aut
¶De modo inueniendi. a ¶Diſcere volentibus.
b ¶Quia non ex ingenio vel arte veſtra verba procedent, ſed ex ſpiritusſancti gratia.
quid dicatis: Spiritus enim ſan-
ctus docebit uos in ipſa hora,

agendam. n ¶Et omnis qui di.Spiritus- C
ſancti blaſphemia eſt,cũ quis manifeſtè ope
ra dei ĩtelligit, & cũ de v̄tute negare nõ poſ † autem
ſit, ſtimulatus inuidia calumniatur: & dicit
talia eſſe Beelzebub huic nõ dimittet̃,nõ ꝙ
ei negetur remiſsio ſi pœniteat:ſed quia hic
blaſphemus exigentibus malis meritis ſicut
nunquã ad remiſsionem,ita nec ad pœnitẽ-
tiam peruenturus eſt.vnde Iohannes euan-
geliſta:Propterea non poterãt credere,quia
iterum dixit Iſa.Excęcauit oculos eorum,& Ioh.12.f.
indurauit cor eorum, vt non videant ocu- Iſa.6.c.
lis & non intelligant corde,& conuertantur † audiẽtur
& ſanem eos.Qui ſpiritum ſanctum huma-
na ignorantia minorem patre credunt vel
dicunt,irremiſsibili crimine non tenentur:
quia non diabolica inuidia hoc agunt: Sed
qui ſimilitudine diaboli contra ſuã conſciẽ
tiam dei maieſtatem oppugnat , non habet
remiſsionem in ęternum.ſicut Marcus aper
te declarat , qui poſito hoc teſtimonio do- Mar.3.d.
mini ſubiungit:Quoniam dicebant:ſpiritũ
immundum habet. o ¶Ei au.qui.Ei etiã
qui ſcandalizatus in infirmitate carnis me
purum hominem vel voratorem ſuſpicat⁹
fuerit,remiſsibile erit:ſed qui gratiam ſpiri-
tusſancti(q̃ pœnitentia inſpiratur,& ad cõ-
gregationẽ redit)non cognoſcens impœni-
tenti corde permãſerit,cũ hoc iã non ſit hu-
manum ſed diabolicum , irremiſsibile erit.
p ¶Cũ au.ind.u.in ſy.Terror taliũ cõuẽ
tuũ ſolet auferre libertatẽ loquẽdi.q ¶No
li.ſollici. eſſe. Voluntatẽ veſtrã pro Chri † paſſercu-
ſto offerte. Chriſtus verò loquetur pro ſe. li
Magiſter

## Nicolaus de Lyra.

tamini à fidei veritate.a ¶Nihil enim
opertum.quia eorum falſitas ĩ iudicio dei
manifeſtabitur.b ¶Quoniam quę in te.
di.hoc refertur ad ſeductores,modus enim
ſeductorum eſt in tenebris & occultis doce
re:ſed talia venient in palam in iudicio ex- D
tremo.& hoc notatur cùm dicit: c ¶Præ-
dicabitur in te. Domus enim in terra illa † Mat.10.d
habent plana tecta , vbi congregantur ho- Mar.8.d.
mines ad ſpaciandum & confabulandum, De pœ.diſ.
& iõ illa quę dicuntur ibi,publicè dicuntur 3.c.adhuc.
& hoc modo exponit Theophilus.Beda au
tem exponit hoc referendo ad diſcipulos
Chriſti,quorum ea quæ paſsi ſunt in tene-
bris carcerum & preſſurarum declarata ſũt
per orbem ad gloriam eorum.ſed prima ex
poſitio magis concordat literæ pręcedenti.
d ¶Dico autem uobis . Hîc deſcribitur
ſecundum retrahens à fide, quod eſt ſęuitia
perſecutorum,quam Chriſtus docet non ti
mere.Et patet ſententia ex dictis Matth.x.
exceptis quæ ſequuntur.e ¶Nonne quin
que paſſeres ueneunt. id eſt venduntur.
f ¶Dipon.Dipondium es ſpẽs monetę:&
valet duplex as.& ideo quinq; paſſeres ven
debantur dipondio,vt hîc habetur.& duo,
aſſe,vt habet̃ Matt.x. qa quintus paſſer nõ
poterat diuidi:& ideo remanebat vendenti
ſicut quando dantur quinque oua pro vno
denario , non dantur niſi duo pro obolo.
g ¶Et omnis qui dicit uerbum in fili-
um hominis.i . contra Chriſti humanita-
tem. h ¶Remitte.il.i. nõ eſt ita graue ad
remittẽdũ ſicut verbũ blaſphemiæ dictũ cõ
tra deitatẽ:& hoc fuit expoſitũ diffuſè Mat.
xij.c. i ¶Cũ au.indu.u.in ſy.&cæ.Iſtud
* fuit expo-
*a ¶Nihil oper.q.d.Hypocritarum fal- Moraliter
ſitas manifeſtabitur,& ſimiliter fidei veritas
quę tẽporib⁹ eccłiæ primitiuę, ꝓpt̃ multitu
dinẽ infidelium docebatur occultè.d ¶Di
 *co autẽ

E a ¶ Magiſter. Commēdanti gratiam ſupernę pacis & vnitatis, vult iſte ingerere moleſtiam terrenæ diuiſionis. vñ & hō dicitur, id eſt terren⁹. Inter quos em̄ hmōi zelus & cōtentio eſt, hoīes ſunt & ſcd'm hoīem ambulāt. Inter fratres, patrimoniū: non iudex medius, ſed pietas debet ſequeſtra diuidere, q̄uis immortalitatis patrimoniū nō ſit pecunia hominib⁹ petendū. b ¶ Quis me cō. Nō ſum diſſentionis deus, ſed pacis & vnitatis, qui veni homines pacificare cū angelis, vt multi vnū cor & vnā aīam habeāt. Nō vt diuidanť, ſed vt habeāt oīa cōia, nec ſit aliquis egēs inter eos. Ille q nō colligit mecū, eſt diuiſor fraternitatis & diſſentionis autor.

1.Cor.3.a.

¶ Quia auaricia plerūq; ſolet tētare virtutem patientiæ quā cōmendabat, & exemplum & præceptum huius abolendæ ſubijcitur, dicente domino: Quis me c. iu. Nō dignatur iudex eſſe litium, nec arbiter facultatum, q uiuorum & mortuorum habet iudicium & meritorum arbitrium. c ¶ Ab oī aua. Nemo putaret crimen eſſe, hæreditatem diuidere, fructus in horrea congregare, ſed & hoc auariciā indicat ſupernus iudex. vnde & ſubiūgit Homi. cuiuſdam diuitis. ¶ Sicut ſupra cōtra Phariſęos & hypocritas, ita hic occaſione ſtultæ petitionis contra auariciam diſputat. d ¶ Non in abūdatia. Non in ſolo pane viuit homo, ſed in verbo dei, nec temporalis vita multitudine diuitiarum protenditur. e ¶ Dixit au. Poſt præceptum ſubdit exemplum ad declinandam auariciam tēporaliū. f ¶ Hominis cuiuſdam. Non reprehenditur diues, q̄ terram coluerit, vel fructus condiderit in horrea, ſed q̄ fiduciam vitæ poſuerit in illis, nec pauperibus erogauerit, vt ab eis reciperetur in ęternis tabernaculis. g ¶ Quid fa. Fructus ſuos, & ſua bona eſſe computans, nō erogat pauperib⁹ quæ ſuperſunt, ſed ſuæ luxuriæ reſeruare in futurum ſtudet, & ignarus quis congregatis ſit vſurus. h ¶ Bona mea & dicam. Ambro. Non ſunt hominis bona, quę ſecum auferre non poteſt. Sola enim miſericordia comes eſt defunctorum.

† 47.d.c.ſicut hi in ti. — Deu.8.a. — Suprà.4.a. — F

i ¶ Requieſce. Ecce cum peſti auariciæ iungitur peſtis deſidię, vt nec pro temporalibus deum interpellaret. k ¶ Dixit au. Dicere dei, eſt ad hominē prauas eius machinationes ſubita animaduerſiōe cōpeſcere. l ¶ Sulte. Quia longa tibi tpa diuitiarum ,pmittebas, hac nocte prærept⁹ alijs cōgregata relinques. m ¶ Repetūt &c. In nocte auferť aīa, quæ in obſcuritate cordis qd' poterat pati, prǫuidere noluit. n ¶ Et non eſt in de. di. In deum diues eſt qui tranſitoria cotemnens pauperibus diſtribuit, cuius expectatio dominus eſt, cuius ſubſtantia. i. conſcientiæ poſſeſsio qua ſubſtentatur & paſcitur, eſt apud deum, non in ſacculis terræ. o ¶ Dixitq; ad diſcipulos ſuos. Apoſtolos per fidem in ſpe æternorum confirmat, quia plures ſunt quos torpentes facit amor pręſentium & deſperatio futurorum. p ¶ Nolite ſolliciti. Perfectius eſſet pauperibus omnia dare, & de mammona iniquitatis amicos facere. Sed quia plerumque deuotio fidei infirmitate reuocatur, non ,phibet prouidentiam, per quam in ſudore vult⁹ panis præparatur ſed vetat ſollicitudinem quæ mentem perturbat, & ab æternis reuocat. q ¶ Quid manducetis neq; corpori quid induamini. Anima plus eſt quàm eſca, & corpus plus quàm ueſtimentum. Indecorum eſt homini curare de cibo vel veſte, qui militat in regno dei. Nouit rex quemadmodum familiam ſuam paſcat, alat, veſtiat. ¶ Moraliter. Ad fidem inſtruit omnia credentibus à deo poſſe conferri, qui ipſos ex anima & corpore compoſuit. Cum enim anima indumento corporis veſtiatur, & vigore animæ ſine noſtro labore corpus animetur, abſurdum eſt vt victus copiam nobis defecturam putemus, qui viuendi iugem ſubſtantiam à deo conſequimur.

† lætare — † Mat.6.d. — † veſtiemini — Diues ī deum — Luc.16.c.

☞ Conſiderate

quid oporteat uos dicere: Ait autē a
a quidam de turba: Magiſter, dic fra b
tri meo, ut diuidat mecum heredi-
b tatem. At ille dixit ei: Homo, quis c d
¶ Litium. ¶ Facultatum.
me cōſtituit iudicem aut diuiſorem
¶ Tam ad turbas q̄ ad diſcipulos.
ſuper uos? Dixitq; ad illos: Vide-
a ¶ Rationem prouidete, contra quam ſi caro ſuggerit, cauete.
c tē, & cauete ab omni auaritia: quia
d non in abundantia cuiuſquam uita e
e eius eſt ex his quæ poſsidet. Di- f
xit autem ſimilitudinem ad illos,
f dicens: † Hominis cuiuſdam diuitis g
¶ Plus ſolito.
uberes fructus ager attulit: & cogi- h
a ¶ Ecce nimia ſollicitudo ex auaricia.
g tabat intra ſe, dicens: Quid faci- i
am quòd non habeo, quod congre-
a ¶ Ex ſollicitudine deliberatio.
gem fructus meos? Et dixit Hoc fa-
ciam: Deſtruam horrea mea, & fa-
ciam maiora: & illuc congregabo k
¶ Meo labore: vel, propter me ſolum.
h omnia quæ nata ſunt mihi, & bona
mea: & dicam animæ meæ: Anima l
habes multa bona poſita in annos
¶ A labore. ¶ Eſuriem & ſitim pelle.
i plurimos: requieſce, comede, bibe, m n
¶ Magno paratu.
k l † epulare. Dixit autē illi deus: † Stul o p
¶ Exactores.
m te, hac nocte animam tuam repetūt q
à te, quæ autem paraſti cuius erunt? r
¶ Stultus, & in nocte rapiendus. s
n Sic eſt qui ſibi theſaurizat, & non t v
o eſt in deum diues. Dixitq; ad di- x
a ¶ Quos ſpecialiter ad contemptum mundi inuitat.
b ¶ Ideo temporalium ſollicitudinem veto ne cum diuitibus ſeculi vobis theſaurizare cōuincamini.
ſcipulos ſuos: Ideo dico uobis:
¶ Vitę quę cibo ſuſtentatur.
p † Nolite ſolliciti eſſe animę ueſtræ, y
q quid manducetis, neque corpori
quid † induamini. Anima plus eſt
quàm eſca, & corpus plus q̄ ueſti-

~ fuit expoſitum Mat. xij. a ¶ Ait autem ei q. Hic chriſtus diſſuadet tertiū retrahens à fide, qd' eſt immoderata cōcupiſcētia terrenorum, vbi præmittiť cuiuſdā cupidi petitio dicentis Chriſto. b ¶ Magi. dic. incōuenienter petebat, qa nō erat loc⁹ neq; tps, nec Chriſt⁹ erat tpalib⁹ intēt⁹, imo ea cōtēnere docebat, & iō Chriſtus rñdit ei: c ¶ Hō. carnalis & rudis & terrenus. d ¶ Quis me c. Similiter Apoſtoli, vt poſſent vacare verbo dei, curā tpaliū à ſe abiecerūt dicentes Actu. vj. a. Non eſt æquū nos derelinquere verbū dei & miniſtrare mēſis. & iō ex hoc Chriſtus cōſequēter docuit cauere auariciam quę à deo ſeparat. vñ ſubdiť: e ¶ Quia nō ī ab. c. ſ. ſpūalis, p quā cōiungiť deo: Nec etiā corporalis, qa ,pter abūdātiā & ſuperfluitatē mors pluriū acceleratur multo em̄ plures moriūť ex replectiōe q̄ ex attenuatione. Vitæ etiā pauperū nullus inſidiať: diuites aūt in nullo loco ſunt ſecuri, & in oī cibo & potu timēt intoxicari. f ¶ Dixit au. ſi. ad il. ad ſuū ,poſitū declarādū. g ¶ Ho. cu. d. &c. at. id multo plures ſolito curſu. h ¶ Et c. qa abundantia diuitiarū inducit magnā ſollicitudinē, & p cōſequēs animi anxietatē, qa non ſupplent indigentiā, vt declarat Boetius. ij. li. de conſo. vnde ſequitur: i ¶ Quid fa. Ecce abundantia fructuū faciebat eū horreis indigentē. k ¶ Illuc cōg. cū ecōtrario deberet dicere, diſpergā pauperib⁹. l ¶ Et di. ani. m. i. mihimetipſi, ſecundū q̄ totus hō denoīatur à parte digniori. m ¶ Requieſce. hic exprimūť quatuor mala quæ ſolent ex abūdantia diuitiarū euenire. ſ. ocioſitas, quæ notať ibi: Reqeſce. guloſitas, cū dř, comede. ebrietas ibi: Bibe. Comeſſationis celebritas: ibi, Epulare. Vnde infrà. xvj. e. de diuite epulone dicitur, q̄ epulabatur q̄tidie ſplendide. o ¶ Dixit au. il. de. i. cōtrariū ſuæ cogitatiōis fecit. Dicere enim dei, facere eſt, ſcd'm illud Pſal. xxxij. b. Dixit & facta ſūt. p ¶ Stul. q non cogitas de dei prouidētia & iuſticia. q ¶ Hac n. an. t. r. ſ. dæmones qbus obligata eſt p pctā. r ¶ Quæ au. pa. quaſi diceret, nō erūt tua, qa nō portabis tecū, hoc aūt potiſsimè pōt queri à perſonis eccleſiaſticis q non poſſunt relinquere bona eccleſiæ ſuis hæredibus. s ¶ Sic eſt. i. ſimiliter ſtultus & ad ſimilē finē veniet. t ¶ Qui ſibi the. bona tpalia. v ¶ Et nō eſt in de. d. i. vacu⁹ eſt bonis ſpūalib⁹. x ¶ Dixitq; ad diſ. Hic cōſeqnter Saluator diſſuadet quartū retrahens à fide, qd' eſt cura nimia & ſuperflua reſpectu neceſſariorū. Et patet ſententia ex dictis Matth. vj.
~ Nolite ti

G — Abūdantię diuitiarum mala q̄tuor. — H — † Imprudēs

Moraliter

* co au. uo. hoc de ſe morale eſt, ,pter quod pertranſeo vſq; ibi: a ¶ Ait au. ei q de t. per hoc autē qd' Chriſtus noluit ſe intromittere de diuiſione hæreditatis inter fratres, oſtendit q̄ prædicatores euangelij, nō ſe debent intromittere de negocijs ſecularibus determinandis. g ¶ Ho. cu. diui. p iſtum intelligitur omnis homo congregans & conſeruans bona temporalia, vt inde viuat ocioſè, ideo ſequitur: l ¶ Et dicā ani. meæ. & etiam guloſè & delicioſè: ideo ſubditur: m ¶ Comede bibe. & frequenter contingit, quòd tales ſubitò moriuntur; & ſic à propoſito defraudantur. propter quod cōcluditur: s ¶ Sic eſt qui ſibi theſaurizat. quia ſolæ diuitiæ virtutum portantur de hoc ſeculo cum habente. y ¶ Nolite ſoliciti eſſe animæ ueſtræ quid manducetis, neque corpori quid induamini. Anima plus eſt quàm. ſcilicet ſollicitudine ſuperflua: quia deus dat animam & corpus, quæ ſunt maiora ſine ſollicitudine humana: & ſimiliter paſcit coruos & creſcere facit lilia. Et hæc omnia dicuntur hic ad literam, ad tollendium à prædicatoribus euangelij ſollicitudinem ſuperfluā de neceſſarijs quātum ad vitā præſentē. ¶ Moraliter autem, virgines lilia dici poſſunt, qui p augmētū virtutū ī deo creſcūt & induūť grāe veſtib⁹ ī præſenti & glīę ī futuro.
* Nolite timere



A a ¶ Cōſiderate. Sancti meritò auibus cōparantur, qui nihil in mundo habentes, nec laborantes, ſola contemplatione æterna petunt, iam ſimiles angelis. b ¶ Quanto magis. Si volatilibus non laborātibus: nec cōmunes fruct⁹ aliquo ſibi dominatu ſpecialius vendicantibus prouidentia dei neceſſaria largiuntur, verū eſt cauſam inopiæ nrǽ auariciam indicare, qui cōia quaſi ,ppria vēdicam⁹ & alijs inuidemus. c ¶ Si ergo ne. Si nec in augmentatione corporis veſtri operari poteſtatis, quæ operatio eſt deo minima ad cōparationem ſpiritualis creaturæ quid ſolliciti eſtis de cæteris maiorib⁹. i. de animæ conſeruatione? d ¶ Conſiderate lilia. Aperta cōparatio. Lilia non ſicut cęteri fructus aliquē agricolarum cultum requirunt. Solet etiam per lilium cæleſtis beatitudo ſignificari, ad quā nos inuitat dominus. Lilia non in ſiluis, ſed in hortis naſcunť, ſic & nos in hortis virtutum naſci debemus. e ¶ Nec Salomon. Ambro. Salomon & hic veſtitus, & alibi coopertus gloria diciť, qui infirmitatem corporeæ naturæ veluti quadam virtute mentis ad opertam, operū gloria veſtiebat. f ¶ Veſtiebatur ſi. unū. Quæ purpura regum, quæ pictura textricū poteſt floribus comparari? Ipſe color diciť veſtimentum floris, ſicut dicitur: Operuit iſtum rubor. g ¶ Cras in clibanū. Cras ī ſcripturis pro futuro ponitur, dicēte Iacob Exaudiet me cras iuſticia mea. h ¶ Nolite quærere. non ait: Nolite quærere vel ſolliciti eſſe de cibo vel veſtimento, ſed expreſsius quid manducetis aut quid bibatis. In quo videntur argui hi qui ſpreto victu vel veſtitu communi, lautiora vel auſteriora prę his cū quibus viuunt, alimenta vel indumenta requirunt. i ¶ Nolite in ſub. Prohibita ſollicitudine victus vel veſtitus, quæ ſunt ad neceſsitatem, prohibet etiam ſuperbiam
B quæ ſolet de iſtis ſuperabundantibus conſequi. Ideo hæc ne requiratis, quia talis ſollicitudo facit infidelib⁹ ſimiles. k ¶ Et hęc o. Quia omnia ſunt filiorum. ideo hęc omnia adijcientur vobis, etiam non quærentibus vt nec in pñti nec ī futuro deſit aliqua gratia fidelibus. quibus ſi hęc ſubtrahuntur, ad probationem eſt, ſi dantur ad gratiaru mactionem, quia omnia cooperantur in bonū bonis. l ¶ Nolite ti. Regnum quærite, & de regno ne diffidatis, quia pater complacita bonitate dabit vobis regnum, nō veſtris meritis. m ¶ Puſillus. Vel ob cōparationem maioris numeri reproborum. vł poti⁹ ob humilitatis deuotionē, per quā humilitatem creſcit eccleſia, p quā peruenitur ad regnū. n ¶ Vendite. Nō tātū nō timeatis ne propter regnum militantibus vitę neceſſaria deſint, ſed etiam poſſeſſa vendite propter eleemoſynam, quæ eſt via ad regnum dum per eam peccata redimuntur. Non tm̄ cibos veſtros cōicate pauperibus, ſed etiam vendite veſtras poſſeſsiones, vt omnib⁹ veſtris ſemel pro domino ſpretis poſtea labore manuū veſtrarū operemini, vnde viuatis vel eleemoſynam faciatis. o ¶ Date ele. Qui p cœlo omnia mundana ſpernit, vendat quę habet & diſtribuat; Qui non eſt tātæ virtutis, de his quæ habet eleemoſynam det. ¶ Non prohibetur, vt nihil pecunię ad vſus neceſſarios à ſanctis reſeruetur, cū ipſe dominus loculos habuiſſe legať, ſed ne deo propter iſta ſeruiatur, & ne timore inopiæ iuſticia deſeratur. p ¶ Nō deficientem. Temporalia, vł ex ſua fragilitate deficiunt, vel ſi quid ſolidum ſupereſt, vt lapides precioſi, à furib⁹ poſſunt tolli. Sed data p Chriſto ęternum

† Mat.6.d. — Matt.9.d. — Gene.30.e. — † ne ſublimia curetis — Roma.8.e. — † parue gregule — † Mat.6.e.

a ¶ Hoc ad eſcam. ¶ Matthæus, volatilia. Hic ergo ſpecies pro genere. ¶ Quorū anima mortalis.
a mentum. Conſiderate coruos,
quia non ſemināt, neq; metunt:
quibus non eſt cellarium, neq;
horreum, & deus paſcit illos.
¶ Propter rationem, propter immortalitatem, quæ vobis promittitur plus valetis.
b Quantò magis uos † pluris eſtis
a ¶ Hoc de veſtimento.
illis? Quis autem ueſtrum † co-
a ¶ Sua ſollicitudine & ſagacitate. b ¶ Illi ergo curam regendi corpus relinquite, qui illud ad hanc menſuram fecit peruenire.
gitāndo poteſt adiicere ad ſta-
¶ Q. Nullus.
turam ſuam cubitum unum?
c Si ergo neque quod minimum
eſt poteſtis, quid de cæteris ſol-
¶ Non ſunt allegorica iſta, ſed vt de minoribus perſuadeantur maiora.
d liciti eſtis? † Conſiderate lilia,
a ¶ Coloribus ſe ornando.
quomodo creſcunt. Non lābo-
a ¶ Vt faciant ſibi indumenta.
rant, neq; nēnt. Dico autem uo-
e bis, quia nec Salomon in omni
f gloria ſua ueſtiebatur ſicut unū
¶ Si iſta quæ ad vſum tantum corporis ſunt & cito decidua, igne cremabuntur, deus tam venuſte adornat quan. &c.
ex iſtis. Si autē † fœnum quod
g hodie in agro eſt, & cras in cli-
a ¶ i. in aceruum qui habet ſpeciem clibani.
bānum mittitur, deus ſic ueſtit.
a ¶ i. Veſtiet. b ¶ Qui ad imaginem dei facti eſtis ad æterna vocati.
quāntò magis uōs puſillę fidei?
a ¶ Ergo. ¶ Si enim de his diffiditis, quomodo æterna ſperetis?
h Et uōs nolite quęrere, quid mā-
a ¶ Et ſi hæc abundauerint, ne inde ſuperbiatis.
ducetis, aut quid bibatis: ēt
i † nolite in ſublime tolli. Hæc
a ¶ Quibus nulla cura eſt de futuris: ſed filiorum eſt quærere regnum dei.
enim omnia gēntes mundi quę
a ¶ Ne dubites de voluntate patris. b ¶ Prouidet hæc omnia in ſua via nobis eſſe neceſſaria.
runt. Pāter autē ueſter ſcit qūo-
a ¶ Sed tamen non eſt in his finis ponendus, ſed in regno, propter quod & iſta.
niam his indigetis. † Verūmta-
a ¶ Omnibus præponite, hoc ſit finis, propter hoc omnia agite.
¶ Bona æterna.
men quærite primùm regnum
k dei & iuſticiam eius, & hæc o-
a ¶ Non dabuntur quaſi propter ſe, ſed ſuperadduntur quaſi neceſſaria ad aliud.
l mnia adiicientur uobis. Nolite a b
m timere † puſillus grex: quia com c
a ¶ Qui etiam propter regnum adiecit temporalia.
placuit pātri ueſtro dare uobis
n regnum. Vendite quæ poſside d
a ¶ Operando eleemoſynas.
o tis, & dāte eleemoſynam. Faci- e
a ¶ Repoſitiones quarum merces durat in æternum.
te uobis ſācculos qui non ue- f
p teraſcunt, theſaurum non de- g
¶ In ſpiritualibus & æternis.
a ¶ Quia ibi aduerſus electos dei nulla fraus diaboli præualebit.
q ficientem in cælis, qūo fur non h
a ¶ Quia diuitiæ ſanctorum futuræ incorruptibiles ſunt.
appropiat, neque tinea cōr-
r rumpit. † Vbi enim theſau- i
rus ueſter eſt, ibi & cor ueſtrum k

ſto æternum fructum conferunt in cælis. q ¶ Quo fur. Fures ſunt hęretici & dęmones, qui ad hoc intenti ſunt, vt ſpiritualibus nos ſpolient. Tinea quæ latenter veſtes rodit, inuidia eſt, quæ ſtudium vel fructū bonum lacerat, & compactionem vnitatis diſſipat. r ¶ Vbi enim the. Vniuerſaliter, & de pecunia & de omnibus voluptatibus. Guloſi theſaurus, eſt venter, vbi habet cor. ſic & de alijs. Nam ſi in terra, cor eſt deorſum. Si in cæleſtib⁹, eſt in Chriſto fixum. Neceſſe eſt enim, vt quo pręceſſerit dilectionis theſaurus, illic & cogitationis ſequatur affectus. ¶ Myſticè. Si theſaurus boni operis cauſa temporalis commodi congeratur facilè corruit, quia ſi exterius fit ad fauorē hominum, diabolus rapit. vnde: Receperunt mercedem ſuam. Si intus fit ad inanē gloriam, tinea ſcindit: cum in ſe confidentē, & ſibi placentē fragilitas hūanę conditionis deſerit. ☞ Sint lumbi

C — † præſtatis illis — † ſollicitudine — Myſticè — Mat.6.a.

*Nicolaus de Lyra.*

~ a ¶ Nolite ti. Hic cōſequenter Saluator ſuadet ī fide ſtabiliētia: Et ſunt quatuor ſcilicet pręſtolatio pręmij, expectatio iudicij, exigētia officij, & magnitudo beneficij. Et ſecundum hæc iſta pars diuidiť in quatuor. Scd'a incipit ibi. Sint lumbi veſtri pręcincti. tertia ibi: Ait aūt. q̄rta ibi: Omni autem cui multū datū eſt. Circa primum ſciēdum, q̄ ſpes vitæ æternæ maximè ſtabilit in fide: ideo dicit Saluator ipſis fidelibus: Nolite ti. perſecutiones pręſentis vitæ. b ¶ Puſillus grex. Et dicit puſillus, quia pauci erant fideles reſpectu infidelium, & quia pauci ſūt electi reſpectu reproborum. c ¶ Quia cō pla. pa. ue. da. uo. re. Ex mera enim liberalitate diuina aliquos elegit ad regnū cęleſte alijs dimiſsis, & quos ab æterno ſic elegit, in tempore vocauit ad fidem & iuſtificauit per gratiam, vt ſic digni efficerentur vita beata ſecundum quòd dicit Apoſtolus Ro. viij. f. Quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit quos autem vocauit, hos & iuſtificauit: q̄s autem iuſtificauit: illos & magnificauit. d ¶ Vēdite quæ poſſi. q. d. ex quo vobis paratum eſt regnum cęlorum, parum debetis curare de terrenis. Sciendum tamen, qd' vendere poſſeſſa, ad dandum eleemoſynā non eſt neceſſe niſi in caſu extremæ neceſsitatis, aliâs eſt ſupererogationis. ,pter hoc dicitur Matth. xix. c. Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Non dicit, ſi vis ſaluari: ſed, ſi vis perfectus eſſe. e ¶ Facite uobis ſaccu. id eſt repoſitoria bonorum. f ¶ Qui non ueteraſcunt. & quæ ſint illa, oſtendit dicens: g ¶ Theſaurum non defi. in cæ. Ibi em̄ non poteſt eſſe corrumptio ab intrinſeco, nec per conſequens inueteratio. quia quod antiquatur & ſeneſcit prope interitum eſt, vt habetur Heb. viij. d. Similiter non poteſt ibi violentia fieri ab extrinſeco, ideo ſubditur: h ¶ Quo fur non appropiat &cæ. Iſte autem theſaurus acquiritur per prædictam eleemoſynarū largitionē. vnde Matt. xix. c. cum dixiſſet Saluator: Vende omnia quæ habes. & da pauperibus. ſubiunxit, & habebis theſaurum in cęlo. i ¶ Vbi eſt e. theſaurus ueſt. id eſt res à te amata & deſiderata. k ¶ Ibi & cor. qa ſcundum Aug. anima verius eſt vbi amat, quā vbi animat.
~ Sint lumbi

Stabiliētia in fide quatuor. — Diuiſio — † herbam quæ — D — † Mat.6.d.

Moraliter

* a ¶ Nolile timere puſillus grex: qa complacuit patri ueſtro dare uobis regnum. id eſt congregatio humilium, quibus pater cæleſtis præparauit regnum.

E deſerit. a ¶ Sint lū. &c. & lu. Deo nō placet vnū ſine altero; cū quis vł bona agit nōdū refrænata luxuria, vł caſtè viuit nō exercens ſe p bona opera. Et vt ab amore tēpaliū poſsitis remoueri, & bona quæ agitis, ſimplici intētione æternorū agatis, cingite lūbos i. motus carnaliū deſideriorū refrenate; & habete lucernas ardentes, vt in operatiōe veſtra ſolo dei amore ardeatis & alijs exemplū præbeatis.

† De pœ. diſ. 1. c. qui ſanctus.

b ¶ Expectan. Siue vitatis mala ſiue facitis bona, nihil mundamini: ſed ſolū aduētū redēptoris expectetis. c ¶ Quādo re. Ad nuptias domin⁹ iuit, cū poſt reſurrectionē nou⁹ homo; angelorum multitudinem ſibi copulauit. A quib⁹ reuertit, cū nobis p iudicium manifeſtatur. Vnde & bene de expectantibus ſubdit: ¶ Vt cū ue. d ¶ Confeſtim ape. Nō vult aperire iudici pulſanti, qui timēs videre iratum quem cōtempſit, de corpore exire metuit. Aperit qui iudicē lætus & ſecurus ſuſtinet, & de propinqua morte gaudet. vnde ſubditur: Beati ſer. il. quos cū ue. e ¶ Vigilantes. Vigilat qui oculos apertos in vero lumine tenet, vt tenebras negligentiæ cuitet, q etiam qđ credidit operatur, q ſollicitus eſt in cura gregis ſibi commiſsi.

† Mat. 24. d

Quid verò vigilantibus debeatur, ſubdit: Amen di uo. f ¶ Tranſiens. Trāſiens miniſtrat cū de iudicio ad regnum rediēs, ſua claritate fideles ſatiabit. Vel poſt iudiciū trāſibit, cū à cognitiōe hūanitatis quæ in iudicio videbit, ad cognitionē diuinitatis poſt iudicium ſuos illuminabit. g ¶ Et ſi ue. Vigilias vocat à ſimilitudine excubantium. In nocte huius mūdi ſemp debem⁹ eſſe cōtra hoſtē ſolliciti, & expectare lucē vēturā. i. aduētum iudicis. Pria ergo vigilia cuſtodia pueriçiȩ eſt, ſecunda iuuentutis, tertia ſenectutis. Si quis verò in puericia vigilare neglexerit, non tamē deſperet, ſed etiā in iuuētute, vel ſaltē tādē in ſenectute reſipiſcat, quia pius iudex moras noſtras patienter expectat. Qui ad excutiēdam mentis deſidiam exteriorum damnorū ſimilitudinē inducit, vt per hoc animus ad cuſtodiam ſui ſuſcitetur. Vnde:

†; cuſtodia

F

Tres vigiliæ triū ętatum.

h ¶ Hoc autem ſcitote quoniam ſi ſciret paterfamilias. Neſciente patrefamilias fur domum pfodit, quia dum à ſui cuſtodia ſpiritus dormit, improuiſa mors carnis habitaculum irrumpit, & ad ſupplicia trahit. Furi autē reſiſteret ſi vigilaret, quia aduentum iudicis occultè venientē præcauens, pœnitendo occurreret. i ¶ Qua hora non putatis filius hominis ueniet. Vltimam horam ſemper ignorari voluit domin⁹ vt ſemper ſit ſuſpecta, & ad eam ſemper præparetur. k ¶ Ait autem ei Petr⁹. Cum dominus duo propoſuerit ſcilicet & ſe ſubito venturum, & illos expectando paratos eſſe debere quærit Petrus ſi illa ſublimia inſtituta cæleſtis vitæ, quȩ ſunt neceſſaria ſe præparantibus, ad apoſtolos ſolum & ſimiles eorum, an ad omnes ſaluandos pertineant. l ¶ Dixit autem dominus. Reſpondens ad interrogata dominus, primum & ſecundum iudicium cunctis affuturum, & ſingulos pro meritis vel remunerādos, vel damnandos dicit. Deinde quod maximè quæſierat, ſupponit ſcilicet gratiam virtutum quam mundo attulerat, à ſingulis quantum poteſt eſſe ſectandam. quod eſt ibi: Ignem veni mittere in terram. m ¶ Quiſputas eſt fidelis diſpenſator. quaſi dicat. Vobis qui diſpenſatores eſtis inſtituti, hoc ſpecialius conuenit de cuſtodia & pręparatione, vt & vos & alios præparetis in aduentum iudicis, quia pauci ſunt qui commiſſam ſibi bene ammiſtrant diſpenſationem. n ¶ Et prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, ut. Quā rarus eſt dn̄o ppter dominum ſeruiens, oues Chriſti non ad lucrum, ſed amore Criſti paſcēs, prudens in futuro ſibi puidēs, quem conſtituit, i. q̄ rarus qui ſit vocatus à deo tanq̄ Aaron, & nō magis ſe ingeſſerit, & qui nō magis ſe paſcat quā oues: o ¶ Beatus. quaſi dicat. Pauci ſunt fideles. Iſte autem qui repertus fuerit fideliter annonam verbi miniſtrās, & in curā gregis vigilans, æterna beatitudine glorificabitur.

G Heb. 5. a.

Super

a erit † Sint lumbi ueſtri præcincti: a
¶ Contra noctem huius vitæ.
& lucernæ ardentes in manibus b c
¶ Sitis.
ueſtris, & uos ſimiles hominibus d
b expectantibus dominum ſuum,
c quando reuertatur à nuptijs, ut e
a ¶ Properando ad iudicium. b ¶ Per ægritudines mortem propinquam deſignando.
d cum uenerit & pulſauerit, confeſtī
¶ Læti eum ſuſpiciendo.
aperiant ei. † Beati ſerui illi quos f
e cum uenerit dominus, inuenerit ui g
¶ Vere beati quia. a ¶ Preparās ſe ad retributionē.
gilātes. Amen dico uobis, q̄ pręcin h
a ¶ In æterna beatitudine refoueri. ¶ Noſtrum recumbere eſt in regno quieſcere.
get ſe, & faciet illos diſcumbere, &
f g tranſiens miniſtrabit illis. Et ſi uene k
a ¶ Adoleſcētia. b ¶ Senectute. ¶ Id eſt non in vna ſolā, ſed in quacūq; ætate poſſum⁹ promereri.
rit in ſecunda † uigilia, & ſi in tertia
¶ Saltim tunc.
† uigilia uenerit, & ita inuenerit, be
a ¶ Per ſimile probat, q̄ debent vigilare.
h ati ſunt ſerui illi: † Hoc autem ſcitō
te, quoniam ſi ſciret paterfamilias,
a ¶ Illa hora quæ ſibi ſuſpecta eſſet.
qua hora fur ueniret, uigilāret uti
q̄ & non ſineret perfodi domum
¶ Ergo. ¶ Poſt ſimilitudinem ſupponit exhortationē.
¶ Sine macula & ruga.
ſuam, Et uos eſtote parati, quia
i qua hora non putatis, filius homi
k nis ueniet. Ait autē ei Petrus: Domi l
a ¶ Vendite. facite ſacculos qui non ve. ſint lumbi veſtri pręcincti, & lucernæ ardentes, vigilate.
ne ad nos dicis hānc parabolam,
l an & ad omnes? Dixit auem do
a ¶ Difficultatem notat. per quā q iis &c. nono impoſsibilitatem virtutis. b ¶ Pecuniam domini ſui bene erogando.
m minus. † Quiſputas eſt fidelis m
¶ Diſcernens capacitatem ſingulorum.
n diſpenſator & prudens, quem con
¶ Chriſtus. ¶ Eccleſiam.
ſtituit dominus † ſuper familiam
a ¶ Pro qualitate auditorum menſuratum cibum diuini verbi vel exempli.
ſuam, ut dēt illis in tempore † triti n
o ci menſuram Beatus ille ſeruus, quē o p
cum uenerit dominus inuenerit ita q
facientem. Verè dico uobis, quia

*Nicolaus de Lyra.*

a ¶ Sint lum. ue. Hîc ponitur ſecūdū ſtabiliens in fide, qđ eſt expectatio iudicij futuri, vbi fideles q nūc conculcant & deprimunt, honorabunt, & iō ex tali expectatione ſolidantur in fide, diſponētes ſe vt poſsint ſecure illud iudicium expectare. Et ad hoc inducit Saluator, di. Sint lum. ue. Lumbi mentis, ſūt voluntas & intellectus, ex qb⁹ procedūt cogitationes malȩ. Lumbi verò carnis ſunt in quibus viget motus luxuriȩ, & vtriq; lūbi ſunt pręcingēdi. i. coartādi ab illicitis cogitationibus & operibus. b ¶ Et lu. ar. i. doctrina clara pcedēs ex charitate. c ¶ In manib. ueſt. implendo opere. d ¶ Et uos ſimi. ho. i. ſitis diſcreti, vigiles & ſolliciti de veſtra cuſtodia, expectādo dominum venturū ad iudiciū, ſicut antiqui patres expectabant eum venturum in carne, & tunc eritis ſimiles illis. e ¶ Vt cū ue. Venit aūt dominus ad iudicium primo in morte cuiuslibet, qa talis pn̄tabit in iudicio qualis inuenitur in morte, q̄tum ad gratiam vel culpam ideo ſequit: f ¶ Beati ſer. q. cū ue. d. in eorum morte. g ¶ Inuene. ui. i. i ſtatu gr̄ȩ. & non in peccatis dormientes. h ¶ Amen di. uo. i. fideliter aſſero qđ i ¶ Pręcinget ſe. i. prōptè & ſine retardatiōe miniſtrabit illis vitam beatam. k ¶ Et ſi ue. i ſe. ui. Scđm bēm Greg. prima vigilia eſt cuſtodia puericiȩ, maximè poſtq; incipit vſus rōnis in pueris: ſcđa vigilia, eſt cuſtodia iuuentutis: tertia, ſtatus virilis: q̄rta, ſenectutis, qa in q̄libet ſtatu aliq moriūt, & iō i q̄libet ſtatu fideles debent eſſe parati p iuſticiā ad recipiēdū mortē. Cōſequenter ad hoc inducit exemplū. Hoc au. ſci. & patet ex lr̄a. l ¶ Ait au. ei Pe. Hîc conſequēter ponit tertiū ſtabiliēs i fide, qđ eſt exigentia officij; quia pręlati qui debent alios in fide firmare, debent eſſe in fide magis ſolidi, & iō debent vigilare nō ſolū ſup ſe, ſed etiam ſuper gregē ſibi cōmiſſum, ne inſurgat aliquid fidei & moribus cōtrarium. Et hoc eſt qđ dicit rn̄dendo ad queſtionē Petri. m ¶ Quiſp. q. d. licet q̄libet debeat vigilare ſup cuſtodiā ſui, tn̄ hoc præcipuè prælatis incūbit, q ſūt diſpenſatores dei, & iō debēt eſſe vigiles & ſolliciti, vt miniſtrēt ſubditis bona ſpūalia, & hoc deſignat cū dr̄: n ¶ Vt det. il. Tp̄s tritici vocat tp̄s euangelij. vnde & Chriſtus ſe grano tritici comparauit Ioh. xij. d. o ¶ Menſuram. quia boni prælati debent adminiſtrare ſpiritualia ſubditis ſecundum eorum proportionem & capacitatem. p ¶ Beatus &c. cū ue. i morte ipſi⁹. q ¶ Inue. &c. fa. i. bona ſpūalia fidelit diſpēſātē.

in manibus veſtris.

† Mat. 24. d Mar. 31. d.

H

† ſupra

† demēſū.

Super omnia

Moraliter

a ¶ Sint lū. ue. cingulo caſtitatis. b ¶ Et lu. per quas ſignificātur opera bona de genere, & ex charitate facta, aliter eſſent extinctæ. d ¶ Et uos ſimiles, parati ſuſcipere ipſum. e ¶ Vt cū ue. & pulſa. Pulſat dominus hominis animum, cum eum inducit ad melius propoſitum, cui confeſtim aperit per bonum conſenſum & ſequentem effectum; & tali ſeruo miniſtrat dominus gratiam in pręſenti & gloriam in futuro. k ¶ Et ſi uenerit in ſecūda ui. Per iſtas tres vigilias poſſunt intelligi tria tempora ſcilicet iuuentutis, ſenectutis, & ætatis medię, in quibus perſeuerantes in bono, beati ſunt in ſpe, & poſtea erunt in re. m ¶ Quiſputas eſt fide. Iſte pōt dici quilibet virtuoſus, in quo ratio regit vires inferiores debito modo: propter quod ſuper omnia bona cōſtituetur i cęlo.

Quod ſi dixe



A a ¶ Super oīa Quāta inter b onos auditores & bonos doctores eſt diſtāria meritorū, tanta & præmiorū. Auditores bonos facit diſcūbere & trāſiens miniſtrat, diſpenſatores conſtituit ſuper oīa quæ poſſidet, non vt ſoli, ſed vt præ ceteris habeāt æterna, tū pro ſua vita, tum pro gregis cuſtodia. b ¶ Quod ſi dixerit. ſer. Nota inter vitia ſerui aſcriptum, q̄ tardum putat domini reditum. In virtutibus boni non annumeratur, q̄ hūc cito ſperauerit: ſed tantum q̄ fideliter miniſtrauit. Nihil ergo eſt melius, q̄ vt patiēter ſuſtineamus ignorare quod ſciri non poteſt: ſed tamen laboremus, vt idonei inueniamur. c ¶ Et edere. Id eſt cunctis ſceleribus & illecebris ſęculi, quę mētem errare faciunt, occupari. vel ad literam, ſi ſit deditus gulæ & ebrietati.

† ſeruos

d ¶ Partemq;. Mali cum infidelib⁹ puniuntur, ſed differenter. Illi em̄ qui ſcienter peccant, grauius puniētur. Min⁹ grauiter, qui peccant ex ignorantia. Et inter iniuſtos tanto quiſq; tolerabiliorem habebit damnationem, quanto minorē habuit iniquitatem. e ¶ Paucis. Mitiſsima omnium pœna eſt eorum qui pręter originale nullū inſuper addiderunt delictum. ¶ Ambro. Multi exiſtimātes ſe minus vapulaturos, ſi neſciant quid opari debeant, auertunt ne audiāt veritatē. Sed cum poſſent ſcire, ſi vellent ſtudium adhiberē, non neſcientes, ſed cōteptores iudicantur. f ¶ Omni aūt. Meritò malus cognoſcens plus, & nō cognoſcēs minus vapulat; quia illi plus, iſti minus cōmiſſum eſt: & ab omni cui plus committitur, plus exigitur. ¶ Vtrūq; ordinē pręlatorū & ſubditorū innuit. multis ſubiectis ſæpe datur cognitio dn̄icæ voluntatis & facultas implendi. Prælatis cōmittitur cum ſua ſalute cura paſcendi gregis. g ¶ Ignem ueni mittere in terram. quaſi dicat: Tu quærebas: an omnes moneam accinctis lumbis, ardentibus lucernis aduentū domini præſtolari? Sed ego qui tantū ob hoc veni in mūdū, vt à cupiditatibus mundi ad cœleſtia hoīes accēderē; nil aliud volo, niſi vt incēdij hui⁹ iubar vſq; ad finem ſeculi cūctas mundi partes illuſtret, & vt in cordibus fidelium ita igneſcat, ne aliquo impetu fluctuum vel flatuum extinguatur. Ignem. quaſi dicat: Inuito vos ad præparationem veſtri, & ad cuſtodiam gregis, incutiens timorem ex aduētu iudicis, qui malos ſeruos damnabit. Sed quia exiguus eſt pfectus, & parua meritorum gratia, metu ſupplicij ab errore reuocari, vos ex amore charitatis ad promerendam gratiam ſtudiū veſtrum acuite: & dum aliquid facitis, illo igne accendamini, quem veni mittere in terram id eſt in omnes credentes. ¶ Ideo domin⁹ fortaſſe in igne venturus eſt, vt in reſurrectionis tempore vitia vniuerſa conſumat: ſuoq; conſpectu deſideria compleat ſingulorum, meritorumq; & myſteriorum lumen accendat. h ¶ Baptiſma autem habeo &c. Et vt ignis iſte in fidelium cordibus quæat accendi, ita vt omnia temporalia perfecte & ſe pſos poſſint deſpicere, prius habeo baptiſma baptizari, hoc eſt vnctione proprij ſanguinis perfundi. non enim daretur ſpiritus, niſi Ieſus primum glorificaretur. i ¶ Et quomodo. Tanta eſt dignatio domini, vt infundendæ nobis deuotionis & conſummandę perfectionis in nobis, & maturandæ pro nobis ſtudiū paſsionis ſibi ineſſe teſtetur, qui cum in ſe nil haberet vnde doleret, noſtris tamen angebatur erūnis, & tempore mortis mœſtitiam prætendebat, quam non ex metu mortis ſuæ, ſed mora redemptionis noſtræ aſſumpſerat: k ¶ Vſquedum perficiatur. Qui vſq; ad perfectionem angitur de perfectione eſt ſecurus, nec de ipſa angitur, ſed potius mors corporis abſolutio eſt anxietatis, nō coaceruatio doloris. l ¶ Putatis quia. Quomodo poſt baptiſma paſsiōis, & poſt aduētū ignis terra ſit arſura, dicit: Quia ad fidem Chriſti totus orbis cōtra ſe eſt diuiſus, vnaquæq; domus habuit fideles & infideles, his contra fidem, illis pro fide pugnantibus.

† 23. q. 4. c. ea vidicta.

† 7. diſ. c. iō 23. q. 4. c. ea vidicta.

B

† ſiiam accenſus.

† baptiſmo

† Mat. 10. d

† dare

Aduentus Chriſti in igne ratio triplex. Iohan. 7. f.

In domo

a ¶ Cæleſtis regni gaudia.
a † ſuper omnia quæ poſſidet, conſti a
a Econtra ſi diſsimulauerit iudicium in proximo venturum, ſecuritatem ſibi faciens.
b tuet illum: Quòd ſi dixerit ſeruus il b
le in corde ſuo: morā facit dominus c
a ¶ Ad vitia incitare, vel conſcientias infirmorum prauo verbo vel exemplo laniare.
meus uenire: & cœperit percutere d
¶ Quorum ætas vel ſexus quanto infirmior, tanto eſt ad ruinam facilior.
e † pueros & ancillas, & edere, & bi e
bere, & inebriari: ueniet dominus
a ¶ In quo omnes mali præpoſiti intelliguntur. b ¶ Iudicij vel mortis.
ſerui illius in die qua non ſperat, &
a ¶ A conſortio fidelium ſegregando, & eis qui nec fidem habuerant ſociando, quia qui non habet curam ſuorum, negat fidem, & eſt infideli deterior.
hora qua neſcit, & † diuidet eum, f
d partemq; eius cum infidelibus po g
net. † Ille autem ſeruus qui cognouit h
uoluntatem domini ſui, & nō ſe pręparauit, & non fecit ſecundum uoluntatem eius, uapulabit multis. i
a ¶ Non cognoſcere dicendus eſt, qui apprehendere vult ſed non valet.
† Qui autem non cognōuit, & fecit k
digna plagis, uapulabit paucis. l
e f Omni autem cui multum datū eſt, m
multum quæretur ab eo, & cui com n o
¶ Scilicet diuina iudicia.
mendauerunt multum, plus petent
a ¶ Feruorem ſpiritusſancti, qui corda illuminans ad ſuperiora prouocat, vicia conſumit, vaſa domus probat, qui etiam accendit lucernas quas ſuperius ardere monebat.
g ab eo. Ignēm ueni † mittere in ter p
¶ Aliud. ¶ In cordibus fidelium.
ram: & quid uolo † niſi ut accenda q
h tur? † Baptiſma autem habeo ba r
¶ Q. Multum. ¶ Vel angor.
i k ptizari: & quomodo coartor uſq; s
a ¶ Ipſa paſsio.
l dum perficiatur? † Putatis, quia pacē t
ueni † mittere in terrā? Non dico uo

a Super omnia. quia in beatitudine æterna cōſequetur bonum infinitum quod includit omnia bona. b ¶ Quod ſi dixerit. non cogitando de aduentu domini in morte, & pe hoc malis operibus ſe occupauerit quæ ſunt cauſa ruinæ ſubditis: qđ notatur cum dicit: d ¶ Et cœpit. tunc em̄ prælatus pueros pcutit, quādo ſubditos ſuos malo exemplo peccare facit. e ¶ Veniet do. ex inſpato repetens debitū mortis. f ¶ Et diuidet eū. à pn̄tis vitæ bonis. vel: Diuidet eum ſepando animā à corpe. g ¶ Pars eius cum infi. i. cū damnatis. Et ſubdit cauſam quare tales magis dānantur ſubditis malis di. h ¶ Ille autē ſer. cuiuſmodi ſunt prælati qui ſciunt vel debent ſcire ſcripturas ſacras in quib⁹ voluntas dn̄i exprimit. i ¶ Vapulabit multis. Id eſt v̄berabit vel puniet multū: qa talis nō peccat ex ignorātia, ſed ex certa malicia. k ¶ Qui au. nō cogno. cuiuſmodi ſunt ſubditi, qui vt in plurib⁹ ſunt illiterati, l ¶ Vapu. pau. i. min⁹ punietur, quia talis peccat ex ignorantia quæ diminuit de pctō, niſi fuerit affectata. Sicut cū aliquis vult ignorare illud qđ tenet facere vel vitare, vt licētius peccet. Ex magna em̄ libidine peccādi puenit, cum aliq̄s vult ignorare illud cui⁹ ſciētia poſſet eū à pctō impedire vel retrahere. Et in pſona taliū dicit Iob. xxj. b. Qui dixerūt deo, recede à nobis: ſciētiā viarū tuarum nolum⁹. m ¶ Omni aūt. Hîc cōſequēter ponit quartū ſtabiliens in fide, qđ eſt magnitudo bn̄ficij collati: qa nō ſolum prȩlati debēt eſſe ſtabiliores alijs in fide, ſed etiā illi q plus cęteris acceperūt à deo de gratijs gratis datis quę dant ad vtilitatem eccl̄iæ & pmotionē fidei, cuiuſmodi eſt notitia ſcripturarū, gr̄a miraculorū, & cōſimilia. & hoc eſt qđ dicit: Omni aūt cui mul. ſ. de prædictis gratijs. n ¶ Multū quæ ab eo. nō ſolū ſibi, ſed etiā alijs pficiendo. o ¶ Et cui com. Differt commēdatū à dato, & ideo p cōmēdatū non intelligitur hic noticia ſcripturarū, ſed magis docēdi officiū, quod eſt regimini annexū. vnde & ſubditi dicūtur eſſe cōmendati ſeu accōmodati curȩ paſtorali, ſcđm q̄ dicit apoſtol⁹. j. Tim. vj. d. Depoſitū cuſtodi. Et à talib⁹ requiritur, vt ſupra dictū eſt. Et qa gr̄æ gratis datæ non valent ad ſalutē, niſi ſint cum charitate. ideo ſubditur: p ¶ Ignē ue. ſcilicet charitatē dei & pximi. q ¶ Et quid uolo. i. augmentet, quia charitas meret augeri, vt aucta mereat perfici. Et quia paſsio Chriſti quā ex maxima charitate p nobis ſuſtinuit, eſt maximū charitatis incentiuū. ideo ſubditur: r ¶ Baptiſma autē. Baptiſmū appellat ſui ſanguinis effuſionē, ex quo baptiſmus & alia ſacramēta eccl̄ię hn̄t efficaciā. s ¶ Et quō. Qđ dupliciter exponit. Vno modo, vt per hoc intelligatur magnum deſiderium eius perficiendi noſtram ſalutem per ſuā paſsionem. Alio modo, vt per hoc intelligatur triſticia & anxietas animi, quæ fuerūt in eo imminēte paſſione, vt p hoc oſtēderet veritatē humanæ naturæ. Et qa poſt paſſionem Chriſti ad prędicationē euāgelij multi crediderūt alijs pſonis ſibi iūctis in infidelitate remanētib⁹, & pſequētib⁹ eos vſq; ad mortē, vt patet de ſctō Chryſanto & patre eius. ideo ſequitur: t ¶ Putatis quia pacem. & patet ſn̄ia ex dictis Matthæi. x. d.

C

† ſuper

† diſſecabit

D

† dare,

Dicebat autē

Moraliter.

b ¶ Quod ſi dixerit ſer. i. homo malus, c ¶ Morā facit. pmittendo ſibi longā vitam: & ſic cum ſecuritate viuit peruerſè. venit dn̄s auferens eū de præſenti vita, & eū ponens in gehennā. b ¶ Ille autem ſeruus. Chryſ. Maior ſtatus ſit maioris pœnæ occaſio. ſacerdos enim eadem peccans cum populo multo grauiora patietur. p ¶ Ignem ue. mit. &c. id eſt dei verbū. Ieremiæ. xx. c. Factus eſt ſermo dei quaſi ignis exæſtuans. q ¶ Et quid uolo niſi ut accendatur? ſcilicet per ſui diffuſionem in cordibus fidelium. r ¶ Baptiſma autem habeo. ſcilicet in mēbris meis, quos deſidero baptizari ſpiritusſancto. Qđ impletum fuit, vt habet Actu. ij. a. t ¶ Putatis quia pacem. q. d. non

z v & loquitur.

a ℭIn domo una. Vnuſquiſq; hõ, domus vna eſt, vel dei vel
E diaboli. Itaq; hõ ſpiritualis, dom⁹ ſpũalis eſt. b ℭDiuiſi. Prima cauſa eſt religionis ad deum, ſecũda pietatis ad proximũ. Oportet enim vt diuinis humana poſthabeas. Non eſt ergo pignoribus renũciandũ, ſed de⁹ oĩbus præferẽdus. Etem̃ naturę pignora ſunt dei beneficia, nec debet plus amari beneficium qd' accipiť, q̃ deus à quo beneficiũ acceptum ſeruatur. c ℭTres in duos. id eſt filius & filia & nurus, in patrem & matrem. & duo in tres, i. pater & mater, vbi etiã ſocrus intelligitur, in filiũ & filiã & nurum.
Allego. ℭAllego. Per tres, ſignificantur qui fidẽ trinitatis habẽt. Per duo, infideles qui in terra remanent. Boni ergo contraria malis & mala cõtraria bonis ſentiendo atq; agẽdo, ab inuicem
†Mat.16.a diuidenť. d ℭPater in filiũ, & filius in patrẽ. Quomodo quinq;, cũ ſex perſonas numeret, patris & filij, matris & fi-
†imber liæ, & ſocrus & nurus? Sed quę mater eſt filij, ipſa eſt & ſocrus vxoris ipſius filij. & ſic eadem & in filiã ſuam & in nurũ diciť diuiſa. Pater in filiũ. Pater noſter, erat diabolus, quia eũ imitabamur: ſed venit ignis qui nos ab illo ſeparauit: & oſtendit alterũ patrẽ qui eſt in cælis. Mater, ſynagoga, cui⁹ filia primitiua eccleſia, quæ eam de qua genus duxit ꝓ fide contradicentem & ꝑſecutricem ſuſtinuit, & ipſa ei cõtradicit. Socrus, ſynagoga. Nurus,
†enim eccleſia de gentibus, quia Chriſtus, eccle
†Matt.5.d ſiæ ſponſus, ſcd'm carnem, ſynagogę filius eſt. Synagoga ergo in nurũ & filiam eſt diuiſa, quia credẽtes de vtroq; populo perſequitur. Sed & illæ in matrẽ & ſocrum ſunt diuiſæ, quia nolunt carnalem circũciſionem ſuſcipere. e ℭDicebat autẽ & ad turbas. Cum apoſtolos etiã de ſuo primo aduentu informaſſet, inſinuãs quid in eo factum ſit, & de futuro, qualiter eum expectare debeant ammo-
F nuiſſet: vertit ſermonẽ ad turbas, in qui
Mat.16.a bus phariſæi erãt, vt Matthæus indicat: Quia nec primũ aduentũ factũ credentes, nec ſecundum rectè expectãtes, ſignũ de cælo quęrebãt tentantes. Hos ergo arguit: quia ſi vellent attendere poſſent ex verbis ꝓphetarũ certũ vtriuſq; aduent⁹ habere indicium. f ℭCum uideritis
Myſticè nubẽ. Myſticè. Nubes ab occaſu oriens. carnem Chriſti à morte reſurgentem ſignificat, ex quo tempore imber euangelicæ prædicationis omnibus terris eſt infuſus. Auſter flans ante æſtum, leuiores tribulationes ante iudicium ſignificat. g ℭNimbus uenit. Ad literam manifeſtus eſt ſenſus. Qui ex elementorum immutatione aurarum ſtatũ poſſunt prænoſcere, poſſent etiam tempus vtriuſq; aduẽtus ſcire. Tum ex dictis prophetarum. Tum ex magnificentia operum. h ℭHypocritæ faciẽ. Et ne aliqui rudes in turba de imperitia ſua ſibi blandientes ſe excuſarent, dicẽtes ſe legem & prophetas ignorare, ſupponit eos per naturalem rationem poſſe diſcernere, vel eum qui opa facit quæ nullus alius fecerat, ſupra hominem & deũ eſſe: vel poſt tot ſęculi iniuſticias, iuſtum creatoris iudiciũ eſſe venturum. i ℭCũ autem ua. Cũ in hoc vita præparas te ad placatã faciẽ iudicis videndam, q̃uis ſermo dei ſit contrarius tuæ carni, tamen eo vtere ſicut cuſtodia data tibi in hoc itinere, ne contemptus te accuſet. Hoc & Matthæus ponit, ſed ille ſpecialiter de reconcilian
Mat.5.d. da pace diſſidentium fratrũ: Hic generaliter & de pœnitẽtia oĩm & de emendatione delictorũ. k ℭCum aduerſario. Aduerſarius noſter in via eſt ſermo dei, contrarius noſtris carnalibus deſiderijs in præſenti vita, à quo liberatur qui præceptis eius humiliter ſubditur: Alioquin ex ſermonis contẽptu reus, in examine iudicis tenebiť peccator, quem iudex exactori. i. diabolo tradet, qa permittet vt diabolus animã eius ad pœnã trahat, & ipſe exactor qui pœnam exigit ꝓ reatu quẽ ſuggeſsit, eam retrudet in gehennam. l ℭDa operam liberari ab illo &c. Hæc etiam ad calcandas mundi illicebras & ad iudicis aduentum præſtolandũ pertinent. Quaſi dicat: Quandoquidem conſtat diſtrictum iudicem eſſe venturum: ergo hic ita viuite, ne in illo iudicio damnemini.
Redda

m ℭReddas. Reddit ſemper pœnas pro peccatis patiendo, ſed nunquam veniam conſequendo. G

bis, ſed ſeparationem. †Erunt enim a
a b ex hoc quinque in domo una diuiſi:
ſAlias, quo. ſEcontra.
c tres in duos, & duo in tres diuidẽtur:
d Pater in filium, & filius in patrem ſuum: mater in filiam, & filia in matrem: ſocrus in nurum ſuam, & nu-
e rus in ſocrum ſuam. Dicebat autem b
f & ad turbas: † Cùm uideritis nubẽ c orientem ab occaſu, ſtatim dicitis,
g † nimbus uenit, & ita fiet. Et cùm auſtrum flantẽ, dicitis, quia æſtus erit,
h & fit. Hypocritæ, faciem cæli & ter-
ſMei aduentus.
ræ noſtis probare: hoc autem tẽpus d
ſCæteris argumentis ſcripturarum & operum.
quomodo non probatis? Quid au e f
a ſEx naturali ratione. b ſMe eſſe deum, & ad iudicium venturum.
tẽ à & uobiſipſis non iudicatis quod g
i k iuſtum eſt? † Cùm † autẽ uadis cum h aduerſario tuo ad principem in uia,
l da operam liberari ab illo: ne for-
ſDeum.
te trahat te ad iudicem, & iudex tra-
ſDiabolo qui pœnam exigit pro reatu quem ſuggeſſit.
dat te exactori, & exactor mittat te
ſInferni.
in carcerem. Dico tibi, non exies in-
a ſId eſt nunquam. ſicut: Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.
de dõnec etiam nouiſsimum mi-
a ſId eſt pro minimis peccatis puniaris.
m nutum reddas.

Cap. XII.

ADerant autem quidam ipſo † tempo-

GLOS. ORDI. Cap. XIII.

ADerant au. Dum magiſter veritatis pręſentes inſtrueret qualiter ſe præparare deberent ad aduẽrum iudicis, & qualiter qui ſe nõ pręparant ſunt damnandi, nunciatur ei de galilęis, qd' quaſi iuſtè ideo perierũt, quod ☞ non bene †28. q.1.c. qd' autem §.1.

*Nicolaus de Lyra*

b ℭDicebat au. Hîc cõſequenter ponũtur attrahẽtia ad fidẽ. & primò oñdiť ꝓpoſitum. ſcd'ò, remoueť dubium, ibi: Cũ autẽ vadis. Circa primũ ſciendũ q̃ duo ſũt valde attractiua ad fidẽ Chriſti inter alia. Primũ eſt, oracula ꝓphetarum, quæ expreſſe loquũtur de aduentu Chriſti in mũdũ q̃tũ ad cõditionẽ perſonæ venientis, & q̃tũ ad determinationẽ tpis & aliarũ circũſtãtiarũ, ſicut plenius declaraui ĩ quadã quæſtiõe de quolibet de aduẽtu Chriſti, quę ꝑpter ꝓlixitatem omitto. Et quia Iudæi ſaltẽ legiſperiti in oraculis ꝓphetarũ erant edocti, ideo arguit eos Saluator de hoc, qd' hoc attractiuũ ad fidẽ nõ cognoſcebãt, & tñ de diſpoſitione aeris futura p̱ ſigna iudicabant quæ tñ ſũt fallibilia: oracula aũt ꝓphetarũ ſunt certa. & hoc eſt qd' dr̃: c ℭCũ ui. nu. & cõcludiť: d ℭHoc au. tẽ. ſ. aduẽtus Chriſti. e ℭQuõ nõ p. p̱ ſcripturas ꝓphetarũ quas habetis. vñ & Danie. ix. tẽpus aduẽtus Chriſti determinať ſecũdũ certũ numerũ hebdomadarũ annorum. Secundum attractiuum ad fidẽ eſt cõditio euangelicæ doctrinæ, quæ ſi ꝓponereť alicui ſapiẽti, qui tamẽ nõ eſſet imbut⁹ aliqua lege, & cũ hoc aliæ leges diuinitus & humanitus traditę, naturali iudicio rõnis iudicaret legẽ euangelicã puriorẽ, ſanctiorẽ & perfectiorẽ lege veteri, & multo plus alijs legib⁹ humanit⁹ cõfictis, ſicut eſt lex Mahumeti & cõſimiles. & hoc eſt quod dicit Saluator: f ℭQuid au. & à u. i. naturali iudicio rõnis. g ℭNõ iudi. qd' iu. eſt? recipiẽdo doctrinã euãgelicã tamq̃ perfectiſsimã. h ℭCũ au. ua. cũ aduer. tuo. Hic remoueť dubium, qa ſuprà dixerat Saluator: Non veni pacẽ mittere: poſſet aliqs credere, q̃ intellexiſſet de omni pace: qd' non eſt verũ. ſed ſolũ de pace illa in q̃ aliq concordãt in malo, iõ dicit: Cũ au. ua. Hîc accipiť aduerſari⁹ frater vł p̱ximus ab alio iniuſtè lęſus, q habet cauſam trahendi ad iudicem illũ q lęſit eũ, & talis eſt recõciliãd⁹ p̱ ſatisfactionẽ debitã, ꝑut fuit expoſitũ pleni⁹ Matt. v. alioquin ſequereť maior punitio à deo.

Duo ad fidem Chriſti attractiua.
† C ir autẽ &c. vo.
H
† in
Suprà cap. 12. g.

Moraliter * Et loquiť de pace, qua mali cõueniũt ad facilius agendũ ꝑuerſè. a ℭErũt enim ex hoc quinq; in do. una diuiſi, tres ĩ duos, & duo in tres. i. cõtra tres: & ecõuerſo. & hoc frequẽter fiebat in eccleſia primitiua. Nã ſimul manẽtes & ꝓpinqui diuidebantur in fide: & nõ credẽtes credẽtib⁹ aduerſabãť, intantũ q̃ aliquando ad mortẽ ꝑſequebãtur. c ℭCũ uideritis nubẽ. Hoc dicitur contra illos q ſolliciti ſunt qualitatẽ futurã aeris cõſiderare. & de tpe ſuæ mortis vel futuri iudicij nolunt cogitare. h ℭCũ au. ua. cũ aduer. tuo ad principem. Aduerſarius iſte poteſt dici ſynderesis remurmurans malo. & ſic aduerſatur peccatori, qui ſi non conſentiat ſynderesi reſilienſ à malo, condemnabitur per omnium iudicem, & mittetur in gehennam.

*NIC. DE LYRA.*

Cap. XIII.

ADerant autẽ quidam ipſo. Poſtquã Saluator induxit diſcipulos ſuos ad fid ei cõſtantiam: hic inducit pctõres ad pœnitẽtiam. Et primò ponitur Chriſti monitio. ✥ ſecundò peccatorũ

Moralit. i ℭAderãt autẽ &c. quorũ ſanguinem miſcuit Pilatus &c. Per Pilatum intelligi poteſt diabolus, cuius eſt mẽ- * brum, ſicut dici



☞ nõ bene ſe preparauerunt. & rñdet dominus, & illos verè fuiſſe
A pctõres & iuſtè perijſſe, & ſiłr alios pctõres perituros, ſi ſe pctõres nõ attẽdũt. a ℭNũcia. q̃ſi dicãt: Apparet iſtos fuiſſe pctõres & damnãdos in æternũ, qui tã ſcelerata morte ab impio præſide inter ſua ſacrificia occiſi ſũt. b ℭDe gali. Galilæi impias ſcelerata morte ſcelerũ ſuorũ pœnas ſoluũt. qbus tñ nõ ipſa mors obfuit, vt in ſcd'am mortẽ mitterenť, ſed improba vita. Puniti ſunt autẽ ad correctionẽ viuẽtiũ, vt
Prou.19.d flagellato peſtilẽte ſtult⁹ ſapientior fiat:
*Ieſus vel ad exẽplã corrigi nolẽtiũ, iõq; peſſi-
Allego. mè piturorũ. c ℭQuorũ ſan. Allego. Corporalis mors galilæorũ, quorũ ſanguis ſacrificijs eſt mixt⁹, ſignificat ſpũalẽ mortẽ eorũ q nõ purè offerũt ſacrificiũ
Pſal.108.a. q̃rũ oratio fit in pctm̃, ſicut de Iuda eſt
†Aut ſcriptũ, qui inter ſacrificia dñici ſanguinis ꝑditionẽ cogitabat. Pilatus ergo ſanguinẽ Galilæorũ cũ ſacrificijs miſcet, qñ diabolus eleemoſynã vel aliud bonũ inuidia vel ambitione laudis vel qualibet alia peſte cõmaculat, vt offerentib⁹ nihil
†prę oĩbus proficiat. d ℭOẽs ſimiliter. Hoc impletũ eſt poſt paſſionẽ dñi, quando Romani impœnitentes Iudæos incipiendo à Galilæa adeo deuaſtauerũt, vt non ſolũ atria templi, ſed etiam interiora dom⁹, q̃ Galilyorũ acceſſus nõ erat, humano ſanguine fœdarentur. e ℭSicut illi de. Iſti Ieroſolymitæ ſicut & Galilæi, nõ ſoli pctõres fuerunt, ſed in terrorẽ reliquorum puniti ſunt: qui ruina turris preſſi ſignificant Iudæos q pœnitere noluerint, cum ſuis mœnib⁹ eſſe perituros. Nec fruſtra decẽ & octo, qui numerus apud Gręcos ex iotha & ita exprimitur: hoc eſt ex eiſdem literis quib⁹ nomẽ Ieſus incipit. Significat autem Iudæos hinc maxime perituros, qui nomen ſaluatoris recipere noluerint. Illa turris ſignificat illum qui eſt turris fortitudinis, quę merito in Siloa, quia Siloa quod interpręta
B tur miſſus, ſignificat eum qui miſſus à patre venit in mundum, qui omnes ſuper quos ceciderit conteret. f ℭDicebat autem
Ficus &c. Similitudo infructuoſę arboris, cui iſti ſimiles niſi pœniteãt cito ſunt perituri & eradicandi. Cum ergo ficulnea alibi genera-
Luc.21.f. liter omnium, hic ſynagogæ ſpecialiter geſtat typũ. Sicut ſterilis ficus folijs exuberãs, ſpe fructus poſſeſſorem deſerit, ſic doctores ſynagogæ operibus infœcundis, iam in vmbra legis gloriantes, ſubiectis nullum operis boni exemplum miniſtrant. In ficu loco floris quidam fructus creſcunt, qui alijs ſuccreſcentibus decidũt: remanent tamen quidã de illis qui clementiori aura ſilueſtrẽ animum prioris ſucci exeũtes, cæteris ſpecie & maturitate præferuntur. Sic antiquus ſynagogæ corruit populus, cuius loco de antiquæ religiõis pinguedine nouus eccleſię emergit populus: remãſerunt tamen ex populo Iſrael apoſtoli qui cæteris præſtiterunt.
Gene.3.b g ℭArborem fici. In origine humani generis Adam & Eua cũ peccaſſent de folijs ficulneæ ſuccinctoria ſibi fecerunt. Per folia ergo ficulneæ intelliguntur peccata. Erant autem ſub arbore fi-
Iſa.9.a ci, tanq̃ ſub vmbra mortis, de quibus dictũ eſt. Qui ſedebant ſub vmbra mortis lumen ortum eſt eis. ℭQuod Adam & Eua fici folijs ſe tegẽtes, pręſentiã dñi vocãtis declinabant tranſgreſsionis conſcij, ſignificat q̃ pp̃łus Iudęorũ in aduẽtu ſaluatoris q eos vocaturus venerat, exutũ ſe ṽtutib⁹ cognoſcẽs, ꝑbra conſcientię formidãs à domino receſſur⁹, erat cõfuſus ṽborũ fluentiũ velut foliorũ velaminib⁹ adopertus. h ℭQuærẽs fru. Vinea dñi Sabaoth, domus Iſrael eſt, in qua domo ſynagoga cõdita eſt ſicut ficus in vinea. Sed qui in vinea peccantem à viatoribus ꝑmiſit diripi, hanc etiã ficum iuſſit excidi. In qua quærit fructũ, nõ quia deeſſe neſciret, ſed oſtendit in figura, quia in ſynagoga iam fructũ habere deberet. Nec ante tẽpus quęrit q p̱ trienniũ venit. Qui per Moyſen ſynagogã inſtituit, ipſe in carne apparens in ſynagoga ☞ crebris docet

*Nicolaus de Lyra.*

✥ ſecũdò, peccatorum cõuerſio ca. xv. Prima in duas: a primò poniť informatio pœnitẽtiũ, ſcd'ò cõfutatio impœnitẽtiũ, ſequẽti ca. Circa primũ primo ponit pnię motiuũ. Scd'ò, pœnitẽdi modum, ibi: Ait aũt illi qdã. Prima in duas, qa primo deſcribit motiuũ pniæ, Scd'ò, ex hoc ſequentẽ fructũ eccłiæ, ibi: Dicebat ergo.
Prima in duas

a b c renunciantes illi de Galilæis, quorum ſanguinẽ Pilatus miſcuit cum ſacrificiis eorum. Et reſpondens
* dixit illis: Putatis quòd hi Gali- a
ſQui non ita ſunt puniti.
læi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia paſsi ſunt. Nõ b
a ſHic aperte notat illos eſſe peccatores.
dico uobis, ſẽd niſi † pœnitentiam
d habueritis, omnes ſimiliter peribi-
e tis: † ſicut illi decem & octo, ſupra c quos cecidit turris in Siloa, & occi-
ſPeccatores.
dit eos. Putatis quia & ipſi debitores fuerint, † pręter omnes homines habitantes in Ieruſalem? Non, di-
ſSed vos etiam.
co uobis: ſed ſi non pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peri-
f bitis. Dicebat autem hanc ſimi- d
g litudinem: Arborem fici habe- e f g bat quidam plãtatam in uinea ſua:
a ſCarne natus. b ſOperum, non vmbram verborum.
h & uẽnit quærens fructum in illa, &

Prima in duas, qa circa motiuũ pnię, primò poniť Chriſti inſtructio, ſcd'ò, inſtructionis cõfirmatio, ibi: Erat autem docens: Circa primũ inducit Chriſt⁹ ad pniam primò per exẽpla, ſcd'ò p̱ rõnem ſumptã ex ꝑabola, ibi: Dicebat aũt. Circa primũ ſciẽdũ, q̃ motiuũ ad pniam frequẽter cõtingit ex morte repẽtina & horrida aliq̃rũ. de q̃ ponunť hic duo exẽpla. Primũ eſt de Galilæis à Pilato interfectis, dũ actu eſſent occupati in ſacrificijs. de qbus eſt duplex opinio. Dicit em̃ Cyrill⁹ q̃ iſti fuerũt ſequaces Iudæ Galilæi. de quo diciť Act. v. g. q̃ auertit pp̃łm in die ꝓfeſsionis, qa dũ Iudęi ꝓfiterenť ſe eſſe ſubditos Romano impio, vt dictũ eſt ſupra. ij. ca. iſte Iudas Galilę⁹ dicebat, q̃ hoc erat eis illicitũ, ſ. recognoſcere aliquẽ dñm pręter deũ q eos eduxerat de Aegypto: & fecerat ſibi pp̃łm peculiarẽ, & multi cõſenſerũt ei, in tantũ q̃ poſtea ꝓhibebãt oblatiões fieri ꝓ ſalute imperij Romani, de q̃ Pilat⁹ indignatus repẽte cũ multitudine Romanorũ venit ſup̱ eos ſacrificãtes ſcd'm ritũ ſuũ, & interfecit eos, ita q̃ ſanguis interfectorũ fuit mixt⁹ cũ ſanguine ſacrificiorũ. In ſcholaſtica ṽò hiſtoria diciť, q̃ fuit quidã mag⁹ de Galilæa q dicebat ſe eſſe filiũ dei, & dũ multos ſeduxiſſet, & ſecũ duxiſſet in mõtẽ Garizim, ꝓmittẽs inde ſe aſcẽſurũ in cælũ, & dũ illi ſacrificarẽt ei ſicut filio dei, Pilatus ſup̱ueniẽs eos cum armis infecit ne maior ſeductio fieret. & hoc eſt qd' diciť hic: Ad. aũt qdã. prędictis duplici de cauſa. Vna erat, qa aliqui eorũ volebãt notare Chriſtũ de conſimili ſeductiõe. Alia cauſa erat, qa alij illam occiſionẽ ſubitã & horridã horribilibus pctĩs ipſorum occiſorũ imputabãt. & ſecundũ hoc dicit Saluator: a ℭPuta. q̃ Ga. &c. q. d. nõ eſt argumentũ ſufficiẽs. vñ ſubdiť: b ℭNõ dico uo. Nõ negat eos pctõres fuiſſe, & ꝑpter hoc periſſe: ſed aſſerit duo. ſ. q̃ talis mors non eſt argumentum ſufficiens, q̃ grauius peccaſſent oĩbus alijs: qa frequẽter dñs pctã minus grauia in pñti vita punit: & grauiora poſt vitã pręſentẽ differt grauius puniẽda. Aſſerit etiã, q̃ niſi de pctĩs ꝓprijs pœnituerint, ſimiliť ꝑibũt. Qd' adimpletũ fuit p̱ Titũ & Veſpaſianũ in deſtructiõe ciuitatis Ieruſalem & occiſione pp̃łi Iudaici, qui non pœnituerat de occiſione Chriſti & alijs pctĩs ſuis. Fideles em̃ qui tunc crediderunt Chriſto ante aduentũ Titi & Veſpaſiani p̱ angelũ fuerũt admoniti, vt recederent de Iudæa: & tunc trãſierunt ad regnũ Agrippę, qui tunc erat confœderatus Rmanis. Scd'm autẽ exẽplũ ponitur cũ diciť: c ℭSicut illi decẽ & octo. Iſti erant Ieroſolymitani: & dum ædificarent quãdam turrim in loco dicto, ſubito cæcidit ſup̱ eos & oppreſsit: quã ruinã aliq imputabant enormitati peccatorum ſuorũ. de q̃ ſimilẽ ſententiã dicit Chriſt⁹ ſicut & de primo exẽplo. d ℭDicebat aũt hanc ſimilitudinẽ. Hic inducit Saluator ad pniam rõne ſumpta ex ſimilitudine arboris, quę pręſcindiť niſi faciat fructũ, ex hoc cõcludẽs, q̃ ſiłr eſſent pręſcindendi de præſenti vita & puniẽdi niſi facerẽt fructũ pnię & bonorũ operũ. & hoc eſt quod diciť: e ℭArborẽ fici. i. gentẽ Iudaicã. f ℭHabebat qui. Id eſt ipſe deus, cuius ꝑfectio & proprietas nõ poteſt à nobis exprimi aliquo determinato nomine: ſcd'm q̃ dicitur ſexta propoſitione de cauſis. Cauſa prima ſuperior eſt omni narratione. ideo dicitur quidam, indeterminatè. g ℭPlantatam in uinea ſua. Id eſt in Iudæa, quæ ſpeciali modo dicebatur hæreditas dei.
✥ Dixit autem

Quare Pilat⁹ interfecerit Galileos ſacrificãtes.
† reſipueritis
C
D

Moraliter. *brum, ſicut dicit Grego. Homeł. x. An nõ membrũ diaboli Pilatus? Per ſanguinem Galilæorũ peccatũ ſimplicium, per ſacrificia opera de genere bona ſignificanť. Igitur diabolus miſcet ſanguinem ſimpliciũ in ſuis ſacrificijs, cum eorum opa de genere bona fœdat peccatis adiunctis. Per turrẽ cadentẽ ſuper decem & octo Iudæos ſignificata fuit futura eorum deſtructio per Romanos. e ℭArborẽ fici habe. quidam plantatã &c. p̱ arborẽ fici ſignificatur quælibet ꝑſona in eccleſia dei plãtata, vt fructificet ibi. p̱ tres annos in qbus nõ facit fructũ, ſignificanť iuuentus, ętas media & ſenectus: ꝑpter qd' meruit ſuccidi p̱ mortẽ de vita pręſenti. p̱ cultorẽ aũt angel⁹ cuſtos huius hoĩs ſignificatur q rogat vt adhuc vno anno, i. vt in ſenio viuere dimittať, vt p̱ eius diligentiã circa talẽ hominẽ fructificet, aliter ſuccidať, & in ignẽ mittatur.
*Et ecce mu-

crebris docet, fructum fidei quęrit, ſed in phariſæis non reperit.
E a ¶Dixit autem ad cultorem uinæ. Cultor vineæ, doctores ſũt & apoſtoli quorũ precibꝰ & monitis aſſidua dei cura ſuggerit: qbꝰ dñs ſæpe de infructuoſa gente Iudæorũ cõquerit, qđ p tres annos ſuæ viſitationis. i. in legalibus edictis, ꝓpheticis conteſtationibꝰ, euangelij gratia, negligens extiterit. b ¶Ecce anni tres. Nullus in ſynagoga p tres annos fructus eſſe potuit, qa nec tpe circũciſionis purificari poterãt, q circũciſionẽ animi non quęrebant: Nec per legẽ ſanctificabãtur, q carnalia in lege tm̃ ſequebãtur. Nec in gr̃a iuſtificabãtur, qui de pctis pœnitere nolebant. Cum ergo meritò eſſent excidendi, quod quidẽ factũ eſt p Romanos, iubetur illis qui in circũciſiõe laborabãt, vt ſucciſionis cladẽ annunciãdo pœnitẽtiã ſuggerant. Sed apl̃i intelligentes etiã aliquos de populo Iudæorum ſua vocatione poſſe ſaluari, orãt, vt differat vltio dñicæ crucis. c ¶Vt quid etiam &c. Poteſt per terrã ſterili ficu occupatã iudaica plebs ſignari, quæ noxia præpoſitorum vmbra premit, ne lumen veritatis videat: & exẽplis eorũ impeditur, ne ſole dilectiõis caleſcat. vñ: Vę vobis ſcribę & pha. q cl. re. cę. ante hoĩes. Terram occupat, qui locũ quẽ tenet bonis operibus non exercet, qui exemplo prauitatis impedimentũ pręſtat cæteris. d ¶Vſq dum. Donec radicem infructuoſæ mẽtis humiliem, & præſentiũ preſſurarũ, & æternæ damnationis incutiendo metũ. Foſſa quippe in imo eſt, & increpatio, dum mentem ſibi demonſtrat humiliat. Nouit cultor terram excolere, qui nouit vitia deprehendere. Intellexit duriciã & ſuperbiã Iudęorum cauſam eſſe ſterilitatis. Pollicet itaq dura corda apoſtolicis ligonibus eſſe fodienda, & ſuperbientia ad humilitatem reuocanda. e ¶Mittam ſtercora. Id eſt malorum quæ fecit abominationẽ ad animum reducã, & cõpunctionis gratiã cũ fructibus boni operis quaſi de pinguedine ſtercoris exuſcitem. Pctã enim carnis ſtercora dicuntur, quæ imittunt ad radicem arboris, quando prauitatis cõſcientia tangit cogitationis memoria, & dum inde pœnitet quaſi per tactũ ſtercoris redit ad fœcunditatem operis. f ¶Et ſiquidem. Cũ pœnitẽtiæ ordo exigeret, vt apponeret, reſeruabit vel aliqđ tale: nihil tñ ſubiũxit, ſed ſuſpẽdit ſententiam. Cum vero adhæreret: g ¶Sin autẽ: ſcilicet non fecerit fructum, continuè iudiciũ venturæ damnationis annexuit: quia ꝓcliuiores ad negandũ q ad credendũ videbat. h ¶Erat aũt. Hanc ſimilitudinẽ de ficulnea dicit dñs docuiſſe in ſynagoga, vt intimet ad ipſam ſynagogã ptinuiſſe parabolã. Qđ em̃ fructũ quærit in ficulnea nec inuenit, ſignificat q verbũ cõmodat ſynagogę, nec illa recipit, quã tamẽ nõ ex toto extirpandã, ſed reliqas p fidẽ ſaluãdas intelligẽs, mox ibidẽ primitiuæ eccleſię ſanatio ſub ſpeciæ incuruę mulieris ſubſequit. Idẽ em̃ ſignificat ficulnea reſeruata qđ mulier erecta. i ¶Sabbatis. Sabbatis docet, & curuã erigit, qa p verbũ prædicatiõis à tpalibꝰ ad ęterna erectos ad quietẽ reſurrectiõis pducit. k ¶Ecce mulier. Hęc mulier nõ niſi poſt decẽ & octo ãnos erigi potuit, quia hũana natura hãc corruptionẽ deponere, & ad induẽdã incorruptionẽ ęternę btitudinis, erigi non poterit, niſi prius impleuerit legẽ quę in decẽ præceptis continet, & gr̃am in qua Chriſti reſurrectio facta eſt & noſtra expectatur. l ¶Annis decẽ. Senariꝰ in q mũdi creatura pfecta eſt, operũ pfectionẽ ſignat, q p tres multiplicatos decẽ & octo reddit: & ſignat eos qui in tribus tẽporibꝰ dominicæ viſitationis, ſ. ante legem & ſub lege & ſub gr̃a perfectionẽ operũ habẽt. Hoc ergo tpe iudæa
Roma. 8. f. à ſuæ mentis rectitudine curuata fuit, quæ magis terrena q cœleſtia nouerat, operatur. m ¶Vocauit. Quos prædeſtinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos iuſtificauit. Quos autem iuſtificauit, illos & magnificauit. n ¶Quia ſabbato. Deus ab
Gen. 2. a operibus mundi ſabbato requieuit. Vnde & Moyſes ſabbato à ſeruili & noxia actione feriãdũ præcepit, præfigurãs tẽpus q nr̃a G ſecularia opera, non verò religioſa. i. laudãdi deũ ceſſabunt. In ſignum huiꝰ rei etiã ſabbato dominus curat. Hoc autẽ nõ intelligẽs archiſynagogus fallit & fallit, qa lex in ſabbato nõ hominẽ curare ſed ſeruilia opera facere, id eſt peccatis grauari ꝓhibuit. o ¶Hypocritæ. Meritò hypocritas, id eſt ſimulatores vocat, qui cum magiſtri plebium videri appetant, ſanationem hoĩs nõ reuerẽtur poſtponere curæ pecoris.

Moraliter. († reflecti erigere caput.)

a non inuenit: Dixit autem ad culto- a
b rem uineæ: Ecce anni tres ſũt ex quo b
uenio quærens fructum in † ficulnea
a ¶Annuacia, qđ perdituri ſint locum & gentem, pro quo ſeruando Chriſtum occiderunt & ſuos.
hac, & non inuenio: Succide ergo il c
¶Cur etiam temporali copia vtitur?
c lam, ut quid etiã terram † occupat?
Atille reſpondens dixit ei: Domine d
d dimitte illam & hoc anno uſq dum e
e fodiam circa illam, & mittam ſterco f
f g h ra. Et ſiquidem fecerit fructum, † ſin g h
autem in futurum ſuccides eã. Erat i
autem docens in † ſynagoga eorum
i ſabbatis. Et ecce mulier quæ habe- k l
¶Amorem terrenorum.
l bat ſpiritum infirmitatis annis de- m
a ¶A rectitudine mentis.
cem & octo: Et erat † inclinata, nec o- n
a ¶Quia qui ſemper videt qđ ſemper cogitat & vbi diu ſpõte pliſtit ibi etiã cum noluerit cadit coactus.
mnino poterat † ſurſum reſpicere,
a ¶Prędeſtinando per gratiam. b ¶Illuſtrando per doctrinam.
m Quam cum uidiſſet Ieſus, uocauit
ad ſe, & ait illi: Mulier, dimiſſa es ab
a ¶Spiritualibus donis adiuuando.
infirmitate tua. Et impoſuit illi ma-
a ¶Ad glorificandum deum, vſque in finem perſeuerando in bonis operibus.
nus, & confeſtim erecta eſt, & glori o
ficabat deum. Reſpondens † autem p
a ¶Vt æmulator literę legis.
n archiſynagogus indignãs quia ſab
bato curaſſet Ieſus, dicebat tur-
bæ: Sex dies ſunt in quibus o q
portet operari. In his ergo ue-
nite, & curamini, & non in die ſab
bati. Reſpondens autem dominus
o ad illum dixit: Hypocritæ, unus

† ficu — † Tria ſunt opera. — † onerat — † ſin minꝰ — † vna ſynagogarum. — † deflexa, cõtracta — † igitur

*Nicolaus de Lyra.* ☞ Nõ ſoluit

a ¶Dixit autẽ ad culto. ui. i. ad angelũ cuſtodẽ & prępoſitũ illi genti, q tũc erat Michael, vt hr̃ Dan. x. c. b ¶Ecce an. t. ſ. i. tria tpa. ſ. tps legis, tps ꝓphetarũ, & tps prædicationis Chriſti, in qbus deus quæſiuit fructũ bonorũ operũ à Iudæis, & nõ inuenit, niſi in paucis valde, q quaſi nihil cõputant reſpectu tantæ multitudinis, vt patet prædicta tẽpora cõſiderãti. c ¶Suc. er. il. In quo oſtẽditur q meruerant occidi & de terra illa eijci, qđ factũ eſt poſtea p Titũ & Veſpaſianũ, q multos de illis occiderũt & alios captiuos de terra eiecerunt. d ¶Domine di. il. quia angeli ꝓ illis qs cuſtodiũt interpellãt diuinã clemẽtiam. vnde & deſtructio ciuitatis & ppl̃i dilata eſt p. xlij. ãnos poſt paſsionẽ Chriſti. e ¶Vſq dũ f. c. il. immitẽto eis terrorẽ diuinorũ iudiciorũ. f ¶Et mit. H ſter. oſtẽdẽdo eis fœditatẽ & abominationẽ pctõrũ ſuorũ: p quæ ſolent hoĩes pœnitere de pctis ſuis. g ¶Et ſi qdẽ f. fru. qa in illis. xlij. annis dictæ dilationis multi de Iudęis pœnituerũt, & cõuerſi ad fidẽ fructũ bonorũ operũ fecerũt, vt patet Actu. ij. & in pluribus alijs locis. h ¶Sin au. i fu. ſuc. eã. qa ĩpœnitẽtes & in ſua pfidia remanentes fuerũt occiſi & captiuati p Titũ & Veſpaſianũ, vt prędictũ eſt. i ¶Erãt au. Hĩc conſequẽter ponit doctrinæ Chriſti cõfirmatio p ſequẽs miraculũ. vbi notat primò locus cũ dicitur: Erat au. do. in ſy. ĩ loco cõi vbi cõueniebãt Iudæi, & tempus cũ dicitur: k ¶Sabbatis. in quibꝰ hoĩes debebãt ĩtẽdere diuino cultui & ad audiẽdum verbũ dei. l ¶Et ecce mu. quæ ha. ſpi. infir. i. infirmitatẽ à ſpiritu maligno inflictã vel cauſatam: quod patet ex hoc quod infrà ſubditur: Hanc autem filiam Abrahæ quam alligauit Sathanas. ſ. vinculo infirmitatis. m ¶Annis. xviij. ex q patet infirmitatis diuturnitas. n ¶Et erat. In quo apparet infirmitatis grauitas & deformitas. Et iſta exprimuntur, vt miraculum ſequens maius & euidentius oſtendatur. vnde ſubditur: o ¶Et confeſtim erecta eſt. Licet enim per naturam poſſent aliquæ infirmitates curari, non tamen in inſtanti. p ¶Reſpondens autem archiſynagogus. id eſt princeps ſynagogæ, & dicitur ab archos, quod eſt princeps, & ſynagoga. q ¶Sex dies ſunt in quibus oportet operari. hoc intelligit de operibus ſeruilibus, ſed operatio miraculorum quę ordinatur ad gl̃iam dei & videntium deuotionẽ excitandã, poterat fieri ĩ die ſabbati: & cõuenientius illa die q in alijs, eo q illa dies erat ordinata cultui diuino & deuotioni populi, & hoc oſtendit Chriſtus exemplo ſenſibili, cùm dicitur: Hypo. unuſq. ue. Et patet litera.
Et cum hæc di-

Moraliter
* l ¶Et ecce mulier quæ habebat ſpiritum infirmitatis annis decem & octo. Et erat inclinata. per quam ſignificat peccatrix perſona, quæ longo tempore diabolo procurante ſic ad inordinatum amorem terreſtrium fuit incuruata, q propter longam conſuetudinem aſpicere non poteſt ſuperna. Sed Ieſus eã tãgit in ſabbato, quando conſilio prædicatoris vel confeſſoris ſalutem animarum deſiderantis quieſcit à peccato, & ſic erigit ſurſum per cœleſtium appetitũ. Archiſynagogus autem indignãs de tali curatiõe, malũ curatũ ſignificat murmurantem de prędicatore vł cõfeſſore, ꝓpter qđ meritò arguit de murmure tali, qa cura maior circa humanã naturã, quã circa animalia bruta debet haberi.
*Simile eſt



☞ a ¶Non ſoluit bouẽ Myſticè. Bos qui cognouit poſſeſſorem
A ſuũ, & aſinꝰ q nouit præſepe dñi ſui, Iudaicũ & Gẽtilẽ populũ ſi-
Iſa. 1. a gnificãt: q vtrũq peccati vinculis abſolutꝰ, ſitim æſtũq huiꝰ mundi p hauſtũ dñici fontis depoſuit. In his ergo duobꝰ aĩalibus vocationẽ duorũ populorũ, aduerſantibꝰ Iudęis pręnũciat dominꝰ. b Hãc autẽ &c. Filia Abrahę, quęq fidelis aĩa: Filia Abrahę, eccleſia de vtroq ppl̃o ad fidẽ collecta, quę tpe legis & dominicę reſurrectiõis impleto, p ſeptiformen gratiã ſpũſſancti vincula longę captiuitatis erupit: & ſic idem eſt bouẽ vel aſinũ à præſepio ſolutos ad potum agi, quod eſt filiã Abrahę à vinculo noxię inclinationis erigi. c ¶Erubeſcebãt oẽs. Qui de dictis ſaluatoris erubeſcũt, ficulneæ ſterili ſe ſimiles oſtendunt. Qui ergo gaudent de miraculis, pertinent ad filiam Abrahæ. i. eccleſiam, deum de ſua erectione glorificantem. d ¶Aduerſarij. Scribæ & Phariſæi, qui nec aperte veritati contradicere poſſunt, nec ꝓpter inuidiam credere volunt. e ¶Omnis populꝰ gau. Simplices, humiles verba veritatis & miracula amãtes, & iſti ſunt figura gentium, quæ excæcatis Iudęis cõgregandę ſunt ad fidem p humilitatem. Vnde & ſaluator fidem eorũ cõmendat ſub cõparatione grani ſinapis. f ¶Dicebat ergo. Quãdo quidẽ aderãt gaudentes & glorificantes, dicebat ad commendationẽ & inſtructionẽ illorũ qui p humilitatẽ & fidei feruorẽ exaltãdi ſunt in eccleſia. g ¶Simile eſt gra &c. Granum ſinapis, res vilis & ſimplex, ſed ſi teritur, vim ſuam fundit. Regnũ ergo cælorum, i. fides per quã venitur ad re-
† mat. 13. d gnum, comparatur grano ſinapis: quia
B primò humilis & quaſi abiecta & amari ſaporis, propter infirmitatem Chriſti & ſcandalũ crucis, ſed trita aduerſis, gratiã ſuæ virtutis effundit & odore ſuo circũſtãtes adimplet, dũ gl̃iam reſurrectiõis &
† Mat. 9. d. aſcẽſiõis etiã poſt mortẽ prędicauit toto orbe terrarũ. Vel corpꝰ Chriſti granũ ſinapis, qđ accipiẽs Ioſeph in horto ſepeliuit, quod poſtea in reſurrectiõe & aſcẽſiõe creuit. Expãdit ramos, prędicatores per totũ mũdũ mittẽs in quorũ dictis & cõſolatiõibus fideles à fatigatiõe mundi reſpirãt. Quod acceptũ: qa Chriſti dona quę ex diuinitate nobis cũ patre tribuit,
Pſal. 67. d. ex humanitate nobiſcũ accepit. Vñ: Ac-
† Mat. 7. b cepiſti dona in hoĩbus. h ¶Et creuit. Creuit in toto mũdo, vel in aĩo cuiuſq fidelis: quia nemo repente fit perfectus. Creuit ergo prædicatio, quia mentibus hominum quantæ virtutis eſſet innotuit. i ¶In arborẽ magnam. Creſcit non ſicut herbæ quæ cito areſcunt & corruũt, ſed ſicut arbor quæ longa annoſitate & opima fertilitate gaudet. k ¶Quod acceptum mulier abſcondit in farinæ. Mulier, eccleſia, cuius farina ſumus quotquot timoris & ſpei exercitio quaſi mola ſuperiore & inferiore conterimur, vt vnus panis mul-
Deut. 6. a ti ſimus in Chriſto. Abſcondit ergo eccleſia fermentũ dilectionis in farinæ ſata tria, quia præcipit vt diligamus deum toto corde, tota anima, tota virtute. Vel, farinæ ſata tria, vt ſpũs, aĩa & corpꝰ in vnum redacta, non diſcrepẽt inter ſe. Vel, tres animæ virtutes in vnũ redigãtur, vt in rõne poſſideamus prudẽtiam, in ira, odiũ vitiorum, in cupiditate, deſideriũ virtutum. Vel, eccleſia fidẽ hominis farinæ ſata tria miſcet. i. credulitate patris & filij & ſpũſſcti. Cũq in vnum fuerit fermentatũ, non nos ad triplicem deum, ſed ad vnius deitatis notitiam perducit. l ¶Sata tria &c. Satum genus eſt menſuræ iuxta morem palæſtinæ, modiũ & dimidium capiens. ¶Poſſunt in tribus ſatis illi dominici ſeminis fructꝰ intelligi, triceſimus ſcilicet ſexageſimus & centeſimus. i. coniugatorũ, continentiũ & virginũ. Vel ſata tria, tria genera hominũ, Noe, Daniel, Iob. m ¶Donec frumenta. &c. Tandiu charitas recondita debet creſcere, donec totam mentem in ſui perfectionem commutet, vt nihil præter deum diligat, & recolat quod hic accipitur in alia vitam perficitur. n ¶Et ibat &c. Vbiq indifferenter prædicabat, non perſonas diſcernens, ſed ſalutẽ credentibꝰ C quærens. o ¶Contendite intrare &c. Quaſi diceret: Verè pauci, & illi cum magnis laboribus, quia niſi mentis intentio ferueat, vnda mundi nõ vincitur, p quã aĩa ad ima ſemper reuocat.
☞ Cum aũt

a quiſque ueſtrum ſabbato non ſol-
uit bouem ſuum, aut aſinum à præ-
b ſepio, & ducit adaquare? Hanc au-
tem filiam Abrahę, quam alligauit
Sathanas, ecce decem & octo annis,
non oportuit ſolui à uinculo iſto
c die ſabbati? Et cùm hæc diceret, eru a
d beſcebant omnes aduerſarij eius,
e & omnis populus gaudebat in uni-
uerſis quæ glorioſè fiebant ab eo.
a ¶Fides per quam venitur ad regnum.
f Dicebat ergo: Cui ſimile eſt regnũ b
dei, & cui ſimile eſſe æſtimabo il-
a ¶Scilicet pro feruore fidei Vel, quia venena dicitur expellere. i. omnia dogmata prauitatis.
g lud? † Simile eſt grano ſinapis, quod c
a ¶Acceptabile habens. b ¶Deus in iuſto: vel, iuſtus vir in corde ſuo granum prædicationis fouet. c ¶Vbi creſcunt germina virtutum.
acceptum homo miſit in hortum ſu
a ¶Vbi folia cum fructu, & in cuius diuerſis ſententiis ſpirituales quieſcũt, qui pẽnis virtutũ in alta cõſcẽdũt.
h i um, & creuit, & factum eſt in arbo-
rem magnam, & uolucres cæli re-
a ¶Vt pro varietate morborum varia ſit medicina.
quieuerunt in ramis eius. Et iterum
dixit: Cui ſimile æſtimabo regnum a
a ¶Charitas pro feruore vel ſancta doctrina.
k dei? † Simile eſt fermento quod ac-
a ¶A gratia dei, vel ſapientia dei. b ¶Sancta mater eccleſia. c ¶. i. commendat hominibus, de tribus Noe filijs originem ducentibus, quos eccleſia ad fidei vnitatem colligit.
ceptum mulier abſcondit in farinæ
l m ſata tria, donec fermentaretur to-
n tum. † Et ibat per ciuitates & ca- e
ſtella docens, & iter faciens in Ie-
ruſalem. Ait autem illi quidam: f
Domine, ſi pauci ſunt qui ſaluan
a ¶Quia ille vnus pro omnibus quæſierat.
tur? Ipſe autem dixit ad illos:
a ¶Ad vitam. b ¶Labores & ieiunia, tamen amantibus iugum ſuaue eſt.
o † Contendite intrare per anguſtam g
a ¶Salutis & amore præmiorum prouocati.
portam, quia multi, dico uobis, h

*Nico. de Lyra.*

a ¶Et cũ hæc. Cõfuſi ſua rõnabili reſpõſiõe, cui nõ poterãt contradicere. Circa qđ cõſiderãdũ, q Chriſtꝰ cõfundebat aduerſarios ſuos. Aliqñ exẽplis, ſicut hĩc, Aliqñ mira cul. ſicut ſupra. v. e. Vt autẽ ſciatis, qa filiꝰ hoĩs habet poteſtatẽ dimittẽdi in terra pctã, ait paralytico: Tibi dico, ſurge &c. Aliqñ ſcripturis, ſicut Mat. xxj. b. Nunq legiſtis, quia ex ore infantiũ & lactentiũ pfeciſti laudẽ &c. Aliqñ rõnibꝰ certis, ſicut Mat. xxij. c. Cuius eſt imago hæc & ſupſcriptio &c. Aliqñ teſtimonijs, vt Ioh. v. c. Vos miſiſtis ad Iohãnẽ. & teſtimoniũ perhibuit veritati &c. b ¶Dicebat ergo. Poſtq ſaluator poſuit pœnitentiæ motiuũ, hic cõſeqnter oſtẽdit ſequentẽ ex hoc eccl̃ię fructũ. Circa qđ conſiderandũ, q licet pœnitẽtes & conuerſi ad fidẽ catholicã primò fuerunt pauci & abiecti tpibus pſequutiõis tyrannorum & hæreticorum, tamen dñs poſtea induxit aliquos pœnitẽtes ad fidem, qui fuerunt magni hoĩes ſcientia & vita, ſicut fuit Ambroſius Auguſtinus, & cõſimiles, p quos eccl̃ia fuit exaltata valde, ꝓut hic cõtinet in duabus parabolis quæ expoſitæ ſunt Mat. xiij. f ¶Ait autẽ illi. Poſtq ſaluator. ſupra poſuit pœnitentiæ motiuum & ſequentẽ fructũ, hic conſequẽter oſtẽdit pœnitẽdi modũ. Circa qđ ſciẽdũ, q in D pœnitentibus triplex eſt difficultas ad opa virtutũ. Vna eſt ex corruptiõe naturæ p pctm̃ primorum parentum, ex qua cauſata eſt in humana natura pronitas ad malũ & difficultas ad bonũ, ſcđm q dicitur Gene. viij. d. Senſus & cogitatio hũani cordis prona ſunt ad malum ab adoleſcẽtia ſua. Scđa eſt, qa ex peccatis pręteritis cauſatus eſt in ipſis peccantibꝰ quidam habitus, vel ſaltem diſpoſitio inclinãs ad pctã ſimilia. Tertia eſt ex difficultate opis virtuoſi, quia virtus eſt circa bonũ arduũ & difficile: & iõ modus pœnitẽdi ad hoc, q ſic efficax debet cũ magno conatu fieri: & hoc eſt quod dicit: g ¶Cõtendite intra. Et p hoc etiã ſoluit quæſtio, ꝓpoſita de paucitate ſaluãdorũ: quia pauci reſpectiuè inueniũtur ita feruidè pænitentes, q nõ impediãtur propter dictas difficultates, ideo ſubditur: b ¶Multi dico uobis quærent &c. & iſti ſunt tepidi. prædictis difficultatibus impediti. Et quia nõ ſemp durat ad tempꝰ pœnitendi, iõ ſequit:
Cum autem

Quibꝰ modis Chriſtꝰ ſuos aduerſarios cõuderit. — † Mat. 23. d Mar. 4. c. — Difficultas triplex pœnitentibus ad opera virtutum.

Moraliter.
*c ¶Simile eſt. Granũ ſinapis minimũ beatũ Frãciſcũ ſignificat humillimũ, ꝓpt qđ ſuos fratres voluit vocare Minores. Hoc autẽ granũ hõ Chriſtꝰ poſuit in hortũ ſuũ. ſ. eccl̃ię militantis, vbi creuit p vitę meritũ, & p ſuæ religiõis augmẽtũ. & volucres requieſcũt in eiꝰ ramis, qa multi magni & potẽtes acqeſcũt filiorũ ſuorũ cõſilijs & doctrinis. d ¶Cui ſi. &c. Licet fermẽtũ in ſcriptura frequẽtiꝰ accipiat in malo, tñ hic accipit in bono: & ꝓpter virtutẽ alterãdi ſignificat vbũ euãgelicũ, qñ ad fidẽ trãſmutauit magnã ptẽ mũdi, & adhuc ampliꝰ trãſmutabit. vñ in figura huius in Pẽtheco ſte quę celebrabat à Iudęis, ꝓpt bñficiũ legis datę, quę fuit euãgelij figura offerebant duo panes de ſimila fermentata, vt hr̃ Leu. xxiij. b. Hoc aũt fermentũ poſitũ fuit in ſatis tribꝰ. i. in tribꝰ mũdi ptibꝰ à tpe apl̃orũ, & ampliꝰ ponet donec fermẽtet totũ. e ¶Et ibat. p hoc oſtẽdit qliter prędicator euãgelij debet eſſe diligens in prędicatione verbi diuini. g ¶Contendite. Non m poteſt fieri ſine conatu magno, q hõ terrenꝰ fiat ciuis in cælo.
*Cum autem

☞ a ℂCum autem intra.pa. Paterfamilias Chriſtus, cũ vbiq; ex
E diuinitate ſit, illis iam int⁹ eſſe dicitur, quos in cælo præſens ſua viſione lætificat; ſed quaſi foris eſt his quos in hac pegrinatione certantes occultus adiuuat. Intrabit ergo cum totã eccleſiã ad ſui cõtemplationẽ pducet. Claudet oſtiũ, cũ reprobis locũ pœnitẽtię tollet qui foris ſtantes pulſabunt. i. à iuſtis ſegregati, miam quã contempſerũt, fruſtrà implorabunt. b ℂIncipietis foris ſta. Modo tpe miǫ contendite: qa tpe iudicij reprobis tollit̃ locus pniæ, q nunc aperitur cunctis piè quærentibus. c ℂNeſcio uos. Non nouit lux tenebras. i. non aſpicit, quia ſi aſpiceret, tenebræ non eſſent. d ℂMãducauimus co.te.&c. Non feſtiuitatũ epulatio iuuat, quem fidei pietas non commendat. Non ſciẽtia ſcripturarũ notũ deo facit, quem operũ iniquitas indignũ oſtẽdit. Vel de Iudæis ſimpliciter intelligẽdum eſt, qui reſpuentes myſteria fidei, gratos ſe deo arbitrantur, ꝙ in tẽplo victimis oblatis corã domino epulãtur, & lectionem prophetarũ auſcultãt. Vel myſticè (Myſticè.) Manducat corã dño & bibit, qui verbi pabulũ auidè ſuſcipit. Vnde quaſi exponẽdo ſubiũgit. ℂ In plateis &c. Scriptura in obſcuriorib⁹, cibus eſt, qa quaſi exponendo frãgit̃, & mãducãdo glutit̃, Potus eñ in apertiorib⁹, vbi ita abſorbetur ſicut inuenit̃. Et occulta ergo & aperta ſe intellexiſſe teſtant̃, qui reprobãte iudicè, ꝙ mãducauerũt conquerunt̃.
†Ibid, 20. b f ℂIbi erit fletus & ſtri.den. Fletus de ardore, ſtridor dentiũ de frigore ſolet excitari: quia ibi tranſibunt ab aquis niuiũ ad calorẽ nimiũ. Vel ſtridor prodit indignantis affectũ, ꝙ ſero pœnitet, qd' deliq t ptinaciter. Vel ſtridebũt dentib⁹, qui hic de edacitate gaudebant. Flebũt
F oculi qui hic p cõcupiſcẽtias vagabãtur. Et nota p fletũ q eſt oc'lorũ, & ſtridorẽ dẽtium, verã impiorum reſurrectionẽ. g ℂEt uenient. Multi prius feruentes poſtea torpent. Multi prius frigidi, ſubitò ardeſcũt. Multi in ſeculo deſpecti, in futuro ſunt glorificandi. Alij apud homines gl'oſi, in futuro ſunt damnandi. Vel, gẽtiles qui diu ſine fide vixerãt, ad
†conſummo, finio fidem ſunt vocandi, Iudæi execrandi.
h Dicite uulpi illi. Vulpis animal doloſum, in fouea ad inſidias latens, odore fœtẽs, nunq; rectis itineribus incedens. Hæc oĩa Hæreticis (quorum Typum tenet Herodes) congruunt, qui Chriſtum. i. humilitatẽ chriſti anæ fidei in credẽtibus conãtur extinguere. i ℂEcce eijcio dæmonia & ſa. Quaſi diceret. Nec Herodes, nec hæretici quorum ipſe figura eſt, poterunt perturbare quod intendo facere. Intendo autẽ eijcere dęmonia de cordibus hoĩm, vt relictis vanitatibus in me credant, & perficere ſanitates, vt ſcd'm mea præcepta viuant: poſtea cõſummor in meo corpe, quod eſt eccl'ia, quã in die reſurrectiõis glorificatã ad cõſortium angelorũ pducã. Qñ verò patiar, nõ ſub Herode, ſed ſub Pilato qui in Iudęa dñat̃, patiar. k Verũtamẽ opor. Nõ poterit pturbare Herodes quin ita agã & ita cõſumar, ſed nec mortẽ corporis mei poterit opari, quã in Ieruſalem oportet fieri, vbi non ipſe ſed Pilatus dominat̃.

☞ Hodie & cras

a ¶Itineris aſperitate perterriti.

a quęrunt intrare, & non pôterunt. Cum autem intrauerit paterfamili- a as, & clauſerit oſtium, & incipietis b c
b foris ſtare, & pulſare oſtium, dicentes: Domine aperi nobis. Et reſpon d

a ¶Apud vos fidei & dilectionis meæ characterem nõ approbo.

c dens dicet uobis: Nêſcio uos unde ſi e
d tis. Tunc incipietis dicere: Mandu f g cauimus coram te, & bibimus, & in h
e plateis noſtris docuiſti. Et dicet uo

¶Q. Hoc non ſufficit.

bis: Neſcio uos, unde ſitis. † Diſcedi k te à me omnes operarij iniquitatis.
f Ibi erit flet⁹ & ſtridor dentiũ, Cum l uideritis Abraham & Iſaac & Ia- m

a ¶A quibus ſucceſſionem carnis, non fidei trahitis: ¶Quieſcentes.

cob, & omnes prophetâs in regno
g dei: uos autem expelli foras. † Et ue n nient ab oriente & occidente & aquilone & auſtro, & accumbent in regno dei. † Et ecce ſunt nouiſſimi qui o

¶Vt Iudas. 

erant primi, & ſunt primi qui erant

¶Vt latro.

nouiſſimi. In ipſa die acceſſerũt qui- p

¶De Galilæa vbi dominatur Herodes: & tranſi in locum vbi non habet poteſtatem.

dam phariſæorum, dicentes illi: Exi q & uade hinc, quia Herodes uult te
h occidere. Et ait illis: Ite & dicite uul r

a ¶vt homines ſua peccata & errores damnent in quibus vixerunt. b ¶vt viuant ſecundum pręcepta mea quę ſunt vera ſanitas.

i pi illi: Ecce eijciô dęmonia, & ſanita s

a ¶Et ſic pręparatos in reſurrectione mecũ glorificabo.

tes pficio hodie & cras, & têrtia die
k † conſummor. Veruntamen oportet

animi ex q pcedit flet⁹ corporalis: & ſcd'm hoc flet⁹ erit ĩ dãnatis G generalit̃ tã dęmõib⁹ ꝗ hoĩbus. Aliud ex parte corpis, ſ. reſolutio lachrymarũ, turbatio cerebri & oculorũ: & ꝗtũ ad hoc flet⁹ non põt eſſe ĩ dęmonib⁹, neq; ĩ aĩab⁹ ſeparatis. Sed poſt reſurrectionẽ in hoĩb⁹ dãnatis erit turbatio cerebri & oculorũ, nõ tñ flux⁹ ſeu reſolutio lachrymarũ, qa ceſſante motu cæli tunc ceſſabit oĩs generatio & corruptio. Stridor autẽ dentium nõ importat aliquã corruptionẽ: & iõ poterit ibi eſſe. m ℂCũ ui. Hoc ppriè erit in extremo iudicio, quãdo reprobi videbũt electos reſurrexiſſe ĩ corporib⁹ glorioſis, & audiẽt vocẽ iudicis eos vocãtis ad regnũ cæleſte & cõdemnãtis reprobos ad pœnã gehennæ, ſcd'm ꝙ dicitur Math. xxv. d. Tũc eñ videbũt ſe expelli p dęmones executores diuinæ iuſticiæ. n ℂEt ueni. ab o. quia ab vniuerſis mundi partibus Gentiles cõuerſi ſunt ad fidẽ, q tunc recipient gloriã in aĩa & corpore. o ℂEt ec. ſunt n. q e. pri. ſ. Iudæi, q erãt primi ad recipiẽdũ beneficia dei, erũt poſteriores Gentilib⁹ propter ſuã incredulitatẽ: & hoc eſt qd' dicit Apl's Ro. xj. c. Cęcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo Gentiũ intraret, &c. (†Mat. 7. d. & 8. b.) p ℂIn ipſa die. Hæc eſt pars incidẽtalis. Aliqui eñ Phariſæorũ nõ potentes doctrinæ Chriſti cõtradicere, per cautelẽ voluerũt terrere eũ: & ſic eius doctrinam impedire dicentes: q ℂExi & ua. hinc (†Mat. 8. b.) qa He. uult te oc. De quo videt̃, ꝙ tũc erat in terra Herodi ſubiecta, verũtamen H videt̃ ꝙ iſti dixerũt falſum ex hoc qd' habetur. infrà. xxiij. b. Herodes autẽ viſo Ieſu gauiſus eſt valde erat autem ex multo tempore cupiens videre eũ, &c. Chriſtus tamen in ſua reſponſione oſtendit ſe talibus nõ terreri, nec à bonis operib⁹ impediri, dicens. r ℂDici. uul. il. i. Herodi. Vulpes enim eſt animal doloſum, rapax, tortuoſè incedens, & fœtidum. Sic princeps mal⁹ qualis erat iſte Herodes, eſt doloſus, per machinationes mali, rapax æris alieni, tortuoſè incedens per peruerſitatẽ iudicij, fœtidus per infamiam nominis ſui. s ℂEcce eijcio dæmo. & non poſſunt mihi reſiſtere, cũ tamen ſint maioris ptãtis ꝗ Herodes. q. d. non habeo timere eum. t ℂSani. per. ho. & cras. qa Chriſtus duobus annis prædicauit iſta beneficia cõferẽdo, & ĩ tertio anno ſuę pdicationis paſſus eſt. Vel, hodie & cras. i. paucis dieb⁹ vſq; ad tẽp⁹ paſſiõis

☙meæ in Ieru

## *Nicolaus de Lyra*

☙ a ℂCum autẽ intra. Iſte paterfamilias eſt Chriſtus qui per paſſionẽ ſuã intrauit gloriã, vt habetur infra. xxiiij. d. Oportuit Chriſtum pati & ita intrare in gloriam ſuam. Ex quo etiam oſtẽditur, ꝙ alij non habebũt ingreſſum facilem. b ℂEt clauſerit oſtium. in morte peccatori clauditur oſtiũ pœnitẽtiæ. c ℂIncipietis foris ſtare & pulſare. In quo oſtenditur pœnitentia poſt mortẽ, ſed infructuoſa, ſcd'm quod dicitur Sapiẽtiæ. v. a. Dicentes intra ſe pœnitentiam agentes &c. f ℂTunc inci. dicere. Hoc potiſsimè refertur ad Iudæos, inter quos Chriſtus conuerſatus fuit, & in plateis eorum docuit: k ℂNeſcio uos, unde ſitis: quia neſciet eos ſcientia approbationis, ſed reprobationis. l ℂIbi erit fletus. In fletu eñ duo ſunt, ſcilicet triſticia (In fletu ſunt duo)

animi ex

✻a ℂCũ au. in. paterfa. & c. oſti. quod ĩ morte cuiuſlibet clauditur, qa tp̃s ſuum merẽdi finit̃. d ℂDom. ap. no. per hoc nõ ſignificat̃ poſſibilitas intrãdi ſed voluntas, ſi poſſibile eſſet. e ℂNeſcio uos. ſcilicet per approbationẽ. g ℂManducaui. co. te. ſ. cibum euchariſtię. h ℂEt bibimus po. ſalutaris ſapientię. i ℂEt in plateis no. docuiſti. per prædicatores & doctores eccleſię. Et ſubditur: k ℂNeſcio uos unde ſitis. nam dicta bona vel alia non proficiunt defunctis ſine gratia. m ℂCum uide Abrahã. per quem ſignificatur bonus prælatus, eò quòd interpretatur pater multarum gentium. Per Iſaac qui interpretat̃ riſus, ſignificat̃ deo ſeruiens in lęticia, & deuotione iocundus. Per Iacob qui ſupplantator interpretatur, ſupplantans vitia per virtutem deſignat̃. Per pphetas boni doctores & prædicatores intelliguntur, & oẽs iſti in regno dei recipientur. n ℂEt uenient ab oriente. p quẽ ſignificatur tempus iuuentutis, p occidentem tempus ſenectutis. nam aliqui veniunt ad dei ſeruitium in vtroq; tempore. Et aliqñ contingit quòd aliqui tardè venientes magis proficiunt quã primi: ideo ſubditur: o ℂEt ecce ſunt nouiſsimi qui erant primi. Beda. Multi prius feruentes, poſtea torpent. & multi prius tepidi ſubitò inardeſcunt. p ℂ In ipſa die acceſſerunt quidam Phariſæorum, dicentes illi. Exi & uade hinc quia Herodes. Secundum ſenſum literalem iſti per minas volebant Chriſtũ expellere de Iudęa, ne prædicaret in ea. ſed Chriſt⁹ oſtendit ſe non timere, nec à prædicatione voluit ceſſare. Per hoc oſtendens, quòd prędicator euangelij pro talibus minis non debet prædica- (Moraliter)

✻tionis officium



☞ a ℂHodie &c. Prima dies, eſt per dei gratiam abrenũciare va-
A nitatibus. Scd'a, concordare veritati morib⁹ & vita. Tertia, eſt vltima glorificatio. b ℂIeruſalem Ieru. quæ. Vbi pphetę mei, ibi ego caput prophetarum debeo immolari: pro quo peccato iuſtè ipſa deſtruetur, cui deſtructioni eorum ſicut pius pater condoleo. c ℂQuotiẽs uo. Ac ſi dicat. Ego volui & tu noluiſti: & quotquot cõgregaui mea volũtate ſemp efficaci, te nolente feci: qa ingrata ſemp fuiſti. d ℂFilios tuos. In hoc quod dicit: Quoties volui cõgregare filios tuos & cęt. oẽs retrò pphetas à ſe miſſos teſtatur. (†nõ cõtingit, fieri nõ poteſt.) e ℂQuẽadmodũ auis, Pulchrè qui Herodẽ de ſua nece tractãtẽ vulpẽ vocauerat, ſe aui cõparat: qa fraudulenta vulpes ſemp auibus inſidias tendit. f ℂDomus ue. de. Templũ vel ciuitas, qa occiſo dño, Romani qſi vacuũ nidũ dirĳpiẽtes, tulerũt locũ & gentem. g ℂNõ uidebitis. Niſi pniam egeritis & cõfeſſi fueritis me filiũ oĩpotentis pris; in ſecũdo aduentu faciẽ meã nõ videbitis. h ℂCũ dicetis. Hoc quidem turbę dixerũt dño veniente in Ieruſalẽ. Sed qa Lucas nõ dicit dominũ ad Galilæos poſtea reuerſum, vt ab illis hoc ei decantaretur: cogit myſticè hoc de aduentu claritatis intelligi.

## *GLO. ORDI.*

### CAP. XIIII.

ET factũ eſt. Hydropicus erat. Hydor aqua: inde hydropis, morb⁹ aquoſus ſubcutaneus, de vicio veſicę natus cũ inflatiõe turgẽte & anhelitu fœtido: Et eſt ppriũ hydropici, quãto pl⁹ bibit, tanto plus ſitit: & ideo cõparat̃ ei quẽ fluxus carnaliũ voluptatũ exuberãs aggrauat, cõparaturq; diuiti auaro. (Hydropici natura: & quid ſibi cõparatur) (B) k ℂSi licet ſabb. Sabbatis præcipuè docet & opat̃ Ieſus, nõ ſolũ ppter ſpũale ſabbatũ, ſed & ppt̃ populi celebriorẽ conuentũ, quærens ſalutem omnium. l ℂAt illa ta. Meritò tacẽt, qui cõtra ſe dicturũ qdqd dixerat vident. Si eñ licet, cur obſeruãt? Si nõ licet, cur pecora curant? m ℂIpſe uerò. Ideo añ Phariſæos hydropicum ſanat, & mox cõtra auariciã diſputat, vt ipſos auariciæ arguat p quã ſabbatũ violant, & legẽ male interpretant̃. (†Mat. 12. a †Mar. 3. a ſupra. 6. b) In ſabbato eñ nõ à bonis, ſed à malis opib⁹ feriandũ eſt. vnde dicit̃: Omne opus ſeruile nõ facietis in eo. i. pctm̃. Sic in æterna requie à malis tm̃ feriabit̃, nõ à bõis. (Leuit. 23. a) Viciũ quod iſte in corpore, Phariſæi geſtabant in mẽte & ideo corã ipſis curat̃ corpalit̃, vt hoc exẽplo diſcãt ſpũalib⁹ curari. n ℂCuius ue. Cõpetenti exemplo ſoluit quęſtionẽ, vt oſtẽdat eos ſabbatũ violare in ope cupiditatis, qui eũ violare arguunt in ope charitatis. (✻contra.) o ℂBos in pu. Cõgruè aĩali quod decidit in puteũ hydropicũ cõparat, qa noxio humore pibat. Et bene bouem & aſinum nominat, vt vel ſapientes vel hebetes, vel vtrumq; populũ ſignat, ſcilicet Iudęum preſſum iugo legis, & gentilem nulla rõne domitũ: ſed ſtolidum & brutum: quos omnes à puteo concupiſcentiæ demerſos extrahit: Omnes enim peccauerunt, & egẽt gr̃a dei. (Rom. 3. c.) p ℂDicebat au. Poſtq; conuicerat illos de auaricia & violatione ſabbati, incipit docere de euangelica gratia illos qui aderant idonei, inuitans illos ad humilitatem contra tumorem quem habebant

☞ in lege

a Hæc ambulatio ad literam intelligitur, qua ibat in Ieruſalem.

a me hodie & cras, & ſequenti die âmbulare, quia † nôn capit prophetam a

a ¶Abſolute. i. non conuenit. vel, non capit Herodes.

a ¶Homines non ſaxa plangit affectu patris.

b perire extra Ieruſalem. † Ierûſalem, b

a ¶Dominum prophetarũ nunciantes.

Ieruſalem, quæ occidis prôphetas,

a ¶Duricia cordis a te repellis. vel, corporaliter vt Stephanum. b ¶Hactenus ad te miſsi ſunt,

& lâpidas eos qui mittûntur ad te:

a ¶In vnitate fidei. b ¶Patriarcharum hæredes.

c d Quoties uolui côngregare filiôs
e tuos, quemadmodum auis nidum

¶In proximo.

ſuum ſub pennis, & noluiſti? Ecce
f relinquetur uobis domus ueſtra de
g ſerta. Dico autem uobis, quia non

a ¶Poſt paſsionem. b ¶Hora qua confiteamini filium omnipotentis, quem benedictum. i. a peccato immunẽ miſit pater ad glorificandum ſuum nomen.

h uidebitis me donec uêniat cûm dicetis: benedictus qui uenit in nomine domini.

## Cap. XIIII.

ET factum eſt, cûm c introiſſet † Ieſus in domum cuiuſdam principis † Phariſęorum ſabbato man-

a ¶Phariſæi. b ¶Si ſabbatum ſolueret.

ducare panem, & îpſi obſerûabant d
i eum. Et ecce homo quidam hydro- e

¶Inſidioſis obſeruatoribus.

picus erat ante illum. Et reſpõdens g

a ¶A legiſperitis, legis iudicium quærit.

Ieſus dixit ad lêgiſperitos & Phari-

¶Opera charitatis facere: vt non ſoluatur ſabbatum.

k ſæos, dicens: † Si licet ſabbato cu-
l m rare? At illi tacuerunt. Ipſe uerò ap- h i

a ¶Abire corporaliter ſanatum, vt ſe transferret ad ſalutem animarum.

prehenſum ſanauit eum, ac dîmiſit.
n Et reſpondens ad illos, dixit: † Cu- k l

¶Omnes in hac auaricia ſimiles eſtis.

o ius ueſtrum aſinus aut bos in pute-

a ¶Non animali, ſed ſuæ auariciæ conſulens,

um cadet, & non continuò extrâhet

¶Non intelligens in hoc Violationem ſabbati.

illum die ſabbati? Et non poterant m
p ad hęc* reſpõdere illi. Dicebat aũt & n

a ¶Ab ipſo principe. b ¶Aliud myſtice ſignificantẽ. c ¶Intelligens quomodo illi de primis accubitibus laborarẽt, vnde reprimuntur.

ad inûitatos parâbolam, intẽndens o

patet ex decurſu veteris teſtamẽti. vñ & de Manaſſe rege Iuda dicitur. iiij. Reg. xxj. c. ꝙ impleuit Ieruſalẽ ſanguine pphetarũ vſq; ad os: & ideo cõueniẽs fuit Chriſtũ ibidẽ pati. Tũ qa eſt caput omniũ pphetarũ: Tũ qa oẽs pphetæ de eo ſcripſerunt, ſcd'm ꝙ dicit̃ Act. x. g. Huic oẽs pphetę teſtimoniũ phibẽt. Et ppter dictã occaſionẽ exprobrat cõſequenter ciuitati Ieruſalẽ di. b ℂIeruſalẽ Ieruſalẽ &c. patet ſententia ex dictis Matth. xxiij. C

✻tiõis officiũ omittere, p qd' dæmones eijciunt̃, cũ p hoc pctõres pœnitent, & ſanitates perficiuntur, cum pœnitentes ad opera perfectionis anhelant. b ℂIeruſalem Ieruſalem. iſtud exponet̃ infra. (Moraliter) (†Mat. 23. d)

## *NICO. DE LY.*

### CAP. XIIII.

ET factũ eſt. Poſita informatiõe pœnitentiũ, hic cõſequẽter ponit̃ cõfutatio impœnitentiũ. Dicũtur aũt impœnitẽtes ppriè q ad verbũ Chriſti nõ cõterebant̃, ſed poti⁹ indurabant̃ in malis ſuis: & inſup Chriſto inſidiabãtur qles erant phariſęi & legiſperiti. Primò ergo ponit̃ iſtorũ cõfutatio. Scd'ò, ſimpliciũ informatio, ibi: Ibãt aũt turbæ. Prima diuidit̃ in quatuor: qa priò cõfutat eos de ignorãtia. Scd'ò, de ſupbia, ibi. Dicebat autẽ & ad inuitatos. Tertiò, de cupiditate, ibi: Dicebat aũt ei. Quartò, de ingratitudine ibi: At ipſe dixit. (Diuiſio) Circa primũ ſciendũ, ꝙ inuidia excecat intellectũ. & ideo phariſæi & legiſperiti ex inuidia cõtra Chriſtũ excæcati dicebãt eũ legis traſgreſſorẽ, eo ꝙ curabat in ſabbato: quod tñ eſt falſum vt dictũ eſt ca. pręce. & hoc iterũ oñdit̃ ad maiorẽ cõfirmationẽ in curatiõe hydropici, cũ dicit̃: c ℂEt fa. eſt. Iſte inuitauit Chriſtũ, vt patet ex ſequẽtib⁹. Et videtur ꝙ hoc fecit malicioſè, & nõ ex deuotiõe, vñ ſubdit̃: d ℂEt ipſi obſer. Atẽdẽtes ſi ĩter epulas aliqd diceret aut faceret, vñ poſſent eum accuſare. (†nõ habet Ieſus) (D) (†ſacerdotum) e ℂEt ecce hõ qdã hydrop. Et dicitur ab hydor quod eſt aqua: qa hydropicus habet aquã inter carnẽ & cutẽ: f ℂErat an. illum. Dicit Cyrillus ꝙ iſte nõ petebat à Chriſto ſanari timore Phariſęorũ, ſed ſolum ſe oſtendebat, vt Chriſtus eũ videns eius miſereret̃. g ℂEt reſpõdens Ieſus di. Nõ ad verba, qa quæſtio ſibi nõ pponebat̃, ſed ad cogitatiões phariſęorũ & legiſperitorũ, qm̃ cogitabãt curationem in ſabbato eſſe illicitã. h ℂAt illi tacue. Quia ſi dixiſſent: Non timebãt ab eo rõne confutari. Si autẽ dixiſſent: Sic nõ haberent frontẽ ipſum de hoc accuſandi. i ℂIpſe uerò apprehẽſum. quia per impoſitionẽ manus ipſum curauit, & poſtea manũ retraxit. k ℂEt reſpondens. cogitationibus eorum qbus cogitabant illud factum illicitum. l ℂDixit. oſtendendo illud eſſe licitũ & bonũ, p exẽplum aĩalis bruti, cuius periculo licitum erat ſuccurrere in ſabbato etiã ſcd'm ipos, & multo fortius ſuccurrẽdum eſt hoĩ ppter quẽ facta ſunt aĩalia bruta, & qui factus eſt ad imaginẽ dei. m ℂEt non pote. tanq; confuſi euidenti ratione. n ℂDicebat autem. Hic confutat conſequenter eos de ſuperbia & ambitione indebita bonorum. quod notatur cum dicitur o ℂIntẽdens quo. Id eſt primas ſedes in cõuiuijs ſolemnibus.

☙Cum inui-

## *Nico. de Lyra.*

☙ meæ in Ieruſalem. a ℂQuia non capit. Quia conueniẽs fuit Chriſtum pati in loco paſſionis pphetarũ, q eſt Ieruſalem, vt

patet ex

Moraliter. c Et factum eſt. Sequitur. e ℂEt ecce homo. Per hydropicum qui cum plus bibit plus ſitit, ſignificatur cupid⁹ & auarus, qui cũ plus acquirit, ad acquirendũ amplius inardeſcit. Iuuenalis, Creſcit amor nummi ꝗtũ pecunia creſcit. Et iſte ſtat añ Ieſum, cũ cõuertit̃ ad deũ, paratus acquiſita diſpenſare ad honorẽ diuinũ, & ſic recupat ſanitatẽ, qa de cupiditate mutat̃ in libertatẽ (Moraliter) (Iuuenalis.)

✻Cum inuitan s

☞ in lege pharſęi: vel intendens in doctrina ſua quomodo debeāt E accubitus in eccleſia eligere. a ℭ Cum inuitatus fue. Cum p gratiam fidei vocatus à prędicatore, membris eccleſię te iunxeris, nō te de meritis gloriādo, q̄ſi cęteris ſublimior extollas. b ℭ Ne forte ho. Honoratiori poſt iuitato locum dat. qui de ſuæ cōuerſationis confidentia ſecurior factus, cito illorū qui ſe in Chriſto ſecuti ſunt agilitate præitur: Et cū rubore nouiſſimū locū tenet &c. cū de alijs meliora cognoſcēs, quidquid de ſua opatiōe altū ſenſerant humiliat, dicens cū propheta: Exaltatus autē humiliatus ſum & cōfuſus. (Pſa.87.d) c ℭ Et tunc &c. Et tunc erubeſcens quòd de te aliquādo maiora præſumpſiſti, incipies ad penitentiam humiliari, & te minoris cognoſcere meriti. Ne nūc incipias quęrere quod tibi ſeruatur in fine: quia hæreditas ad quā feſtinatur in principio, in nouiſſima bn̄dictiōe deficiet. d ℭ Tūc erit tibi gloria coram &c. Quotidie dominus dum conuiuas ſuos viſitat, & dijudicat, tanta ſpūs ſui humilib⁹ dona præſtat, vt eos cœtus fidelium cū admiratione gl'ificet, ſtupenſq; in autoris ſui laudem ,pſiliat dicēs: Mihi autē nimis honorificati ſunt amici tui deus. (Pſ̄.138.c) e ℭ Dicebat aūt. Secūdū ordinē literę, Poſtq̄ monuit inuitatos qualiter debeāt accūbere, monet & inuitatorē quos debeat inuitare, ne tpalis expenſio bonorū quā facit, cędat in vacuū, vel forſitan augmētet pctm̄: ſed ita expendat tpalia, vt per hæc pateat via ad æterna. f ℭ Et ei q. Principi Phariſęorū loquit, qui forſitan ſuperbire poterat, quia tot ad conuiuiū quaſi ex mīa vocauerat. vel ſicut ex verbis dn̄i poteſt concipi, ideo potius inuitauerat, vt ab illis iterū inuitaretur, & ſic nulla ſpecialis retributio ſequeretur. g ℭ Noli uo. Fratres, amicos, & diuites alterutrū cōuiuia celebrare, nō quaſi ſcelus interdicit, ſed oſtēdit nō valere ad prēmia vitæ. Sunt autē & quędā taliū diuitum cōuiuia, quę nō ſolū in præſenti retributiones, ſed etiā dānationē percipiūt in futuro. vnde apl'us, Nō in comeſſationibus & ebrietatibus, i. in luxurioſis conuiuijs: quæ aut collatiōe omniū celebrātur, aut vicibus contubernalibus ſolent exhiberi: vbi neminē pudeat aliqd inhoneſtum facere vel dicere. (Roma.8.b) h ℭ Ne forte. Q. d. Si intendis inuitare, vt inuiteris, ibi potes falli: ſed ſi diſtribueris paupib⁹ de mercede, nō falleris. i ℭ Voca pau. Qui paupes vocat in futuro prēmiū pcipiet. Qui amicos & fratres & diuites vocat, recepit mercedē ſuā. Sed ſi hoc ,ppter deū facit, in exēplū filiorū Iob, ſicut cætera fraternæ dilectiōis officia, ipſe q iuſſit remunerat. Qui luxurioſos ,ppt̄ laſciuiā vocat, pœna nō carebit. k ℭ In reſur. Cū oēs reſurrecturi ſint, tñ ſingulariter & q̄ſi ,ppria dicit̄ reſurrectio iuſtorū, q in ea ſunt īmutādi. l ℭ Hæc cū au. Illectus dulcedine auditę reſurrectiōis in laudē ei⁹ ,prūpit & in ea verè beatos fore aſſerit, & ſi nō bene intelligat qbus meritis ad illā beatitudinē poſſit attingi. m ℭ Beatus qui man. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternū. Si quis incarnationis ſacramento pfectè incorporatus, diuinæ maieſtatis viſione frui meruerit, hic ęterna beatitudine gaudebit. Sed quia multi fidetenus quaſi orando percipiunt, dulcedinem verò ei⁹ veraciter attingere faſtidiunt torpor eorum redarguitur, vnde ſequitur: ☞ Hō quidā

(margin: ⁎ab aliquo; † accubitu; † accūbētibus tecum; † Mat.23.b; Luc.18.c; F)

quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cùm inuitatus fueris * ad nuptias, non diſcumbas in primo † loco, ne forte honoratior te ſit inuitatus ab eo, & ueniēs is qui te & illū uocauit, dicat tibi: Da huic locum, & tunc incipias cum † rubore nouiſſimum locum tenere. Sed cùm uocatus fueris, uade, recumbe in nouiſſimo loco: ut cùm uenerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, aſcende ſuperius. Tunc erit tibi gloria coram † ſimul diſcumbentibus: † quia oīs qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. Dicebat autē & ei qui ſe inuitauerat. Cùm facis prandium aut cœnam, noli uocare amicos tuos, neque fratres tuos, neq; cognatos, neque uicinos, neq; diuites, ne forte & ipſi te reinuitēt, & fiat tibi retributio. † Sed cùm facis conuiuium, uoca pauperes, debiles, cæcos & claudos, & beatus eris: quia nō † habēt retribuere tibi: Retribuet enim tibi in reſurrectione iuſtorum. Hæc cùm audiſſet quidam de ſimul diſcumbentibus, dixit illi: Beatus qui manduca-

(interlinear: ¶ Nuptiæ Chriſti & eccleſiæ coniunctio. ¶ Quia poteſt contingere. ¶ Gratioſior inuitatori, & ſi alijs occultus. ¶ Per gratiam ſuam, te & illum oſtendens. ¶ Deus qui corda ſingulorum nouit. ¶ Intellige te minorem. ¶ Quanto maior es, humilia te in omnibus. ¶ Ad iudicium: vel, quotidie augendo humilibus gratiam, quam aufert a ſuperbis. ¶ Ex humilitate te amicum recognoſcat, qui ex præſumptione poſtponebaris. ¶ Ad maius præmium ęternæ gloriæ: vel hic, ad maiora dona ſanctiſpiritus recipiendum. ¶ In eadem beatitudine, vel in eadem fide quieſcētibus. ¶ Incaute de meritis allevat. ¶ A deo. & ſi non coram hominibus. ¶ Proinde de beneficiis. ¶ A deo. ¶ Quacumq; hora diei. ¶ Veſpere. ¶ Carnali affectu, vel cognatione coniunctos. ¶ Propter hoc q̄ diuites. ¶ Non ait: Et fiat tibi peccatum, ſed fiat tibi retributio. ¶ A quibus nihil in præſenti potes expectare. ¶ Vnde poſſunt. ¶ A deo. ſ. ¶ Al's retributione. ¶ Quod in reſurrectione eſſent beatificandi pauperum ſuſceptores.)

dignitates autem ſe null⁹ debet ingerere, ſed alios meliores ſe præponere q̄tū eſt in ſe: alioquin inuitator principalis. ſ. deus, à q̄ eſt oīs prās, deijciet eū à ſua dignitate ſaltē ſpūaliter ſnīa dānationis. Aliqñ etiā deijcit tales pœna tpalis depoſitionis. Si aūt humiliter refugiēs, ſicut faciebāt pr̄es antiq, vt Greg. & Ambr. & cōſimiles, tādē ex obediētia ſuſceperit, & ex charitate fraterna ea bene vſus fuerit, tandem cęleſtem gloriam obtinebit, ideo ſubditur: Et erit tibi gl. Cuius ratio ſubditur cū dicitur: b ℭ Quia omnis q ſe ex. præſumptuoſè ſe dignitatibus ingerendo. c ℭ Humiliabitur. modo prædicto. d ℭ Et qui ſe hu. nō fallaciter & fictè, ſecundum qd' dicitur Eccle. xix. d. Eſt q nequiter ſe humiliat, & interiora eius plena ſunt dolo: ſed qui veraciter & ex corde. e ℭ Exaltabitur. ſecundum qd' ſcribit̄ Prou. xxix. d. Humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria. f ℭ Dicebat. Hic conſequenter arguit Phariſæos de cupiditate: quia faciebant cōuiuia non moti pietate, ſed magis cupiditate, intendentes per hoc conſequi aliquam vtilitatem ſeu honorem per adiutoriū illorū, q̄s vocabant ad cōuiuia & hoc eſt quod dicitur: Dicebat autem & ei q ſe inui. vt ,p refectiōe corporali rependeret ei ſpiritualem. ſ. documentū pietatis. Sciendū tamen, q̄ licet dirigeret verbū ad ipſum, tamen per hoc alios aſſiſtentes qui erant in hoc culpabiles arguebat. g ℭ Cum fa. prā. aut cœ. no. uo. a. i. ,ppter amicitiā ſecularem. h ℭ Neque fratres tuos. id eſt propter conſanguinitatem. i ℭ Neq; cogna. i. propter affinitatem. k ℭ Neq; uicinos. propter familiaritatem. l ℭ Neq; diuites. i. ,ppter aliquā vtilitatem conſequendam, iō ſubdit̄: m ℭ Ne for. & ipſi reinui. te. iſta reinuitatio intelligitur cuiuſcūq; boni tpalis recōpenſatio. Notandū tñ, q̄ ſi vocentur prædicti ad conuiuia propter charitatem mutuam nutriendam, meritoriū eſt. Si aūt ad laſciuiam aut gulam exercendā pctm̄ eſt. Si aūt ,ppter liberalitatem quādā ſeu vrbanitatem indifferens eſt, & pōt bene fieri & male, put ad finē vlteriorē ordīat̄, qui poteſt eſſe bonus vl' malus. n ℭ Sed cū fa. cō. motus pietate. o ℭ Voca pauperes. carentes cenſu. p ℭ Debiles. carentes conatu. q ℭ Claudos. carentes greſſu. r ℭ Cęcos. priuatos viſu. s ℭ Et beatus eris. quia deus retribuet tibi. Pietas enim ad omnia vtilis eſt, promiſſionem hn̄s vitæ, quę nūc eſt, & futurę. j. Timo. iiij. c. ideo ſubditur: Retribuetur e. tibi in reſurrecti. iuſtorum. Sequitur. t ℭ Hæc cum audiſſet quidam. Chriſtum loquentem de reſurrectione, mot⁹ verbo Chriſti prorupit in hæc verba. v ℭ Beatus. q man. pa. in re. Dicunt aliqui, qd' p panem iſte intelligebat beatitudinem veram quæ conſiſtit in viſione & fruitione deitatis Chriſti principaliter & humanitatis ſecundariò, qui vocat ſe panem vitæ, Ioh. vj. Alij autem dicūt: q̄ iſte erat rudis & carnalis credēs q̄ reſurrectio futura eſſet ad vitā cibis corporalib⁹ indigētē, ſicut credūt Saracęni & Iudęi moderni. Et iſtud videt̄ veri⁹: qa ſtatim Chriſt⁹ reſpondens ,ppoſuit pabolā de his q propter ſuam ineptitudinem excludendi ſunt à cōuiuio cęleſti. ⁎ At ipſe dixit

(margin: G; † pudore; H; † Tobię.4 b.; † poſſunt)

*Nico. de Lyra.*

a ℭ Cum inuitatus fue. ad nup. nō di. in primo lo. Per primū locū nō ſolū intelligitur hic honorabilior ſeſſio in cōuiuijs ſolēnib⁹, ſed etiā quælibet electio vel poſtulatio ſeu ,pmotio ad aliquā dignitatē. Et hoc patet ex hoc qd' pręmittit̄. Dicebat aūt & ad inuitatos parabolā. Parabola eſt alterius rei ſignificatiua. Ad dignitates

⁎ a ℭ Cū inui. fue. omnes catholici ſūt ad Chriſti & eccleſię nuptias inuitati: ſed illi ī primo loco recūbunt, q dignitatib⁹ eccl'ię ſe ingerūt: q̄s ſpōſus eccl'iæ Chriſt⁹ deijcit ab eccl'a triūphāte & aliqñ etiā à militāte. humiles verò recūbūt in nouiſſimo loco, vt ſpōſus eos exaltet in cælo. g ℭ Cum fa. pran. Prædicator verbi diuini facit conuiuium ſpirituale: ſed ſi faciat hoc propter honoris vl' lucri temporalis conſecutionem, non habebit à deo mercedē. Si verò faciat propter animarū ſalutē, recipiet cū iuſtis vitā æternā. (Moraliter) ⁎ Homo quidam



A a ℭ Homo quidam. Verbum incarnatū ſatietatē internæ dulcedinis multis pręparauit: ſed pauci veniunt, quia multi q p fidē ei ſubijciuntur, malè viuēdo ei cōtinuo cōtradicūt. b ℭ Cœnam magnam. Hoc cōuiuiū, nō prādiū ſed cœna dicit̄: qa poſt prādiū de q̄ Matthę⁹ agit, cœna reſtat, poſt cœnā nullū cōuiuiū reſtat. de prandio multi, & de cœna nullus eijcitur. (Mat.22.a) c ℭ Et mi. ſer. ſuū ho. cœne. Hora cœne finis ſeculi, vnde Apoſtolus, Nos ſumus in quos fines ſeculorum deuenerūt, In hoc fine mittit̄ ſeru⁹, i. ordo prædicatorū ad inuitatos per legē & ,pphetas, vt repulſo faſtidio ad guſtādā cœnā ſe præparēt: qa oīa iam ſunt parata. Chriſto enim immolato, introitus regni patet. (1.Cor.10.c) d ℭ Et cœ. &c. Ideo excuſant: qa nemini intercluditur regnū: niſi quē ſuæ vocis ,pfeſſio excluſerit. Excuſat aūt ſe oīs q plus terrena q̄ cæleſtia diligit, etiam ſi ad cæleſtia ſe tendere dicat. († venite) e ℭ Villā emi. Villa. i. terrena ſubſtantia. Exit ergo videre villā, q ſola exteriora cogitat ,ppter ſubſtātiā: & hoc eſt qd' ab amatorib⁹ mūdi prius quærit̄. ſ. ſubſtātia corporis. ℭ Aug. In empta villa, dn̄atio notat̄ & ſuperbia. Habere em̄ villā poſſidere, hoīes ſibi ſubdere, vitiū malū, vitiū primū. Primus enim homo dn̄ari voluit q habere dn̄m noluit. Primus ergo inuēta ſupbia, venire noluit. Secūdus oſtēdit qnq; iuga, i. qnq; ſenſus corporis: qa nihil inueſtigandū intelligit, niſi qd' per hos adminiſtrat̄. & ideo inuitātes ad cœnā æternorū nō ſequit̄. Hæc iuga boū dicunt̄, qa per hos terrena reqrūtur: boues enim verſant terrā. Et bn̄ iuga dicunt̄. Duæ enim ſunt aures, duo oculi, duæ nares. In guſtu enim duo inſtrumēta lingua & palatū. In tactu gemina volūtas carnis: interius & exterius. Tertius vxorē ducit: quia voluntas carnis multos impedit. Amor rerū terrenarū viſc⁹ eſt ſpiritualiū pēnarū. f ℭ Rogo te. Dū dicit: Rogo te habe me excu. humilitas ſonat in voce dū venire cōtēnit, ſupbia in actiōe. (B) g ℭ Iuga bo. Quinq; iuga boū, qnq; corporis ſenſus, q rectè iuga dicunt̄, q in vtroq; ſexu geminant̄: q quoniā nō interna, ſed ſola exteriora cognoſcunt & tangunt, rectè per eos curioſitas deſignatur, quę dū exterius inueſtigat vitā proximi, ſua intima neſcit. Et curioſi animus quanto eſt peritus alieni, tanto ignarus ſui. Nec diſcrepant verba excuſantis a ſignificatione ſui vitij: dū dicit: Eo probare illa. quia probatio ad curioſitatē ſolet pertinere. h ℭ Vxorē du. quia multi nō propter fœcūditatē: ſed ,ppter deſideria carnis vxores ducūt. ideo per rem iſtā carnis voluptas deſignatur, propter quā ad cœnā dei faſtidioſus venire recuſat. ℭ Tria genera hominū à magna cœna videntur excludi. Gētiles propter immoderatū affectū temporaliū, Iudæi qui chriſtū reſpuētes iugū legis ceruicib⁹ ſuis imponūt. vbi ſunt quinq; iuga decē verborū, vel quinq; libri veteris legis. Hæretici qui velut eua fœmineo affectu tētant rigorē fidei: & lubrica facilitate prolabentes, lenocinia falſi decoris affectant: intemeratā negligētes pulchritudinē veritatis, Itaq; poſt diuitū faſtidia: cōfert ſe dominus ad gentes. Introducit bonos & malos, vt bonos augeat, malorū affactus in melius mutet. Inuitat pauperes ac debiles, cæcos & claudos, oſtendens q̄ debilitas corporis nullū excludit à regno: rariuſq; delinquat, cui deſit illecebra peccandi: & citius ad dominū cōuertatur, qui nō habet in mundo vnde delectetur. i ℭ Exi cito &c. Moraliter. Mittat ad plateas cū peccatores de lationibus vijs vocat ad anguſtā, que ducit ad vitā. Mittit ad vicos, cū illos vocat quos tēporaliū rerū coartat īopia. Mittit ad vias, cū illos vocat qui iam in quodā bonæ voluntatis tramite conſtituti ſunt nullis cupiditatibus temporaliū occupati. Mittit ad ſepes, cū eos vocat, qui culta ab incultis ſecernunt, & incurſus arcent beſtiarum, i. bona à malis diſtinguunt, & munimenta fidei aduerſus diaboli tentamenta obtendunt. Cum de vicis & (Moraliter.)

bit pānem in regno dei. At ipſe dixit ei: Homo quidam fecit cœnam magnā, & uocauit multos: Et miſit ſeruum ſuum hora cœnę dicere inuitatis, † ut uenirent: quia iam parata ſunt omnia. Et cœperunt † ſimul omnes excuſare. Prim⁹ dixit ei: Villam emi, & neceſſe habeo exire, & uidere illam: Rogo te habe me excuſatum. Et alter dixit: Iuga boum emi quinq;, & eo probare illa: Rogo te habe me excuſatum. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non poſſum uenire. Et regreſſus ſeru⁹ * nunciauit hęc domino ſuo. Tunc iratus paterfamilias, dixit ſeruo ſuo. Exi cito in plateas & uicos ciuitatis, & pāuperes ac debiles & cęcos & claudos introduc huc. Et ait ſeruus: Domine factū eſt ut impaſti, & adhuc locus eſt. Et ait dominus ſeruo: Exi in uias & ſepes, & cōpelle intrare, ut impleatur dom⁹ mea. Dico autem uobis, qd' nemo uirorū illorū qui uocati ſūt, guſtabit cœnam meam*.

(interlinear: ¶ Ego ſum panis viuus, qui de celo deſcendit. ¶ Q. Vere beati qui comedent: ſed dedit terrenis vel curioſitati vel voluptatibus huius mundi nō comedent. ¶ Ordinem prędicatorum. ¶ In fine ſeculi. ¶ Qui venire noluerunt. ¶ Magno labore acquiſiui, vel præcio fidei, quam in deo habeo hęc recepi. ¶ Ab interna cōtēplatione. ¶ Totum ſtudium ad eam applicare. ℭ Ora pro me, quia peccator ſum. ¶ Coniugium non reprehenditur, ſed integritas ad maiorem honorem vocatur. ¶ Qui in paupertate ſuperbiunt. b Qui ſuo iudicio apud ſe infirmi ſunt. c ¶ Qui lumen ingenij no habent. d ¶ Qui rectos greſſus non habent in opere. ¶ Ordo prædicatorum. ¶ Numero prædeſtinatorum fidelium, qui numerus inexpletus non remanebit. ¶ Excuſantium. ¶ Et ſi per ſeram pœnitentiam aliquādo intrare quęrant. vnde dicitur fatuis virginibus: Amen dico vobis, neſcio vos, nemo ergo vocatus excuſet ſe.)

cis & platæis vocat, iudæos ſignificat qui tenere legem ſub vrbana cōuerſatione nouerant. Cū de vijs & ſepibus vocat: agreſtem populū gētium ſignificat. k ℭ Factum eſt. Multos tales ex iudæis ad cœnā tuā collegimus: ſed iſti locū cōuiuij tui nō implēt. ſupereſt locus vbi gentiū numeroſitas ſuſcipiatur. vnde ſubdit̄. l ℭ Exi i vias & ſepes &c. Nota q̄ i ☞ hac ter (C)

*Nicolaus de Lyra.*

a ℭ At ipſe dixit ei: Hō qdā &c. Hic cōſequēter chriſtus arguit eos de ingratitudine: qa iudæi præ cæteris gentibus fuerūt inuitati ad beatitudinē cæleſtē. pimo per ,pphetas, ſecūdò p ipſum chriſtū eis prædicantē in pſona ,ppria. tertio p apoſtolos: & tamē renuerūt venire p fidē: & ideo vocati ſunt gentiles, ſcd'm q̄ dicit̄ Act. xiij. b. Vobis oportebat primū loqui verbū dei. ſed quoniā repellitis illud, & indignos vos iudicatis eternæ vitæ, ecce cōuertimur ad gētes. ſic enim nobis præcepit deus. & hoc eſt qd' dicit̄ nobis parabolicè. († ſimiliter) b ℭ Homo qdā &c. i. Chriſt⁹ verus homo & ver⁹ deus. c ℭ Fecit cœ. mag. i. ſtatuit cæleſtē beatitudinē, quæ vocat̄ cœna, eo q̄ eſt refectio vltima. d ℭ Et uoca. mul. qa vult oēs hoīes ſaluos fieri. j. Tim. ij. b. e ℭ Et miſit ſer. i. ſeruos accipiendo ſingulare ,p plurali. ſicut Exo. viij. f. Venit muſca grauiſſima. i. multitudo muſcarū. f ℭ Et cœperūt ſimul oēs ex. i. p mala opera ſe retrahere: & accipit̄ hic oēs ,p maiori pte: qa pauci ſaluāt̄ reſpectiuè, vt dictū eſt ca. præce. (⁎ Ille) g ℭ Villam emi. &c. Hic notant̄ ſupbi p dn̄iū villæ emptū, qa ſupbi volūt alijs dominari. (D) h ℭ Iuga boū. p hoc aūt intelligunt̄ cupidi terrenis nimis intēti, finē ſuū ibi cōſtituētes. i ℭ Vxorē duxi. p hoc intelligūtur carnales & laſciui. Ad iſta verò tria vitia reducunt̄ oīa excludentia à beatitudine cæleſti, ſcd'm qd' dicit Iohānes pria canonica. ij. c. Oē qd' eſt in mūdo, aut eſt cōcupiſcētia carnis, aut cōcupiſcētia oculorū, aut ſuperbia vitæ. m ℭ Exi cito &c. qa principes iudæorū & ſacerdotes & legiſperiti & maiores illi⁹ populi ,ppter ſua peccata ſunt dimiſſi à deo. Pauperes aūt & ſimplices & publicani illius populi ſunt vocati, vt patet in apoſtolis & in pluribus alijs ex decurſu euangelij. n ℭ Et adhuc locus &c. qa nō ſolū de iudæis, ſed etiā de gētib⁹ p diuerſas ptes orbis multi ſunt vocati ad fidē & ad gl'iā, vt prędictū eſt, & hoc notat̄ cū dr̄: o ℭ Exi in uias &c. i. extra iudæā diſcurrēdo ad populum gētilē, ſicut fecerūt apoſtoli, vt prędictū eſt. p ℭ Dico autē uo. &c. Non eſt intelligēdum per hoc q̄ nullus de iudęis ſit ſaluatus, ſed quia pauci cōparatiuè: Sicut cōi modo loquendi dicit̄: Nemo ē in eccleſia, ⁂ vel in foro

(margin: S. th. 22. q. 11 ar°. 8. — handwritten; ⁎ Multi em̄ ſunt vocati, pauci verò electi.)

⁎ b ℭ Hō qui. Hō xp̄s fecit magnū cōuiuiū, qñ inſtituit euchariſtiæ ſacramētū. d ℭ Et uoca. Nā oēs catholici ad hoc gn̄al'r ſunt vocati: ſed illi vocati ſunt ſpāl'r: qb⁹ de⁹ dat ſpālia dona, quaſi ex ſpāli amicitia, vtpote donū corpal' decētię, vl' donū tpalis abūdātię, vl' mūdialis excellētię: qb⁹ debēt ad bonū vti, vt ſint ad dictū cōuiuiū ſpāl'r pręparati. e ℭ Et mi. ſ. prędicatorē euāgelicū. f ℭ Et cœ. Excuſatio iſta ē indiſpoſitio volūtaria, qa corpe decētes freqnt̄ ex hoc cadūt ī luxuriā, diuites ī auariciā, excellētes ī ſupbiam. primi ſignificāt̄ p vxorē ducētes, ſcd'i p iuga boū emētes, tertij p villā ēptā vēdētes: & oēs iſti ad cœnā dn̄icā ſūt inepti. k ℭ Tunc ira. cōtra cōtēptores ſuæ cęnę. l ℭ Dixit ſer. i. pdicatori euāgelico. m ℭ Exi ci. Per paupes ītelligunt̄ verè hūiles, q ſunt paupes ſpū, vt expōit Aug. Bti paupes ſpū. i. nō hn̄tes inflātē ſpm̄. Per debiles, nihil ſibi virtutis attribuētes. Per cæcos viſū ab illicitis reprimētes. Per claudos: defect⁹ proprios cōſiderātes. Oēs iſti ſunt ad cœnam dominicam introducendi. n ℭ Et adhuc locus eſt &c. Hoc dicitur, eo q̄ eccleſia plures recipere ſemper eſt parata. (Moraliter; Matth.5.a)

A ⁎ Si quis venit

E hac tertia inuitatiōne nō dr̄ inuita, ſed cōpelle intrare. Qui em̄ huius mundi aduerſitatib⁹ fracti, ad dei amorē redeūt, atq; à pn̄tis vitę deſiderijs corrigunt, illi nō niſi cōpulſi intrāt. Quidā aūt vocāt & cōtēnūt, q donū intellect⁹ accipiūt, ſed ope non implēt. Quidā vocāt & veniūt, q acceptā itelligētiā ope adīplēt. ℭ Notandum qd̄ ſicut pctōres fuerūt q venire noluerūt, ita pctōres ſūt q veniūt, ſed ſupbi peccatores reſpuūt, hūiles eligūt. a ℭ Ibāt aūt. Turbę quę ſequūt Ieſum iter facientem ī Ieruſalē, ſignāt eos q ad cœnā inuitati vel cōpulſi veniūt, & tota intentiōe Ieſū imitant, pręcedētem ad ęternę pacis viſionē. Hos ergo īſtruit q ſincero amore patriā illā debeāt appetere, & p ea carnalis pietatis affectib⁹ renūciare. b ℭ Si qs ue. Simul & odiſſe & diligere poſſum⁹: Vt & cognatiōe cōiūctos, ex diuino pręcepto diligamus: & q̄s aduerſarios in via dei patimur, odiēdo & fugiēdo neſciam⁹. Et vt hoc odiū nō de affectiōe, ſed de charitate videat pcedere, addit: c ℭ Adhuc. Tūc bene animā odim⁹, cū eius carnalibus deſiderijs nō acqeſcim⁹, ſed reluctamur & frāgim⁹. Hoc odiū qualiter exhiberi debeat, ſubdit: d ℭ Et q baiu. Crux duob⁹ modis baiulatur: Cū vel p abſtinētiam caro afficit: Vel p cōpaſſionē pximi affligit animus. ℭ Et qui non. Ita debetis odiſſe, crucē baiulare, venire poſt me: qa ita cōſūmabit ædificium, p qd̄ venit ad regnum. e ℭ Et ue. poſt. Aliquis em̄ carnē lacerat p inani gloria, vel pximo carnaliter cōpatit, vt culpę faueat: hic crucem ferre videtur, ſed deum nō ſequit: f ℭ Quis em̄. Poſtq̄ dominus ſequētib⁹ ſe in Ieruſalem dedit ſublimia pręcepta de cōtemptu mundi, & de abiectione corporis, ſupponit pręceptū de pſeuerātia, ad quā neceſſaria eſt cū humilitate patiētia. Et hoc per ſimile ædificantis. g ℭ Turrim ædifi. Quia ſublimia pręcepta dedit, ædificandæ ſublimitatis comparationem ſubiūgit. h ℭ Cōputat. Ille computat ſumpt⁹, qui diſcernit eſſe errogandam temporalem pecuniam, & cor auertendum à cupiditatib⁹ mundi, & animam præparandam cōtra aduerſa mundi. i ℭ Omnes qui ui. Sicut ait Apoſtolus. Facti ſumus ſpectaculum mundo angelis & hominibus. Et in omni qd̄ agimus, conſiderare occultos aduerſarios debem⁹, q noſtris opib⁹ inſidiant: & niſi cōtra eos vigilemus, patimur irriſores q̄s habem⁹ ad malū ſuaſores. k ℭ Aut qs. Poſt ſimilitudinem de turre ædificanda, ſupponit ſimilitudinem maioris rei, de rege pugnaturo. In quo oſtenditur, per impletionem præcedentium mandatorum, nullum ad gloriam poſſe pertingere, niſi ſæueri iudicis ſententia temperetur per miſericordiam. In conſpectu enim dei omnis homo imperfectus. Ergo ſicut in ſuperiori præmeditatio erat neceſſaria, ad cauendum inimici deriſionem, ſic eſt & ad impetrandam iudicis miſericordiam. l ℭ Si poſſit. Quaſi cū decem milibus occurrit deo, qui offert opera decem mandatorū quæ exterius geſſit: Sed deus quaſi cum duplicato numero contrauenit, cum vix illum præparatum in ſolo opere, diſcutit ſimul de opere & cogitatiōe. Et ideo dū adhuc longè eſt p dilationē iudicij, nos fragilitatis nr̄ę inſufficientiam attēdētes, ad īpetrādam ſæueri iudicis pacē debem⁹ pręmittere legationē lachrymarū bonorū operū, piorū affectuū. m ℭ Sic ergo &c. Infert à pręmiſſis ſimilitudinib⁹, Qūqdē nō bn̄ pōt ędificare, q nō cōputat ſūpt⁹ ☞ nec ſecurè

Odiſſe & diligere ſimul poſſumus
† Mar. 10. d.
† Mar 8. d
† viderint
F
† conſultat
1. Cor. 4. b.
† ad pacem

a ℭ Captę dulcedine prędicationis & miraculorum. b ℭ diſcedente a domo conuiuij.
a Ibant autem turbę multę cum eo: b Et conuerſus dixit ad illos: † Si qs
a ℭ Diligamus quod ſunt, odio habeamus, q in dei itinere nobis obſiſtunt.
uenit ad me, & non odit patrem ſuum & matrem & uxorem & filios & c fratres & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe d diſcipulus. † Et qui non baiulat cru
a ℭ Crux a cruciatu dicitur: quę ſemper eſt portanda, vt amor Chriſti oſtendatur.
e cem ſuam & uenit poſt me, non po f teſt meus eſſe diſcipulus. Quis enim
a ℭ Per aſſumptam patientiam. b ℭ Humilitatis.
g ex uobis uolens turrim ædificare,
a ℭ Quieſcens a tumultibus mundi. b ℭ Omne quod agimus, pręuenire per ſtudium conſiderationis debemus.
h nonne prius ſedens computat ſum
a ℭ Terrenum ædificium, congregando expenſas conſtruitur, cęleſte autem expenſas diſpergendo.
ptus, qui neceſſarij ſunt, ſi habeat ad
ℭ Fidei.
perficiendum: ne poſtq̄ poſuerit fun
a Non habens conſummationem operum quæ conueniunt fidei.
damentum & non potuerit perficere
a ℭ Maligni ſpiritus qui gratulantur de noſtro defectu. b ℭ Ideo debet ſolliſitus eſſe in ædificando, ne defficiens, deriſionem ab inimico patiatur.
i omnes qui † uident incipiant illudere ei dicētes: quia hic homo cœpit ędificare & non potuit conſummare?
a ℭ Q. Committere bellum cum deo, eſt intelligere aliquem ſe ex meritis iuſte ab eo ſaluari.
k Aut quis rex iturus † cōmittere bellum aduerſus alium regem, † non l ſedens prius † cogitat, ſi poſſit cum decem milibus occurrere ei qui cū
a ℭ Id eſt ſi intelligit ſe, ex æquo non poſſe occurrere.
uiginti milibus uenit † ad ſe? Alioquin adhuc illo longe † agente, legationem mittens rogat ea quæ m † pacis ſunt. Sic ergo omnis ex

fidē credēdo, ſicut ſunt ſeculares. vel ſtatū pfectiōis aſſumēdo, cuiuſmodi ſunt religioſi. c ℭ Et nō odit. Hic accipit odiū largè, inquantū pter perturbationē parētū & amicorū, nō dimittit venire ad fidē catholicā, ſicut patet de ſctō Chriſāto & multis alijs: Vel de ſeculo ad religionē. d ℭ Adhuc au. i. vitā corporalē, eā cōtēnēdo propter deū, paratus vitā ſuā exponere pro fide, caſu neceſſitatis occurrente. e ℭ Non po. Diſcipulat⁹ autē Chriſti dupliciter poteſt intelligi. Vno modo generaliter ſcd̄m ſtatū cōmunē fideliū: & ad hoc ſufficit fides cū obſeruatiōe mādatorum. Alio modo cū hoc per obſeruantiam cōſiliorū. In vtroq; tn̄ ſtatu requirit repſſio cōcupiſcentiarū carnaliū: magis tn̄ in ſecundo modo diſcipulat⁹ q̄ primo, ideo ſequitur: f ℭ Et qui nō ba. per carnis macerationē & cōcupiſcentiarū repreſſionē. g ℭ Quis enim ex uo. Adducit hic cōſequēter duas parabolas ad ſuum ppoſitū de aggreſſu ſtat⁹ pfectiōis: qui cōſiſtit in obſeruātia cōſiliorū. Et priò oſtēdit quid requirit in tali aggreſſu. ſecūdo quid in debito vſu, ibi: Bonū eſt ſal. Circa primū dicit: Quis enim ex uo. i. aggredi perfectionē euangelicā. h ℭ Nōne pri⁹ ſe. i. quietatus à tumultu paſſionū deliberans. i ℭ Cōputat ſumpt⁹. i. cōſiderat, ſi habeat illud qd̄ ad hoc reqrit: qd̄ eſt prōptitudo ad relinquendū oīa propter deū, vt patebit poſtea. k ℭ Ne poſtq̄ po. qd̄ cōſiſtit ī obſeruātia mādatorū. l ℭ Et nō poper. qa nō habet promptitudinē animi ad relinquendū oīa. qd̄ eſt primū in ſtatu pfectionis acquirendæ. Talis fuit ille iuuenis de quo dicit Mat. xix. c. qui obſeruauerat mādata, cui dixit Chriſt⁹: Si vis pfectus eſſe, vade & vende oīa quæ habes, & da pauperibus. Et ſequitur ibidē, q abijt triſtis, eo q multas habebat poſſeſſiones, quarū amore fuit impeditus à ſtatu pfectionis: & ideo nō habuit ſumptus ad perficiēdū turrim, cui⁹ poſuerat fundamētū. m ℭ Aut qs rex. Hic ponit ſcd̄a parabola ad idē, cū dicitur: Quis rex itur⁹ cōmittere bellū. Hic accipitur rex, quicūq; vult aggredi pfectionis ſtatū: qa debet bene regere operationes & cogitationes ſuas, & habet cōmittere bellū: ad rapiendū ſibi cęleſte regnū, ſcd̄m q dicit Mat. xj. b. Regnū cælorū vim patit, & violēti rapiūt illud. n ℭ Si poſ. i. cū obſeruantia decē mandatorū: Sed qa nō ſufficit ad pfectionis ſtatū acquirēdū, vt prædictū eſt: qa rex cæleſtis o ℭ Cū uigin. quia duplam obſeruantiam exigit ab eo. ſ. mandatorū & cōſiliorū. ideo ſubditur. p ℭ Rogat ea. aſſentiendo regi cæleſti in obſeruantia conſiliorū, quæ incipit ab euangelica paupertate. ideo concluditur. q ℭ Sic ergo omnis &c. Ex hac concluſione patet, q iſta parabola & præcedens vadunt ad iſtam intentionē. ☙ Bonum

G
† Mat. 10. d
28. q. 1. ſ. qd̄ autem
H
† vt cōgrediatur in bello.
† nonne
† contra
† exiſtente

⁂ b ℭ Si quis ue. Grego. Home. xxv. Quaſi per odium diligit, qui carnaliter ſapiens dum praua nobis ingerit, non auditur. Et ſic odiendi ſunt, non ſolum domeſtici, ſed etiam anima ppria, dum pars ſenſibilis nobis ingerit inhoneſta. e ℭ Et qui non baiulat &c. Chryſo. Non vt trabem ſuper humeros apponamus, ſed vt ſemper Chriſti mortem præ oculis habeamus. g ℭ Quis enim ex uobis uolens &c. Turris hæc eſt eccleſia, quæ Canti. iiij. b. dicitur turris Dauitica, quam ædificant boni doctores & prædicatores. Sumptus autem huius ædificationis ſunt ſcripturarum ſanctarum intelligentia: & exemplaris vita, quibus carentes ſunt ad hoc ædificium impotentes. m ℭ Aut quis rex iturus committere &c. Rex veniens contra nos cum. xx. milibus eſt dominus noſter Ieſus Chriſtus, veniens ad iudicium cum Angelis & poteſtatibus, cuius poteſtati reſiſtere non valemus: & ideo dum adhuc eſt longè mittamus, ad eum legationem lachrymarum & bonorum operum, vt eum placare poſſim⁹.

Moraliter

*Nicolaus de Lyra*

☙ vel in foro, quādo ſūt ibi pauci. a ℭ Ibant autē. Poſita confutatione īpœnitētiū, hic cōſequēter ponit inſtructio ſequētium Chriſtū. & primò ſimplici verbo. ſcd̄ò parabolico, ibi: Quis enim ex vo. &c. Circa primū dicit. b ℭ Si qs uenit. i. vult venire per fidem creden



☞ nec ſecurè pōt occurrere q nō pmittit legationē, ergo nec me⁹ pōt eſſe diſcipul⁹, qui nō renūciat oīb⁹: Hac igit cōcluſiōe oſtēdit, q ædificare turrim, facere pacē cū fortiore, nihil aliud eſt q̄ eſſe diſcipulū Chriſti. Pręparare verò ſumpt⁹ vel mittere legationē ad faciendā pacē, nihil aliud eſt q̄ renūciare oīb⁹ quę poſſidem⁹. Hoc tamen diſtat inter renūciare oīb⁹ & relinquere oīa: qa renūciare cōuenit oībus q ita licitè vtūt oīb⁹ mūdanis quę poſſidēt vt tamē mēte tēdāt ad æterna. Relinquere eſt tm̄ modo pfectorum, q oīa tpalia poſtponūt & ſolū æternis īhiāt. a ℭ Bonū. Verè q vult me⁹ eſſe diſcipul⁹, oportet vt renūciet oīb⁹: qa ita erit bonū ſal. i. dign⁹ cōſtitui ī nūero apoſtolorum ad condienda corda auditorū ſpūali ſapiētia. Si autē cōdimēto veritatis ſemel illuminatus, iterū p amorē tpaliū ad apoſtaſiā redierit, q̄ alio doctore corrigēt, q dulcedinē ſapiētię quā guſtauit, vl̄ aduerſis territ⁹, vl̄ pſperis illect⁹ abiecit. b ℭ Neq; ī ter. Sal ſterilē facit terrā. Vn̄ ira victorū deſtructas vrbes ſale ſemīabat, ne in eis germē oriret. Ita apoſtoli deſtructo peccati regno, germē vitiorū cōpeſcūt. Sal cibos cōdit, carnes ſiccat. Prędicatio à vermib⁹ & putredine vitiorū illęſā ſeruat ſuo creatori hūanā naturā. Si autē. i. ſi apoſtoli p q̄s alij cōdiēdi ſūt, pſperis vl̄ aduerſis ceſſerit, p q̄s eis error auferet, cū eos de⁹ elegit tollere alijs? Neq; ī terne. i ſter. qa q retro vadit, neq; ipſe fructū ferre, neq; excolere valet, ſed eijcitur. Vn̄ vtilis exhortatio ſubdit: Qui ha. au. audi. au.

A
Renūciare oīb⁹ & relīquere oīa differunt.
† dicto vale, dimittit omnia.
† infatuatū fuerit, īſulſū fuerit.
† aptū, acō modum,
† mittunt.
Salis natura
B

uobis, qui non † renunciat omnibus quę poſſidet non poteſt meus eſſe a diſcipulus. Bonum eſt ſal. † Si autem
a ℭ Quis medicabitur incantatori percuſſo a ſerpente.
ſal quoq; † euanuerit, in quo condie
a ℭ Quam ſuo iniectu germinare prohiberet.
b tur? Neque in terram, neque in c
a ℭ Agriculturæ profuturo, quia licet viuacibus glebis immixtum, non fœtare ſemina frugum, ſed extinguere ſemina ſolet. ℭ Quod non ſinit fœcundare. b ℭ Ab vnitate eccleſiæ ſecernendus.
ſterquilinium † utile eſt, ſed foras
a ℭ Quibus verbum dei percipere poſſit.
† mittetur. Qui habet aures audien d di, audiat.
a ℭ Obediendo & faciendo quod didicit.

## Cap. XV.

E Rant autem appro e pinquantes ei * Publicani & peccato
a ℭ Qui publica vectigalia exigunt vel conducunt, & qui lucra ſeculi per negocia ſectantur.
a ℭ Dupliciter errant: quia & ſe iuſtos putant cum ſint ſuperbi, et illos reos cum iam pœniteant.
res ut audirent illum. † Et murmu f g rabant Phariſæi & Scribæ, dicentes:
a ℭ Q. d. contrarius eſt legi quę hoc prohibet.
quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et ait ad illos para h d bolam iſtam, dicens: † Quis ex uo i e bis homo qui habet centum oues, & k
a ℭ Diues paſtor, cuius nos omnes centeciſima portio ſumus.
f ſi perdiderit unam ex illis, nonne di l
a ℭ Angelicam naturam in ſumma beatitudine exiſtentem quaſi reliquit, dum ſeipſum exinaniuit. b ℭ id eſt in cælo, quod deſertum eſt ab homine peccante.
mittit nonagintanouem in deſerto,
a ℭ Dum per prędicationem vocat.
& uadit ad illam quæ perierat, do m
a ℭ Inuenit dum conuertitur aliquis.
nec inueniat illā? Et cū inuenerit eā, g h imponit in humeros ſuos gaudens, & ueniens domū conuocat amicos

*GLOS. ORDI.*

E Rāt Quia non Cap. XV. ſolū iuſt⁹ p inertiā peccare, ſed & peccator p ſolertiam poteſt reſipiſcere: p⁹ electionē iſtatuati ſal. cohors pœnitētiū itus admiſſa deſcribit, q ad audiēdū verbū dei ppinqntes nō ſolū ad colloquendū, ſed etiā ad cōueſcēdū recepti ſūt. Vn̄ dedignātur Phariſęi, qa falſa iuſticia nō cōpaſſionē ſed dedignationē habet. Sed qa ęgri erāt, ita vt ſe eſſe ęgros neſcirēt, q̄ten⁹ qd̄ erāt agnoſcerēt, cęleſtis medic⁹ padigma obijcit, q̄ ī eorū corde vulneris tumorē prēmit, dicēs: d Quis ex uo. Didiceras ī ſupiorib⁹ abnegare negligentiā, vitare arrogātiā, deuotionē ſumere, ſclaribus occupatiōib⁹ nō teneri, caduca nō pręferre ppetuis. Sed qa fragilitas hūana firmū neqt ī tāto ſcl̄i lubrico tenere veſtigiū, etiā aduerſus errorē, remediū tbi medic⁹ demōſtrat. ſ. iudex ſpem venię nō negat. Vn̄ ſact⁹ Lucas tres ex ordīe pabolas ponit, ouis, drachmę, filij. e ℭ Cētū o. qa cētenari⁹ nūer⁹ pfect⁹ eſt. De⁹ cētū oues. i. pfectū nūerū habuit, cū angelorū & hoīm ſubſtātiā creauit. ſed vna perijt, qn̄ hō paſcua vitę peccādo dereliqt. ergo qa rationał creaturę nūer⁹ pereūte hoīe erat diminut⁹, quærit in terra hoīem vt ſūma itegret. f ℭ Nōne di. q. d. murmuratis, qa peccatores recipio, ſed ego nō veni niſi vt aberrātes colligā, ſicut vnuſqſq; vrm̄ aberrātē ouē reducere laborat. g ℭ Impo. ī hu. Ouē ī hūeris poſuit, q hūanā naturā ſuſcipiēs, peccata noſtra ipſe portauit. vn̄ hūeri Chriſti crucis brachia ſūt, illic pctā nr̄a depoſuit, ī illa nobiłł patibuli ceruice reqeuit. h ℭ Et ue. Repato hoīe ad cęlū redit paſtor, ibi āgelorū choros iuenit. Qui amici, qa ī ſtabilitate ſua volūtatē ei⁹ cōtinuè cuſtodiūt, q & vicini, qa claritate viſiōis ei⁹ fruūt. Et nota, q nō dicit: Cōgratulamī oui iuētę, ſed mihi ☞ quia gaudium

1. Pet. 2. d.

*NICOLAVS DE LYRA.*

☙ a ℭ Bonū eſt ſal. Oñſo qd reqrit in pfectionis aggreſſu hic cōſequēter oñdit qd reqrit ī ei⁹ debito vſu. ſ. diſcretio quę reqrit ī oīb⁹ opib⁹ bōis; ſecūdū q dicit Apoſt. ad Ro. xij. a. Rōnabile obſequiū vrm̄. & hoc ē q dicit: Bonū. i. diſcretio, quę eſt cōdimētū bonorū operū, ſicut ſal ē cōdimētū ciborū. b ℭ Si autē ſal. i. diſcretio

diſcretio defuerit. c ℭ In quo cōdiet? qa op⁹ bonū de genere inſipidū eſt & inutile, ſi careat diſcretione. d ℭ Sed foras mit. hoc eſt à pfectiōe cadet. vn̄ & In collationib⁹ patrū collatiōe ſcd̄a Moyſi abbatis declarat prōnes & exēpla, q illi qui ceciderunt à ſtatu pfectionis, hoc fuit cōiter pter defectū diſcretionis. ⁂ care poſſimus. a ℭ Bonum eſt ſal. i. diſcretio quæ condit opera noſtra. b ℭ Si autem ſal. i. ſi diſcretio ab operib⁹ nr̄is bonis de genere defuerit, non erūt deo accepta. In cui⁹ figura ſal ī omni ſacrificio ponebatur.

ℭ In c. xiiij. vbi dicit in poſtil. Sicut credunt Saraceni & Iudæi moderni

*ADDI. I.* Ex traditionib⁹ Iudęorū Talmudicis & alijs apud eos autenticis nullo modo hr̄, q ī futuro ſeculo hoīes cibis corpalib⁹ īdigeāt, & iō ſi fortè ſint aliq moderni q hoc credāt, hoc cōtigit ex fatuitate eorū. vn̄ apd̄ pręcipuos doctores eorū, & ſecūdū Thalmudicas traditiōes, put habet ī li. Cāhedrin. c. vl. ī futuro ſeclo nō eſt cib⁹ nec pot⁹, nec vſus venereorū: ſed iuſti ibidē ī capitib⁹ coronati delectant in viſiōe diuię habitatiōis. Qd̄ ſi rectè itelligeret, bn̄ adaptaret fruitiōi diuinę, in q̄ ſacti cū aureol fruūt viſione Chriſti: ī q̄ eſt vera habitatio diuina. vnde magis redarguēdi ſūt q nō receperūt doctrinā Chriſti, quę traditiōib⁹ eorum bene intellectis maximè conſonat.

ℭ In eo. ca. vbi dicit in poſtil. Iuga boum emi quinq; &c.

*ADDI. II.* Propri⁹ videtur hæc pabola per Augu. exponit in libro de verbis domini vbi qd̄ dicit Villā emi. applicat ad ſupbiā, put Poſtil. dicit. Vbi aūt dicit: Quinq; iuga boū. ad quinq; ſēſus carnis, qui geminati ſūt, put ipē declarat. vbi notabiliter exponit illa verba excuſationis. ſ. Et eo pbare illa. Nō em̄ dixit: eo paſcere illa qa ad neceſſitatē naturalē bonū eſt vti ſēſib⁹, non autē ad curioſitatē & ſuperfluitatē. Qd̄ aūt ſeqt: Vxorē duxi. exponit ex carnalitate, in q̄ etiā Poſtil. cōcordat.

*NICO. DE LY.*

E Rāt au. Cap. XV. Superi⁹ deſcripta eſt peccantiū monitio ad pœnitētiā, hic cōſquēter deſcribit eorū conuerſio ad iuſticiā, & primò ī gn̄ali, ſcd̄ò ī ſpeciali. c. xix. Prima ī tres: qa primò oſtēdit q pctōres redeūtes ſūt benignè recipiēdi, ſcd̄ò cautè nutriēdi. c. xvij. tertiò deuotè inſtruēdi. c. xviij. Pria ī duas: qa priò deſcribit doctōrū receptio benigna. ſcd̄ò docet eorū ſatiſfactio cōdigna. c. ſe. Circa primū oſtēdit cōuerſio peccatorū, cū dicit: e ℭ Erant autē. ex pposito emendationis vitę ℭ Vt audirent il. parati ei obedire. ſcd̄ò ſubdit iniuſta murmuratio malignātiū, cū dicit: g ℭ Et murmu. Notantes Chriſtū de mala vita, eo q talib⁹ amicabilē ſe prębebat. & ſequit Chriſti reſponſio, cū dicit: h ℭ Ait ad il. In reſpōſione oſtēdit, qd̄ peccatores redeūtes ſūt dulciter recipiendi & ad hoc inducuntur tres parabolæ. ſecunda incipit ibi: Aut quæ mulier. tertia ibi: Homo quidam habuit duos filios. i ℭ Quis ex uo. homo. Hic ponitur prima parabola de oue perdita & humeris paſtoris cum gaudio reportata. Et patet ſententia ex dictis Matth. xviij. c. ☙ Aut quę mulier.

Moraliter. e ℭ Erāt autē ap. e. pub. Sequitur: i ℭ Quis ex uo. homo. Per hominē cētū oues habētē. ſignificat pręſidēs monaſterio cētū religioſos habenti ī clauſtro. Quod deſertū dicitur, eo q aſperitas vitę ibi ſeruat. Per nūerū etiā cētenariū itelligit quilibet ali⁹ nūer⁹ clauſtraliū. nā in nouo & veteri Teſtamēto frequēter ponit determinat⁹ numer⁹, p īdetermīato. k ℭ Et ſi pdi. p apoſtaſiā. l ℭ Nōne. i. ī obſeruatione clauſtrali, vbi ſunt in tuto. m ℭ Et uadit ad illam quæ perierat. vt ad bonum reducat, & gaudet non de illius errore, ſed de bona reductione.

C
Moraliter
† Mat. 5. b.
Mar. 9. g.
D
⁂ omnes.
† Mat. 9. b.
† 50. diſt. c. qa ſactiras tua. 26. q. 7. ca. pęnitētē De pe. diſ. 1. c. ſerpens &c. importuna.
Diuiſio
Moraliter

quia gaudiũ eiꝰ eſt vita noſtra. a ℭ Dico uobis. In nonaginta noué, iuſtorũ nũerꝰ intelligit: in vna oue pctõrũ. vñ alibi: Nõ veni vo. iu. ſed pec. Dicit ergo: Maiꝰ gau. erit in cæ. ſu. vno pec. pœ. agẽ. q̃ ſu. no. no. iu. qui nõ i. p. Quia vt q̃tidie experimur, q illicita non cõmiſerũt, in rebꝰ licitis ſæpe ſibi vſum prebẽt, ad cæleſtia anxiè nõ anhelãt. Et qa ſecuri ſunt, ad bona agẽda pigri remanent. Ecõtra autẽ peccator plerũq; facit. Maius ergo gaudiũ de eo q̃ de ſtãte iuſto, vti dux in prælio, plus eũ militẽ diligit, q poſt fugã reuerſus hoſtẽ fortiter premit, quã eum q nũquã fugit, nec vnq̃ fortiter egit. Sed & ſunt qdã iuſti, de qbꝰ tãtũ gaudiũ eſt, vt eis nullus pœnitens præponi poſſit: qui & ſi non ſint ſibi malorũ conſcij, tñ licita reſpuũt: in omnibꝰ ſe humiliãt. Quantum ergo gaudiũ eſt, ſi humiliter plãgit iuſtꝰ: cũ gaudiũ ſit, ſi qđ malè geſſit plangit iniuſtꝰ? b ℭ Gaudium. Angeli, qa rõnales, gaudẽt de recõſiliato ſibi homine, qđ incẽdit nos ad probitatẽ, vt agamꝰ qđ illis gratũ ſit: q̃rũ & affectare patrociniũ, & offenſam timere debemus. c ℭ Quã ſup. Si in nonaginta nouem iuſtis q nõ errauerũt nec indigẽt pœnitẽtia, angeli intelligunt, maiꝰ videt impios iuſtificare q̃ iuſtos creare & cõſeruare qa & ſi vtrũq; æq̃lis potẽtiæ, hic maioris miſericordiæ & maioris gaudij.
F d ℭ Aut quæ. Mulier. i. dei ſapientia, x. drachmas habuit, cũ hoĩes & angelos ad imaginẽ ſuã creauit. Sed vnã pdidit, cũ hõ à ſimilitudine Creatoris receſſit. Sed dei ſapientia lucernã ad quęrẽdũ accendit, cũ in carne apparuit: qa lucerna eſt lux in teſta. i. vbũ in carne. Qđ vbi inter hoĩes claruit, domũ euertit: qa cõſciẽtias hoĩm de reatu ſuo pturbauit. & ſic drachma repit, dũ in hoĩe ſimilitudo cõditoris reparat. e ℭ Habẽs dra. Angelorũ & hoĩm naturã, quã ad æternitatẽ dominꝰ cõſiſtere voluit, ad ſuã ſimilitudinẽ creauit. Decẽ ergo drachmas mulier habuit, cũ nouẽ ordinibꝰ ãgelorũ additꝰ eſt hõ, vt cõpleret decimꝰ electorũ nũerꝰ. Qui nec poſt culpã à creatore perijt: qa eum ſapĩa dei p carnẽ miraculis corruſcãs ex lumine teſtę repauit. f ℭ Cõuocat. Amicę & vicinę ſupnę poteſtates, quę tãtò deo iuxta ſunt, q̃tò eũ vicinius cõtemplãt. Quas vocat, dũ per exhibitionẽ gratię hoĩbus impẽſę ad amorem ſui vehementiꝰ accẽdit.

Triũ pabolarũ ratio — ℭ Tres pabolę non ocioſè pponunt. ouis, drachmę, filij: vt triplici remedio puocati vulnera noſtra curemꝰ. Chriſtus paſtor ouem reuehit, cuius peccata in ſuo corpore ſuſcepit. Mulier. i. eccleſia quaſi mater drachmã reqrit, & ſuffragat. Deus pater recõciliatũ recipit & veſtit. Eadem diuini operis miſericordia, ſed diuerſa p meritis nrĩs gratia. Ouis à paſtore lapſa reuocatur, drachma quę perierat ĩuenit: filiꝰ ad patrẽ pprijs veſtigijs redit & à prẽ honorat. Ouis ſumꝰ, petamꝰ paſcua. drachma ſumꝰ, habeamꝰ precium. filij ſumꝰ, feſtiemꝰ ad patrẽ. g Homo qdã. Duabꝰ premiſſis parabolis, q̃tum ipẽ cũ angelis gaudeat de pœnitẽtiũ ſalute inſinuat. In hac tertia nõ ſolũ gaudiũ oſtẽdit, ſed etiã murmur inuidentiũ reprehẽdit. ℭ Homo iſte deꝰ pater, habuit duos filios, qa autor & creator eſt duarũ ſtirpiũ hũani generis. i. Iudęorũ & Gẽtiliũ. Maior filiꝰ, qui ĩ cultu vniꝰ dei pmãſit. Minor, q vſq; ad colẽda idola deũ deſeruit. Subſtãtia eſt oẽ qđ viuimꝰ, ſapimꝰ, cogitamus, loquimur. Hęc deꝰ dedit æque oibꝰ. vñ: Erat lux vera quę illu. omnẽ &c. Huius ergo ſubſtãtię portionẽ minor ſibi petit dari, cũ hõ rõnalis ſuo ſenſu delectatꝰ, p liberũ arbitriũ ſe regere, & à dominio creatoris quęſiuit exire. h ℭ Et dixit. Sicut deus nõ habet alium à q̃ formet, à q̃ regat: ſic iſte vult ſua poteſtate vti, vt nullo formãte, nullo regẽte viuat. i ℭ Pater da. Dimidium patrimoniũ petentibus dat, nec eſt culpa prĩs qui dat adoleſcẽtiori. Nulla in regno dei infirma ætas, nec fides grauatur annis, niſi ipſe certè ſe iudicauerit inidoneũ qui poſcit. Si iſte non receſſiſſet à patre, ĩpedimẽtũ neſciſſet ętatis, ſed pegrè profectus merito patrimoniũ vaſtat. k ℭ Et diuiſit. Fidelibꝰ luę gratię portionem, quam deſide-

Mat. 9. b. (margin) · Iohan. 1. a. (margin)

& uicinos, dicens illis: † Congratulamini mihi: quia inueni ouem me-
a am quæ perierat. Dico uobis, quòd
ℑ Vel coram angelis dei.
b ita gaudium erit in cælo ſuper uno
ℑ Pœnitentiam agere, eſt perpetrata mala plangere & plangenda non perpetrare.
c peccatore pœnitentiã agente, quàm a
ſuper nonagintauouem iuſtis, qui
d non indigent pœnitentia. Aut quæ b
a ℑ Drachma eſt nummus certæ quantitatis habens imaginem regis.
e mulier habens drachmãs decem, ſi c
perdiderit drachmam unam, non- d
ne accendit lucernam, & † euertit do- e
mum, & quærit diligenter donec in
f ueniat eam? Et cùm inuenerit, cõuo- f
cat amicas & uicinas, dicens: Con-
gratulamini mihi, quia inueni drach
mam quam perdiderã. Ita dico uo-
bis, gaudium erit coram angelis dei
ſuper uno peccatore pœnitentiam
a ℑ Hæc parabola de Iudæo & Gentili. Generaliter autem de pœnitente & iuſto, vel qui ſibi iuſtus accipi poteſt.
g agente. Ait autem: Hõmo quidam g
h habuit duos filios, & dixit adoleſcẽ h i
i tior ex illis patri: Pater, da mihi k
portionem ſubſtantiæ quæ † me con
k tingit. Et diuiſit illis ſubſtantiam. l
l Et non poſt multos dies, congrega
m tis omnibus adoleſcẽtior filius pere m
ℑ Vſq; ad obliuionem dei.
grè profectus eſt in regionem lõgin
a ℑ Luxuria conſumit omnia bona naturæ.
quam, & ibi diſſipauit ſubſtãntiam n
ſuam uiuendo luxurioſè. Et poſtq̃ o

nẽ quã deſiderabãt ĩpertiẽdo: infidelibꝰ vò naturalibus ſolum ingenij, q̃ cõtẽti erant, beneficiũ cõcedẽdo. l Non poſt. Non multò poſt inſtitutionẽ humani generis placuit animę liberũ arbitrium ferre ſecũ, quaſi quãdã potentiã naturę ſuę, & deſerere eũ à q̃ cõdita eſt, cõfidẽs viribꝰ ſuis. Et has vires tãtò citius conſummat quãtò datorẽ deſerit. Hæc eſt prodiga vita, quæ amat fũdere & ſpaciari ĩ pompis exterioribꝰ relinquẽs eũ q ſibi eſt iterior. m ℭ Peregre pfe. Non locum mutando, ſed animum. Quantò quis in prauo opere, plus G

† Cõgaudete, & iſra (margin)

*Nicolaus de Lyra*

b ℭ Aut quæ. Hic ponitur ſecũda parabola de drachma perdita & reinuẽta. Vbi dicit: Quæ mu. ha. drach. de. Mulier iſta eſt ſapientia diuina habẽs nouem ordines augelorũ, quaſi drachmas nouem, & decima drachma eſt hũana natura ad imaginẽ dei facta: & ideo capax ipſiꝰ p cognitionẽ & amorẽ: Iſta drachma decima fuit pdita p pctã primorum parẽtũ. d ℭ Nõne ac. Lucerna eſt lumẽ in teſta, qa diuina ſapientia lumẽ deitatis accẽdit in teſta nræ mortalitatis ad quęrẽdũ naturã humanã pditã, & reducẽdã eã ad beatitudinẽ. ℭ Et euer. Iſta domꝰ eſt ſynagoga quę fuit euerſa vt inueniret natura hũana. f ℭ Et cũ inue. i. angelorum ſocietates, quę cõgaudent de peccatoribꝰ ad deũ cõuerſis, ſecũdum qđ dictũ eſt in parabola pręcedẽti, & ex hoc iterũ cõcludit: Ita dico vobis gaudium erit &c. g ℭ Homo qdã. Hic ponit tertia pabola de filio pdigo, p quem deſignat populꝰ Gẽtilis, q erat ſubditus peccatis, vel etiã qcũq; pctõr ſingularis. Dicit ergo: Homo qdã. i. ipſe deꝰ p nobis hũanatꝰ. h ℭ Habuit du. i. duos pplos. ſ. Iudaicũ & Gẽtilẽ, vł duos filios. i. iuſtos & pctõres: qa pctores ſũt filij dei inq̃tũ ſũt ad eiꝰ imaginẽ, licet nõ ſint filij dei p gratiã. i ℭ Et dixit. i. Gẽtilis ppłs. vñ & ppłs Iudaicꝰ vocat filius dei primogenitꝰ. Exo. iiij. e. Filiꝰ meꝰ primogenitꝰ Iſrael. Vel pctõr q dicit iuuenis moribꝰ, & iõ dicit adoleſcẽtior filiꝰ. l ℭ Et diui. qa dona dei hoĩbꝰ largiũt, licet diuerſimode. m ℭ Adoleſ. p multiplicationẽ pctõrũ elongãdo ſe à deo prẽ & à cęleſti ciuitate. n ℭ Et ibi diſſi. ſub. ſu. quia per peccata mortalia tollũt bona grę, & & peiorãt bõa naturę. o ℭ Viuẽ. luxuria ſpirituali, quę ẽ idololatria q̃tũ ad Gẽtilẽ ppłm, & luxuria corpali nõ ſolũ q̃tũ ad Gẽtilẽ, ſed etiã q̃tũ ad pctõrẽ ĩformẽ fidẽ habẽtẽ.
Facta eſt fa

† verrit, euerrit (margin) H
† mihi euenit, ad me pertinet (margin)

a ℭ Quàm ſuper nonagintanouem iuſtis qui non in. Non quia plus diligat illum: ſed quia ſpecialem rationem gaudẽdi habet de reductione eius, quàm non habet de non errantibus. tamen non errantes ſemper ſunt plus diligendi cæteris paribus. b ℭ Aut quæ. Per hanc mulierem poteſt intelligi prioriſſa vel abatiſſa, habens moniales in quocũq; numero ratione prædicta. c ℭ Si pdi. drach. intra domum per infamiam. d ℭ Nonne accẽ. lu. quia debet diligenter inquirere veritatẽ quãtũ ad factũ & circũſtantias: & ſi inuenerit illã monialẽ innocentem vel veraciter pœnitẽtẽ, debet gaudere cũ vicinis ſuis. i. cũ monialibꝰ alijs. g ℭ Homo qdã. Homo ille Chriſtꝰ eſt, eius autẽ filij ſũt omnes chriſtiani p eius baptiſmũ regenerati, quorũ tamẽ aliq ſũt iuſti, & aliq pctõres. i ℭ Et dixit a. Per quem ſignificatur quilibet peccator, quia iuuenis eſt moribus. k ℭ Pater da mihi portionẽ ſubſtantiæ quæ me con. Per hoc ſignificat, qđ pctõr recedit à dei patris lege, vt agat p libito voluntatis ſuę. l ℭ Et diuiſit illis ſub. quia deus dimittit quẽlibet agere ſecũdũ arbitrij libertatem. m ℭ Adoleſcentior fi. pegre. pfectus eſt. per multiplicationẽ pcti elongãs ſe à prĩa cęleſti, iõ ſubdit. n ℭ Et ibi diſſi pauit ſubſt. ſuã. bona gratuita perdendo, & naturalia peiorando. o ℭ Et poſtquam conſummaſſet omnia, facta eſt &c. Nam in regione peccati fit magnus defectus pabuli diuini.
Et ipſe cœpit

Moraliter (margin)



ope plus delinquit, tãto ab eiꝰ gratia lõgius recedit. Quid lõgius q̃ a deo recedere? Quia à deo recedit, exul eſt patrię, ciuis mundi. Regio longinqua ẽ vmbra mortis. a ℭ Et ipſe cœpit. quia nihil ſatis eſt pdigæ voluptati, qa voluptas ſẽper habet famẽ ſui. Meritò ergo eget, q theſauros ſapĩæ, diuitiarũq; cæleſtium altitudinem reliquit. b ℭ Vni ciuiũ. Vnus ciuiũ ille eſt qui concupiſcentijs terrenis meritò prauitatis ſuę prępoſitꝰ princeps mũdi vocat. Qui in villam mittit, quia cupiditati mũdialis ſubſtãtię ſubiugat. Porcos paſcit, cũ ea quibꝰ ĩmũdi ſpiritus gaudent, opatur. c ℭ Vt paſce. por. Porcus immũdũ animal, qđ ſordibus delectat, ſic diabolꝰ q in idolis cruore pecudũ paſcit, & morte ipſiꝰ hominis. Miſit ergo in villam. i. ſuũ fecit famulũ, vt paſceret porcos, immolãs ei animã ſuã. d ℭ Et cupiebat. Cibus dęmonũ eſt ebrietas, fornicatio & huiuſmodi, quę blãda ſũt & ad ſui vſũ prouocãt. Neq; alia cura eſt luxurioſis, niſi vt vẽtrem ſuũ impleãt, quorũ deꝰ vẽter eſt. Sed eis nõ poteſt ſaturari, qa voluptas ſemp habet famẽ ſui. Vel ſiliquę, cibꝰ dęmonũ ſũt carmina poetarũ & doctrinę ſeculares, ſterili ſuauitate reſonãtes, quæ cũ delectent, in eis nihil eſt qđ ad vitã ptineat: ſed eſt ſonitꝰ & ſtrepitꝰ verborũ, nulla refectio vbi ſtudioſi eorũ famę veritatis & virtutũ pereãt. e Et, iõ: nemo. qui aliqd ſolidũ & rectũ quęrebat. Vñ iſte iam ab eis quę foriſecꝰ illiciũt & ſeducũt, ĩ cõſciẽtię interiora ſe reducere faciens intentionem ſuã dicit: Quãti mer. ℭ Nemo il. da. qa diabolꝰ cũ aliquẽ ſuũ facit, vltrà ad vitiorũ abũdãtiã nõ pcurat, ſciẽs eſſe iã mortuũ. f ℭ Quãti mer. Qui futuræ mercedis intuitu digna opari ſatagunt, q̃tidianis ſupnę gratiæ reficiũt alimẽtis. Sed fame perit, qui extra domũ patris. i. ſine fide viuẽs, vitã beatã ĩ inani philoſophia inqrit. g ℭ Pater pec. Et ſi deꝰ omnia nouit, vocem tñ expectat cõfeſſiõis. Sine piculo pdas qđ ſcis iã eſſe cognitũ. habes cauſã vt p te interueniat Chriſtus nec p te gratis mortuꝰ ſit: habet & cauſã ignoſcẽdi prĩ, qa qđ vult filiꝰ, vult & prĩ. Pater pec. ĩ cæ. co. Peccato animę cęleſtia ſignificant dona ſãctiſpũs imminuta. b ℭ Fac me ſi. Ad filij affectũ q omnia quę prĩs ſũt ſua eſſe nõ ambigit, aſpirare non pręſumit, ſed mercenarij ſtatũ iam p mercede ſeruiturus deſiderat: ſed nec hũc etiã niſi prĩna dignatione ſe pmereri poſſe teſtat. ℭ Ambro. Diſtat ĩter ſeruũ mercenariũ & filiũ. Seruꝰ eſt qui timore pœne pñtis vel futurę temperat à vitijs. Mercẽnarius eſt q ſpe & deſiderio regni cęlorũ. Filius eſt q amore ipſiꝰ boni & virtutum ſuccenſus, qdquid eſt eis cõtrarium toto odio deteſtatur. Vnde pdigus cum in ſe reuerſus famis ſupplicia formidaret, iam ſeruus factus: ſtatim mercennarij iam de mercede cogitãs cupiebat. Sed pater occurrens non contentus minora concedere, vtroque gradu citius tranſcurſo, priſtinæ filiorum dignitati reſtituit, nec iam de mercede conductoris, ſed de hereditate facit cogitare parẽtis. Vnde iſte non addit quod diſpoſuerat ſe dicturum: Fac me ſicut vnum de mercennarijs tuis, cum panem non haberet, vel mercennarius eſſe cupiebat, quod poſt oſculum patris generoſiſſimè dedignatur. i ℭ Cum autem ad huc longe eſſet uidit illum pater ipſius. &c. Antequàm intelligeret deum, ſed tamẽ cum iam piè eum quæreret, tamen nondum dignus operibus rediret, per verbum incarnatum anticipat filij reditum. Ante ad terras venit quàm ille ad domum confeſſionis, ipſum verbum non deſerens, ſed in verbo vſque ad peregrinationem noſtram condeſcendens. Brachium id eſt filium in amplexum reuertentis humiliauit. Pater ſuper filij collum cecidit, dum leue iugum ſuę dilectionis ſibi impoſuit, & oſculatus eſt eum, vt oſtenderetur qđ alibi dicit: Oſculet me oſculo oris ſui. Rediẽs oſculũ charitatis à prẽ accipit, dum p gratiã certificatur de indulgentia.
Cito profere

A (margin) · † cõſũpſiſſet expẽdiſſet (margin) · Phil. 3. d. (margin) · Siliquę ſterilia carmina poetarũ (margin) · B (margin) · † abeſſet (margin) · Seruꝰ mercẽnariꝰ & filiꝰ differũt (margin) · Can. 1. a. (margin)

a ℑ Ornamenta naturę. b ℑ Bonorum operum atq; virtutum. ℑ verbi dei. nam indigentia verbi veritatis eſt in obliuione creatoris.
omniã † conſummaſſet, facta eſt fã- a
a ℑ Omnis locus abſẽte patre penurię eſt.
a mes ualida in rẽgione illa, & ipſe cœ b
ℑ Sponte. ℑ Iam illaqueatus.
b pit egere. Et abijt & adhæſit uni c
ciuium regionis illius: & miſit illũ d
c in uillam ſuam, ut paſceret porcos. e
d Et cupiebat implere uentrem ſuum f
ℑ Siliqua genus leguminis, ſonoris follibus & vacuis, quod ventrem magis onerat q̃ reficit.
de ſiliquis quas porci manduca-
e bant & nemo illi dabat † In ſe autẽ g h
ℑ Bene in ſe reuertitur, quia à ſe receſsit.
a ℑ Id eſt quãti ex Iudæis ob pręſentia bona tãtum legem cuſtodiũt, nõ ex dilectione.
f reuerſus dixit: † Quãnti mercen- i
narij in domo patris mei abundant l
a ℑ In idololatria omni veritati deſtituor.
panibus: ego autem hic famẽ pereo. m
a ℑ Quia me iacere cognoui.
b ℑ Qui longe receſsi, ad patrem qui ſub principe pecorum miſerabili egeſtate tabeſco.
Sũrgam & ibõ ad patrẽ meũ, & di- n o p
a ℑ Coram angelicis ſpiritibus, ſanctiſq; animabꝰ, in quibus deus ſedet.
g cam illi: Pater, peccaui in cælũm &
coram te: & † iam non ſum dignꝰ uo-
h cari filius tuus: fac me ſicut unum
a ℑ Sicut deliberauit ita implet.
de mercennarijs tuis. Et ſũrgens
a ℑ In eccleſia conſtitutus, Vbi iam peccatorum fructuoſa poſsit eſſe confeſsio
i uenit ad patrem ſuum. Cũm aũt ad q
a ℑ Ante oculos haberi non niſi qui diliguntur dici ſolent, impios enim & ſuperbos deus non videre dicitur.
huc longè † eſſet, ũidit illum pater r
a ℑ Dum pro homine reducendo verbum in carne miſit.
ipſius & miſericordia mõtus eſt: & s
ℑ Ne quis impediat venientem. ℑ In occurſu pręſentia in amplexu clementia.
accurrens cecidit ſuper collum eius,
a ℑ In eccleſia conſtitutus incipit peccatum confiteri.
& oſculatus eſt eum. Dixitq; ẽi
a ℑ Quia cæleſtem Ieruſalem reliqui.
filius: Pater, peccaui in cælũm &

a ℭ Facta eſt fames uali. Per defectum verbi diuini & ſacræ ſcripturæ: qa gẽtilibus nõ eſt data lex vetꝰ, neq; oracula prophetarũ: ſcđm illud Pſ̃. cxlvij. b. Non fecit taliter oĩ nationi: & iudicia ſua nõ manife. eis. Peccatoribꝰ etiã iudæis in tali ſtatu lex & pphetæ nõ valebãt ad ſalutẽ. Iõ ſubdit: b ℭ Et ipſe cœ. ege. ſpũalibus bonis. c ℭ Et abijt. ſ. diabolo, q eſt ciuis in regiõe vmbræ mortis. d ℭ Et miſit il. i. occupauit eum circa cupiditatẽ mundanã: cuius villæ diabolus dicit dñs, Iohã. xiiij. d. Venit princeps mũdi huiꝰ, & in me nõ habet quidq;. e ℭ Vt paſce. i. vitia quę fœtida ſunt & immunda. vnde. j. Timot. vj. b. Radix omnium malorũ eſt cupiditas, quia ſicut radix miniſtrat nutrimẽtũ oibus ramis arboris, ſic abundãtia tẽporaliũ circa quã verſat mũdana cupiditas, adminiſtrat materiã & fomẽtum oibus vitijs. f ℭ Et cupie. &c. quia intẽtus cõgregationi tẽporaliũ, quærit in talibꝰ ſufficientiã, intendens eã habere per talia. ſed nõ aſſequit intẽtũ: qa talia nõ minuunt cupiditatẽ, ſed magis eã augent. Quanto eñ aliqs plꝰ habet de bonis tẽporalibꝰ, tãtò plꝰ ad habẽda maiora anhelat, ſecũdũ qđ dicit beatus Greg. Et hoc de cõi curſu accidere videmus, & ideo bene ſubditur: g ℭ Et nemo illi dabat. Quia non aſſequit qđ itẽdebat. Et qa cõſideratio huius defectus inducit aliqñ ad pœnitẽtiã. Ideo ſubditur: h ℭ In ſe au. Homo enim peccando extra ſe egreditur, qa limites rectæ rõnis trãſgreditur, & iõ pœnitẽdo ad ſe reuertit. i ℭ Quãti mercẽnarij. i. ſeruiẽtes pro mercede æterna. k ℭ In domo pa. id eſt in eccleſia ſeu congregatione iuſtorum. l ℭ Abundãt pani. ſ. pane ſacræ ſcripturæ per eruditionẽ, & pane euchariſtię p ſacramẽti receptionẽ. m ℭ Ego autẽ hic fame pereo. qa ſi ad populũ gentilẽ referat hoc dictũ: patet, q̃ ei talia nõ adminiſtrant. Si aũt ad catholicũ peccatorẽ: patet q̃ talia nõ pficiunt homini, q̃diu manet in mortali pctõ. n ℭ Surgã. per infidelitatis vel peccati derelictionem. o ℭ Et ibo ad patrem meũ. per vitæ meliorationem. p ℭ Et dicã ei: Pater peccaui &c. Per verã fidei cõfeſſionẽ, q̃tũ ad populũ gentilem, ſecũdũ illud Ro. x. b. Corde creditur ad iuſtitiã: ore aũt cõfeſſio fit ad ſalutem. q̃tum ad catholicũ peccatorẽ per integram peccatorũ contritionem & purã cõfeſſionem. q ℭ Cũ autem adhuc longè eſſet. i. motus ad pœnitendũ, non tamen perfectè cõtritus, ad quam requirit gratia diuina pręueniẽs. Ideo ſubditur: r ℭ Vidit illum pa. Oculo clementiæ. Sequitur:
Dixit autem

C (margin) · † ipſe autẽ † Quot (margin) · † poſthac (margin) · D (margin)

b ℭ Et ipſe cœpit egere. Nam exiſtẽs in mortali peccato fit egens omni ſpũali bono. c ℭ Et adhæſit uni ciuium &c. i. diabolo, qui ciuis eſt in regione vmbræ mortis. d ℭ Et miſit illum in uillã ſuam. id eſt in peccatorũ ſocietatem, in qua dñatur ſicut in ppria villa. e ℭ Vt paſceret porcos. id eſt immũdiciæ peccata. f ℭ Et cupiebat implere uentrẽ. de cibo porcorũ, qui eſt carnalitas. g ℭ Et nemo illi dabat. quia nullus vtens ratione concedit carnaliter viuere. h ℭ In ſe autem re. i. ad propriam conſcientiã per rationis dictamen: à qua receſſerat ſequendo ſenſualitatem. i ℭ Dixit: Quanti mer. id ẽ deo ſeruientes. l ℭ Abundant pa. verbi diuini & euchariſtiæ ſacramenti. m ℭ Eo autem hic fame pe. priuatus omni bono. n ℭ Surgã. de luto culpæ. o ℭ Et ibo ad patrẽ. per conatũ operãdi bñ. p ℭ Et di. ei &c. recognoſcendo culpam & petẽdo veniã. q ℭ Cũ autẽ adhuc lõgè eſſet. i. attritus & non perfectè cõtritus, ad qđ requiritur gratia dei preueniẽs. Ideo ſubdit: r ℭ Vidit illum pater ipſius. oculo clementiæ. s ℭ Et accurrens ceci. ſuper col. In ſignum reconciliationis perfectæ.

Moraliter (margin)


Dixit autem

E a ¶ Cito ꝓferte ſto.pri. Stola prima, veſtis innocētiæ, in qua
primus hō cōdit⁹, ſed poſt culpā ſe nudū nouit, & pellicium .i.
Gen̄.3.d. mortale ſūpſit indumētū. b ¶ Anu.i. ſignaculū fidei, q̊ ſignāt
ꝓmiſſa in cordibus credētiū. c ¶ In ma.i. opatione, vt ꝑ opa fi
des clareſcat, & ꝑ fidē opera firmentur. d ¶ Et calciamēta .i.
exempla priorū munite in officio prędi
candi, vt & opus ornet bene viuēdo, &
curſus ad æterna prēparādo. ¶ Et cal-
ciamen. Ne coluber iuadat, vt ſuꝑ ſcor
piones eat, vt ei cōueniat: Quā ſpecioſi
Iſa.52.d. pedes euan. Perdiderat em̄ dignitatem
Rom.10.c. ſponſi, & nudis pedibus Paſcha celebra
re nō poterat. e ¶ Adducite ui. præ-
dicate Chriſtū & mortē eius inſinuate,
Rom.10.c. vt & corde credat, occiſū imitādo, & ore
ꝑticipiat paſſiōis ſacr̄m ad emandatio-
nē. f ¶ Et cœ. Nō ſolū filius ꝓ q̊ vitu
lus occiſus eſt, reficit: ſed & pr̄ & ſerui ei⁹
qa refectio dei & ſāctorū eſt ſalus pecca
torū. Et nota, qd' poſt datā ſtolā, ē n nulū
calciamētū, vitul⁹ imolat: qa niſi qs ſpē
primæ immortalitatis induerit, niſi anu
lo fidei opa præmunierit, niſi ipſā fidem
cōfitendo prædicauerit, cæleſtibus non
poteſt intereſſe ſeſtis. g ¶ Erat autē fi.
Filius .i. ppl's Iſrael, qui nec ad colenda
idola elongauerat: Nec in domo erat,
qa interiora legis nō penetrabat, Iſrali ſē
ſu cōtentus, terræna operās, terrena ex-
pectās. Hic eſt qui agrū emit, & quinq̃
iuga boū, legis onere preſſus, terrēnis ſē
ſib⁹ fruit, & vxorem duxit, ī affectu car-
nis. h ¶ Et cū ue. Appropinquat filius
domū, cū aliqs in ppl'o illo ſpūaliter le-
gē intelligēs, labores ſeruilis opis impro
bat, & eccleſiæ libertatem cōſiderat. Au-
dit ſymphoniā & chorum .i. ſpū plenos
vocibus conſonis euangeliū prædicare.
Vocat vnum de ſeruis, cū ſumit ad legē-
dū aliquē de ꝓphetis. Et eū iterrogat, dū
in eo ſcrutat quę ſint hæc feſta eccleſię, in
quib⁹ ſe eſſe nō videt. i ¶ Audi. Sym-
phonia eſt diuerſarū ætatū & virtutum,
velut variarū chordarum indiſcreta con
Actu.4.f. cordia. Vn̄: Multitudinis credentium
erat cor vnum & anima vna. k ¶ Inter-
rogauit. Et nunc quærit Iſrael cur deus
lætetur in aſſumptione gentium: & pro
pter inuidiam neſcit patris voluntatem
& foris ſtat, quamuis per præcones roge
tur. l ¶ Indignat⁹. Indignabāt Iudæi
& cōquerebāt, qa Ieſus cū Gētib⁹ epula
ret, Et adhuc de Gētiū ſalute indignant,
nec volūt introire. Sed cū plenitudo Gē
Rom.11.c tiū itroierit, egrediet pr̄ ad rogādū Iſrl',
quādo manifeſta erit vocatio Iudæorum. m ¶ Ecce tot an.
Hiero. Iuſticiam legis ſecutus, iuſticiæ dei non eſt ſubiectus, Quę
enim maior eſt iuſticia dei quā ignoſcere pœnitētibus? n ¶ Mā-
datum tuū. Quaſi non ſit præterire, ſaluti alterius inuidere, vel
de iuſticia ſe iactare. Nunquam prēterui, conuerſatus ſine quæ
Pſal.88.e. rela. Vel iactantia eſt, non veritas, cui pater non conſentit, ſed a-
lia ratione compeſcit: Mecum es, lege qua ſtringeris, non quin
Math.7.c. peccauerit, ſed quia deus caſtigando ſemper retraxit. Vnde Si de
relinquerint filij eius legem meam, & in iudi. meis non am. &c.
Viſitabo &c. Nec mirum ſi patri mentitur, qui fratri inuidet: cū
& in iudicio impudētius mētientur: Nonne in no. tuo dæ. e. Nū-
quam dediſti mihi &c. Nullius ſanguis prophetæ vel ſacerdotis
à Romano imperio nos liberauit: & pro Gentibus glorioſus ſan-
guis fundit. Cum amicis epulatur patre abſente, quia ſēp in agro
i. in fine ſeculi hœdū .i. Antichriſtum immolabit. Et cum amicis
Pſal.73.c. dęmōib⁹ ſaturabit. Vn̄ dicit: Tu cōfregiſti capita drac. de. e. eſ. po.
☞ æthio. in no

Ge͡n.3.d. — ☞ — ✠ illum — † imolate mactate. — † lętemur — ē.14.d. — F — † choros

a ¶ Qui te deſerto idola colui. b ¶ Cupit per gratiam fieri, quod fatetur indignū ſe eſſe per meritum.
cōram te. Iām non ſum dignus uo-
a ¶ Pater ex natura, ex ſubſtantia, quam aliquando dedit, non ergo pater iuſtius tm̄
cari filius tuus. Dixit autem pāter a
a ¶ Coadiutores in excolenda vinea. b ¶ Certificate de hęreditate inmortalitatis habenda. c ¶ Id eſt veſtem ſpirituſſancti.
a ad ſeruōs ſuos: Citō proferte ſtōlā b
primam, & induite illum & date c
a ¶ Id eſt ſignaculum ſimilitudinis Chriſti, & expreſſionem veritatis. b ¶ Id eſt operibus.
b c ānulum in mānu eius, & calciamen d
a ¶ Chriſtus vitulus ſignatus, omni ſpirituali virtute opimus, vt pro totius mundi ſalute ſufficiat
d e ta in pedes eius, & adducite uitulūm e
a ¶ Semper Chriſtus credentibus immolatur, ¶ Gaudium eſt coram deo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.
✠ ſaginatum, & † ōccidite. † Et man- f
ducemus & † epulemur: quia hic fi- g
a ¶ Per infidelitatem. b ¶ Per fidem.
lius meus mōrtuus erat, & reūixit: h
a ¶ Recedendo a conſortio iuſtorum. b ¶ Redditus matri eccleſię. c ¶ Hoc in primitiua eccleſia: ſed epulę huius feſtiuitatis iam dilatata eccleſia, in orbe terrarum celebrantur.
pērierat, & inūentus eſt. Et cœpē- i
g runt epulari. Erat autem filius eius k
a ¶ Id eſt in terrenis operibus. i. longe a conſilio patris.
h ſenior in agrō. Et cum ueniret & ap l
i propinquaret domui, audiuit ſym- m
a ¶ Symphonia eſt collatio quorumcumq̃ ſonorum & chorus vocum.
phōniam & † chorum, & uocauit n
k unum de ſeruis, & interrogauit, quę
¶ Propheticus ſermo.
hęc eſſent. Iſq̃ dixit illi: Frater tuus
a ¶ Ab extremis terrę vnde maior exultatio ¶ Vnde: Cāta te deo canticū nouum: quia laus eius ab extremis terrę
uēnit, & occidit pàter tuus uitulū ſa-
l ginatū, quia ſaluū illum recepit. † In o
dignatus eſt autem, & nolebat intro
¶ Etiam hunc bonus pater ſaluare cupit.
ire. Pater ergo illius egreſſus † cœ- p
pit rogare illum. At ille reſpondēs
m dixit patri ſuo: Ecce tot annis ſeruio q
¶ Quod eſt de vno deo colendo.
n tibi, & nunq̃ mandatum tuū prēter r

te anulum in ma. eius .i. prædicate dandum anulum fidei per G
charitatem operantis. d ¶ Et calciamenta in pe. i. ſanctorum
præcedentium exempla: quia calciamenta fiunt de pellib⁹ anima
lium mortuorū. e ¶ Et adducite ui. i. ſacramentum euchari-
ſtiæ fidelibus adminiſtrate, in quo immolatur Chriſtus, qui eſt vi
tulus ſaginatus propter gratiæ pingue-
dinem. f ¶ Et manducemus. quia
in primitiua eccleſia non ſolum miniſtri
eccleſiæ ſumebant hoc ſacramentū: ſed
etiā totus populus quotidie, vt habetur
Act. ij. f. Et adhuc ſemel in anno quilibet
Chriſtianus tenetur refici hoc ſacramen-
to. Reficitur etiā quotidie, quia ſacerdo-
tes nō ſolū ſumunt hoc ſacramentū pro
ſe, ſed etiā pro populo. g ¶ Quia hic
filius meus mor. erat. morte culpæ.
h ¶ Et reuixit. vita gratiæ. k ¶ Erat
autē filius eius ſenior in agro. qa iu-
daicus populus in cultu vni⁹ dei erat oc
cupatus. l ¶ Et cum. ſcilicet eccleſiæ.
m ¶ Audi ſymphoniam & chorū.
quia cum ſpirituſſanctus deſcendiſſet ſu-
per apoſtolos alioſq̃ diſcipulos in die pē
tecoſtes, cœperunt laudare deum varijs
linguis, vt habetur Act. ij. a. Et tunc Iu-
dæi qui erant in Ieruſalem audientes vo † 23.q.7.c.
ces eorum admirati ſunt: & cœperūt quę quēadmo
rere vnde eſſet tanta gratia & exultatio. dum.
ideo ſubditur: n ¶ Et uocauit unū
de ſer. & interro. quid hæc eſſent. qa
Petrus pro alijs reſpondit oſtendens ꝙ
erat ex dono ſpirituſſancti: quod iuſtifi-
cat venientes ad fidem catholicam, ſiue
ſint Iudæi, ſiue ſint gentiles. vnde & ſimi
lis gratia ſpirituſſancti data fuit gentilib⁹
credentibus, ſicut et diſcipulis Chriſti in
die pentecoſtes data fuerat. vt habetur
Act. x. de Cornelio & alijs gētilibus qui
erant cum eo. o ¶ Indignatus nole-
bat introire: quia Iudæi etiam ad fidem
cōuerſi, fuerunt admirati ꝙ gētiles quos
prius deſpexerant æquarentur eis in gra
tia dei, vt habetur Act. x. g. Vnde cum
Petrus rediſſet Ieruſalem, illi qui erant
conuerſi ad fidem catholicam de Iudaiſ-
mo, diſceptabant aduerſus illum, eo ꝙ † Iratus
communicauerat cum illis, vt habetur
Act. xj. a. p ¶ Pater ergo illius, &c.
cœpit rogare illum. quia deus per apo † rogabat
ſtolos, & ſpecialiter per Paulum oſtēdit adhortaba
rationabiliter & per ſcripturas, ꝙ erant tur
gentiles non contemnendi, ſed gauden-
ter ad communionem fidelium recipien
di. q ¶ Ecce tot annis ſeruio tibi:
ſub lege moyſi. r ¶ Et nunquam
mandatum tuum præterui. ſcilicet mandatum de cultu vni⁹
dei. Licet enim multi de iudæis fuerant idololatræ, tn̄ aliqui ſem
per remanſerūt in fide & cultu vniusdei: & illi poſſunt dici popu
lus Iudaic⁹, ſicut & frequenter pars nominatur nomine totius.
Et nunq̃

✠ a ¶ Dixit autem pater ad ſeruos ſuos. Id eſt eccleſiæ mi- Moraliter
niſtros, quibus Chriſtus præcepit benignè recipere pœnitentes
& confitentes. b ¶ Cito proferte ſtolam primam &c. ad-
miniſtrando ſibi eccleſiæ ſacramenta, vt ſicut prius ſpirituali-
ter adornetur. e ¶ Et adducite uitulum ſaginatum. i. eu-
chariſtiæ ſacramentum, Chriſtum continens immolatum.
i ¶ Et cœperunt epulari &c. quia peccator verè pœnitens
de peccatis ad menſam Chriſti recipitur cum alijs Chriſtianis.
k ¶ Erat autem filius eius &c. Per quem ſignificatur Chri-
ſtianus perſeuerans in iuſticia, remiſſè tamen operando. & talis
aliquando miratur, ꝙ deus magis reſpicit peccatorem conuer-
ſum: dando ei virtutem fortius operandi. ſicut dedit ſancto
Bonifacio martyri. Et talis admiratio indignatio dici poteſt
largè loquendo: quia parabola quæ eſt quędam ſimilitudo, non
ſemper currit omni modo. Pater autem amouet hanc admira-
tionem ſeu indignationem, quando deus per ſe vel per alium
oſtendit iuſto, ꝙ quicquid operatur, iuſtè fit, licet hominibus ali
quando aliter videatur.

*Nicolaus de Lyra.*

a ¶ Dixit autē. i. ad apl'os & eccleſię miniſtros qb⁹ prēcepit
prēdicare, nō ſolū Iudæis, ſed etiā Gētilib⁹: & etiā non ſolū iuſtis,
ſed etiā peccatorib⁹. b Citò ꝓferte. i. ꝓferendā innocētiā & re-
ſtituādam nunciate verè conuerſis & pœnitentibus. c ¶ Et da
te anulum



A Aethio. i. nolētib⁹ cōuerti, dediſti eū in quo delectent. ¶ Occidi
☞ ſti il. ui. ſa. Cōfitent veniſſe Chriſtū, ſed inuidia nō vult ſaluari.
Sic de Iudęo & Gētili. Gn̄alr aūt de iuſto & pc̄tōre pōt accipi. Sed
quō Iuſtus inuidet fratri, nec vincit de correctiōe patris? Sed oīs
iuſticia in cōparatiōe dei nō eſt iuſticia. vn̄ Paul⁹: Quotquot ꝑfe-
Rom.7.d cti eſtis. Et alibi. Miſer ego qs me li. de. c.
m. hui⁹? In ſctōs aūt cadit inuidia. Vnde
Mat.20.c apl'i indignati ſunt ꝓ petitiōe mr̄is filio-
rū Zebedęi. Nec mirū, cū hoc etiā de an-
Iob.25.b gelis putet. Sidera qppe nō ſunt munda
in cōſpectu eius, & circa angelos ſuos ꝑ-
uerſum quid intellexit. Oīa mea tua
ſunt. Oīa, nō ſemꝑ ad totū: ſed ad partē
maximā refert. Vt oēs declinauerūt, ſi-
Pſ.13.a mul inuti. facti ſunt. Oēs q venerūt fu.
Iohā.10.b ſunt. Oībus omnia facta ſum. Oēs quæ
1.Cor.9.d ſua ſunt quæ. Oīa mea tua ſunt: Nō an-
geli, ſed lex & ꝓphetæ: ꝙq̃ illi nil nega-
uerit quē ad eſū hortat vituli. a ¶ Nū-
q̃ &c. Hoc nō de oībus, ſed de his tātū
q ad idololatriā nunq̃ verſi ſunt, q & ſi
tꝑalia quærebant, ab vno deo tn̄ ea deſi
derabāt. b ¶ Deuorauit ſubſtā. Me-
retrices ſunt ſuꝑſtitiōes gentiliū, cū qb⁹
ſubſtātiā diſſipat: q relicto cōnubio ver
bi dei, cū dęmone fœda cupiditate forni
cat. c ¶ Fili tu. Nō q̄ſi mētiētem redar-
guit: ſed ſecū ꝑſeuerātiā ei⁹ approbās, &
ad ꝑfruitionē potioris exultatiōis īuitās.
d ¶ Oīa mea. In ęterna btītudīe, & oīm
ſingula, & ſingulorū oīa. Noſtra ſunt ſu
ꝑiora ad videndū: Noſtra erūt æqualia
ad cōuiuādū. Nr̄a erūt iferiora ad dn̄an-
dū. Sicut em̄ cupiditas nihil ſine āguſtia,
ita nihil cū anguſtia charitas tenet.

*GLOS.ORDI.*

B Icebat aūt. Cap. XVI
Poſtq̃ tribus ꝑabolis mur
murātes de pœnitentiū re-
ceptiōe redarguit: ſuppo-
nit duas parabolas de dan
da eleemoſyna & ſequenda parſimonia.
Et cōgruè poſt pœnitentiā de eleemoſy
na ſubdit: Iuſte em̄ à deo pœnitētes mi-
ſericordiā expectat: qui īdigēti fratri mi
ē.6.f ſericordiā præſtat. Monet ergo apoſto-
los ad clemētiā, q. d. Dimittite & dimit-
tet vobis: date & dabit vobis. f ¶ Ad
diſci. Quia phariſæi ſuperbi & auari ſi-
cut petentibus veniā, ita egētibus pecu-
niā negabāt: ideo ſaluator nunc ad illos
nūc illis audiētibus ad diſcipulos de pietate verba facit. g ¶ Hō
quidam. Villicus propriè, villæ cuſtos: ſed ponit hic pro œcono
mo. i. diſpenſatore, qui vniuerſam ſubſtantiā domus diſpēſat. In
hoc quippe diſpēſatore nō omnia ad imitandū debemus ſume-
re. ſ. vt fraudulēter erga deū agam⁹. Sed ecōtrariò iſtæ ſimilitudi
nes dantur, vt intelligamus: ſi laudari potuit à dn̄o, cui fraudem
faciebat: q̃to magis placet deo, qui ſecūdū eius præceptū opa il-
la facit. Nec reprehēditur villicus, in quo diſcimus, nō ipſi eē dn̄i
ſed potius alienarū diſpenſatores facultatū. Et iō licet peccauerit.
tn̄ qa ſibi in poſterū ex indulgētia rerū domini quæſiuit auxilia
Allego. prędicat. ¶ Allegoricè. Villic⁹ eſt, cui de⁹ aliquas pecūias ad ero
gandū paupib⁹ cōmiſit. Qui ſi cogitat talē villicationē cū vita il
la finiēdā, magis de amicis acqrēdis, q̃ de cōgregādis diuitijs per-
tractat. Intelligēs finita vita iſta nō eſſe ei locū, vt terram ſuā de-
Mat.25.a uota cōpunctione fodiat ad ferendū fructum. Et ibi etiā confu-
ſibile erit mendicare, eo modo quo mendicabūt fatuæ virgines.
☞ Centū cados

† œcono- miæ, diſpē ſationis — † poſthac — † noui

¶ i. nunquam, te mihi ad refectionem dediſti, eoipſo ꝙ te hœdum. i. peccatorem, & legis prophanatorem exiſtimaui.
a iui, & nunquā dediſti mihi hœdum, a
a ¶ Hoc ex perſona principum cū plebe. Vel ex perſona populi Ieroſolymitani cum aliis tribubus Iſrael.
ut cum āmicis meis epularer. Sed
b poſtquàm hic filius tuus, qui deuo-
rauit ſubſtantiam ſuam cum mere-
trícibus uenit, occidiſti illi uitulum
c ſaginatum. At ipſe dixit illi: Fili tu b
d ſemper mecū es, & omnia mea tua c
a ¶ Si deſinas inuidere.
ſunt. Epūlari autē & gaudere opor-
tebat, quia frater tuus hic mortuus
erat, & reuixit, perierat, & inuen-
tus eſt. Cap. XVI.
f
g Icebat autem & ad d
diſcipulos ſuos: Ho e
mo quidam erat di- f
ues qui habebat † uil g
licum, & hic † diſ- h
a ¶ Hęc accuſatio fit, quando non exercet opera pietatis erga illos quibus debuit. b ¶ Diſſipatio eſt vel quando male congregatur, vel non bene expenditur.
famātus eſt apud illū, † quaſi diſſipāſ- i
a ¶ Vocat quando incutit timorem æternæ dānationis.
ſet bona illius, & uocāuit illum, &
a ¶ Dum viuis cogita qualiter debeas operari.
ait illi: Quid hoc audio de te? † Rēd k
de rationem † uillicationis tuæ:
¶ A tempore mortis.
† Iam enim non poteris uillicare. l
¶ Timore perterritus.
Ait autem uillicus intra ſe: Quid m
¶ Vt pœnas euitem.
faciam: quia dominus meus au-
fert à me uillicationem? Fode- n
re non ualeo, mendicare erube- o
¶ Tempore huius villicationis.
ſco. † Scio quid faciam, ut cum amo p q

ſenior exiſtēs in agro eſt hō à iuuētute ī operib⁹ virtuoſis exerci-
tat⁹: Iunior āt fili⁹ eſt pc̄tōr pœnitēs, q diu malè vixit, & aliqn̄ ſi-
bi dat à deo maior gr̄a: & ꝑ cōſequēs maior gl'ia, q̃ illi q bene vi-
xit à iuuētute. Sicut patet de ſc̄tō Bonifacio martyre, nō pōtifice,
q inuēt⁹ in ſtupro pœnituit, & paſſus eſt ſub Diocletiano. cui⁹ fe
ſtū colit eccl'ia romana ſcd'o idus maij:
de quo iuſti aliquādo admirant. Quæ q
dē admiratio pt̄ dici quędā īdignatio: in
quātū talis nō vr̄ dign⁹ tāto bono. Sed
de⁹ pr̄ pacificat hanc indignationē, quā-
do oſtēdit ꝑ eruditionē vel inſpirationē
ꝙ hoc nō ꝓuenit ex ꝑte pc̄tōris pœnitē-
tis: ſed ex infinita bonitate dei cōferentis
ſecūdū vera ſua iudicia, facultatē huma-
nā oīno tranſcēdētia. Et ad hāc intentio-
nē pōt de facili litera applicari.

*NICO.DE LY.*

D Icebat autē &c. Ca. XVI
Poſtq̃ deſcripta ē pœnitētiū re
ceptio benigna, hic cōſequēter
deſcribit eorū ſatiſfactio cōdigna: quæ
potiſſimè eſt per eleemoſynarū largitio
nē, ſecundū illud Dan̄. iiij. c. Peccata tua
eleemoſynis redime, & iniquitates tuas
in miſericordijs pauperū. Et ad hoc ſal-
uator inducit primo parabolā. Scd'ò, rē
geſtā. Scd'a ponit ibi: Homo quidā erat
diues. Circa primū, prīo ponitur Chriſti
eruditio. Scd'ò phariſæorū deriſio, ibi,
Audiebant aūt. Prīa in duas: qa prīo po Diuiſio
nitur parabolæ narratio. Scd'ò, ipſi⁹ ad † œcono-
ꝓpoſitū applicatio, ibi: Et ego vobis di- mū, diſpē-
co. Circa primū ſciendū ꝙ ad hoc indu- ſatorem.
cit ꝑabola, vt ꝑ hoc intelligat, ꝙ ſicut di- † delatus
ſpēſator faciens curialitatē de bonis dn̄i † veluti diſ
ſui, receptus dicit in domibus illorū qb⁹ ſipās facul
fecit, ſic diuites huius mūdi, ſi de bonis à tates.
deo ſibi traditis ad diſpēſationē dēt pau † de accu.
peribus, recipient in domo ipſorū, quæ c. quaſr. 2.
eſt cęlū, ſecūdū illud Mat. v. a. Beati pau
peres ſpū, qm̄ ipſorū eſt regnū cælorū.
Dicit ergo: e ¶ Homo qui. i. ipſe deus
ꝓ nobis humanatus. f ¶ Erat di. ſecū
dū ꝙ dicit. xxj. propoſitiōe libri de cau-
ſis. Primū eſt diues ꝑ ſeipſum, & nō ē di-
ues maius. Et Pſ. cxj. a. Gl'ia & diuitiæ in
domo eius. g ¶ Qui ha. i. diſpēſatorē
cui tradidit bona tꝑalia ad diſpenſandū.
h ¶ Et hic diffa. quia nihil latet eum.
i ¶ Quaſi diſſi. quia frequenter con-
tingit, ꝙ diuites huius mūdi. & maximè
eccleſiæ miniſtri, quibus tradita ſunt bo Clericorū
na temporalia ad exponendū in pijs operibus frequēter conſu- diſpēſatio
mūt ea in illicitis & ſuperfluis cōtra voluntatē domini tradētis ta mala
lia eorū diſpēſationi. k ¶ Redde rōnē. quia de oībus ſibi tra-
ditis deus exiget rationē vſq̃ ad minimū quadrātē. l ¶ Iā enim.
quia oīa à te auferent in morte. m ¶ Ait autē. quia aliqn̄ cōtin
git, ꝙ diuites huius mundi malè conſumentes bona ſibi tradita,
timore mortis ducunt ad pœnitentiam, & ad cogitandum de vi
ta futura. n ¶ Fodere nō ualeo. i. proprio labore & pœniten
tia nō poſſum ſatiſfacere de peccatis, & venire ad vitam beatam.
o ¶ Mendicare erubeſco. quia verecundū debet eſſe hui⁹ mū
di diuitibus, petere à pauperibus & religioſis ſuffragia ſpiritua-
lia, & nō repēdere eis in tēporalibus bonis. p ¶ Scio q̄d fa. qa
bona tēporalia eis diſtribuam. q ¶ Vt cum amo. ſ. in morte.
Recipiāt

Moraliter. d ¶ Dicebat autē &c. Parabolā iſtam literaliter Moraliter
expoſui de mala diſpenſatione bonorū fortunæ: Nunc autē eam
exponā dę mala diſpenſatione bonorū naturæ, quæ ſunt, claritas Bōa natu-
intelligentiæ, capacitas memoriæ, viuacitas ſenſuum exteriorū, ræ quadru
& integritas & ſanitas membrorum: quibus homo poteſt bene plicia
& malè vti. Et malus vſus, eſt diſpēſatio mala, & tanto peior alte-
ra, q̃to bona naturalia, bonis fortunæ ſunt potiora. Propter qd'
à dn̄o iuſtè reprǽhēdit, dicēs: k ¶ Quid hoc audio. Hoc aūt
dominus ei dicit: quādo terrorē mortis immittit. m ¶ Ait au-
tē uillicus intra ſe: Quid faciā &c. Hoc aūt dicit, quando nō
ſolum mortem timet corporalē, ſed etiam æternam. q ¶ Scio
quid faciam &c. Id eſt ꝑ alios bonos procurabo mihi ſalutē,

*Nicolaus de Lyra.*

a ¶ Et nūq̃ de. mi. qa toto tꝑe legis moſaicæ nunq̃ tantū
beneficiū datū fuit populo iudaico: quantū datū eſt tꝑe euāgelij
gentili populo, ad fidē cōuerſo: iō oīa bn̄ficia illi⁹ tꝑis modica ſūt
& quaſi nulli⁹ reputatiōis reſpectu bn̄ficiorū nouæ legis. b ¶ Fi
li tu ſem. qa ſemper aliq de iudæis adhæſerūt deo ꝑ fidē, & mul
ti ex eis receperūt fidē catholicā, quę ſūt ꝑticipes bn̄ficiorū nouæ
legis. Iō ſubdit: c ¶ Et oīa. Cetera patēt ex prædictis. Si autē re-
feratur iſta parabola ad iuſtum & peccatorē reuertentē, ſic filius
ſenior exiſtens

E a ℂ Centũ cados. Cad⁹ Græcè, amphora dicit̃ Latinè cõtinens tres vrnas Chor⁹ modijs.xxx.implet̃. Simplr̃ ſic põt accipi. Quiſquis indigẽtiam paupis vel ex dimidia, vel ex quinta pte alleuiat miſericordiæ ſuæ mercede donand⁹ eſt. Vel ſic accipiat̃, vt cũ Iudæi decimas dederint ſacerdotib⁹ & Leuitis ſuis, ſup iuſticiã eorũ abũdet iuſticia eccleſiæ Chriſti. Et cũ illi decimas, iſti dẽt dimidias: ſicut Zacheus fecit de bonis ſuis, vel duplicẽt illorũ decimas dãdo quintas. b ℂ Et lau. Si diſpẽſator iniqui mãmonæ dñi voce laudat̃, ꝙ de re iniqua ſibi iuſticiã præparauit, & paſſus diſpẽdiũ, tñ laudat prudẽtiã eius, non ꝙ aduerſum dominũ fraudulenter egerit, ſed ꝙ pro ſe prudẽter ſecerit: ꝗ̃to magis Chriſtus, qui nullũ dãnum ſuſtinere põt, & pron⁹ eſt ad clemẽtiã, laudabit diſcipulos, ſi in ſibi creditos miſericordes fuerint. c ℂ Quia fi. Cuius quiſqȝ opera agit, eius & filius dicit̃. vnde: Filij hu.i.tenebrarum: & filij lucis æternę vitę. d ℂ Facite uobis. Mãmona lingua Syrorũ diuitiæ iniqtatis, qa de iniqtate collectæ ſunt. Si ergo iniquitas bñ diſpẽſata vertitur in iuſticiã, ꝗ̃to magis epulæ diuini ſermonis ĩ quo nulla eſt iniquitas, bonũ diſpẽſatorẽ leuãt in cælũ. Vnde ſequitur: Qui fidelis ẽ in mini.&c. e ℂ Qui fide. .ĩ pecunia cũ paupe participãda. Et in maiori fidelis eſt: adhærẽs creatori, & cũ eo ſpiritus vnus effectus. Sed qui temporalia quæ poſſidet, nõ bene diſpenſat, æternorũ ſibi gloriã de qua tumet, euacuat. Si em̃ nõ diligit fratrẽ quem videt, deum quem non videt, quomodo põt diligere? Et ſi habens ſubſtantiam, viderit fratrẽ egentẽ & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomõ charitas dei manet ĩ eo? f ℂ Si ergo &c. Qui nõ dat fratribus ad vtẽdum qđ à deo pro omnibus eſt creatũ, iniquus erit in ſpũali pecunia diuidẽda, vt nõ pro neceſſitate, ſed ꝓ perſonis doctrinã dñi diuidat. g ℂ Et ſi ĩ alieno. Si carnales diuitias quę labunt̃, nõ bene diſpẽſatis, veras & æternas diuitias quis dabit vobis? h ℂ Nemo ſeru⁹. Corripiens auariciam dicit amatores pecuniæ deum amare non poſſe. Qui ergo deum amat, pecuniam contemnit. Nõ ☞ valet em̃ ſi

Cadus
Chorus
ĵ.19.b
† œconomia diſpenſatione.
Mãmona
† 14.q.5.c.
g habetis.
1.Ioh.4.d
† multo
F
† minimo

a ❡ Illi quibus miſericordiam impendero.

tus fuero à † uillicatione, recipiant a
me in domos ſuas. Conuocatis ita- b
que ſingulis debitorib⁹ domini ſui,
dicebat primo: Quantum debes do-
a mino meo? At ille dixit: Centum † ca-
dos olei. Dixitqȝ illi: Accipe † cautio-

❡ Dimidiam partem dimittit.

nem tuam, & ſede citò, ſcribe quin-
quaginta. Deinde alio dixit: Tu ue-
rò quãtum debes? Qui ait: Centum
choros tritici. Ait illi: Accipe literas

a ❡ Quintam partem dimittit. b ❡ Non de fraude ſed de prouidentia, quamuis peccantem laudat.

b tuas, & ſcribe octoginta. Et lauda- c
uit dominus uillicum † iniquitatis,
e quia prudenter feciſſet, quia filij d
huius ſeculi prudentiores filiis lu- e f

❡ Carnali.

cis in generatione ſua ſunt. Et ego g

a ❡ Non quoslibet pauperes, ſed eos qui poſſunt vos recipere in æterna tabernacula.

d uobis dico: † Facite uobis amicos h
de mãmona iniquitatis, ut cùm de- i
feceritis, recipiant uos in æterna ta- k
e bernacula. Qui fidelis eſt in mini- l

a ❡ In carnalibus in vſus fratrum bene expenſis.
b ❡ In ſpiritualibus erogandis.

mõ, & in † maiori fidelis eſt: & qui m

❡ Qui non dat fratribus.

in † modico iniquus eſt, & in maio- n
f ri iniquus eſt. Si ergo in iniquo mam o

a ❡ .i. in diuitiis, quibus præeſt iniquus mammon, vt de eis tentet homines.
❡ .i. veræ vitæ gaudia vel virtutes, quibus ad vitam venitur.

mõna fideles non fuiſtis, quod ue- p
g rum eſt, quis credet uobis? Et ſi q r

a ❡ Alienum eſt a vobis quidquid ſeculi eſt, quia præter naturam.

in alieno fideles non fuiſtis, quod s

a ❡ Ea quæ proprie homini deputata ſunt, Chriſtus eſt, quia vita noſtra eſt.

ueſtrum eſt, quis dadit uobis? t
h † Nemo ſeruus poteſt duobus v

ſunt magis cognita ꝙ̃ ſpiritualia: quia ſenſibilia ſunt cognita per experientiam ſenſus illa autem ſolum per fidem. g ℂ Et ego uobis dico. Hic ponitur prædictæ parabolæ applicatio, cũ dicitur h ℂ Facite uobis amicos de mammona iniquitatis. Mammon eſt nomen demonis tentantis de diuitijs malè acquirẽdis: & ideo nomen eius ad diuitias ſignificandas deriuatur, & poteſt eſſe primæ vel tertiæ declinationis, dicendo mãmona mãmonę, vel mãmõ mãmonis. Facere igitur amicos de mãmona iniquitatis, eſt dare diuitias pauperibus, quæ dicũtur mãmona iniquitatis: quia frequẽter ad iniquitatẽ inducunt & implicant: nõ tamen per ſe, ſed ex abuſu hominũ. vnde dicit beatus Ambro. Sicut diuitię impedimenta ſunt reprobis: ita probis ſunt adiumenta virtutis. ℂ Aliter etiã poteſt exponi de diuitijs iniquo affectu vel malo actu acquiſitis, de quibus poteſt tamen eleemoſyna fieri, vt de acquiſitis per meretriciũ, & huiuſmodi. Dare igitur talia pauperibus, eſt facere ſibi amicos de mammona iniquitatis.i.de diuitijs iniquo actu vel affectu acquiſitis. Si autem iniuſto titulo acquirantur vel poſſideãtur diuitiæ, de eis non debet dari eleemoſyna: ſed eſt reſtitutio faciẽda. i ℂ Vt cũ defeceritis. à præſenti vita. k ℂ Recipiant uos in æter.i.per ſua merita & ſuffragia impetrent apud deum vos finaliter recipi in beata vita. l ℂ Qui fidelis eſt in mi. Bona minima ſunt tẽporalia. Similiter ſunt aliena à nobis: qa ſunt extra nos. Bona aũt ſpiritualia, ſunt bona maiora: ſunt etiã noſtra, qa nõ poſſunt auferri à nobis, nobis nolentibus. Dicit igitur ſaluator: Qui fidelis eſt in minimo, & ĩ maiori fidelis eſt.q.d.q bona tpalia quę ſunt minima, fideliter diſpenſauit per eleemoſynarũ largitionẽ, dignus eſt vt ſibi cõmittatur diſpenſatio ſpiritualiũ, quæ ſunt maiora, quia fidelitas diſpẽſationis primæ eſt argumentũ fidelitatis ſecundæ. m ℂ Et qui in modico iniquus. Bona temporalia (quæ modica ſunt) in illicitis cõſumendo, aut malè retinendo. n ℂ Et in maiori iniquus eſt.i.in diſpenſatione bonorũ ſpiritualiũ quæ maiora ſunt: qa infidelitas prima eſt argumentũ infidelitatis ſecundę. Ideo ſequitur: o ℂ Si ergo. temporalia malè diſpẽſando, quæ ſunt magis bona ſcđm apparentiã, ꝙ̃ ſecũdũ veritatẽ. p ℂ Quod uerũ eſt.i.bona ſpiritualia, quæ ſunt vera bona. q ℂ Quis credet uobis?i.tradet vobis ad miniſtrandũ? q.d. nullus ſapiẽs. Et ideo tales ſi promoueãtur in eccleſia, nõ eſt ex dei ordinatione, ſed magis permiſſione. r ℂ Et ſi in alie.i.in temperalibus, quæ ſunt aliena à vobis, vt prædictum eſt. s ℂ Quod ueſtrũ eſt.i. bona ſpiritualia, quæ ſunt habentibus intrinſeca, vt prædictum eſt. t ℂ Quis dabit uobis? ſ. ad diſpenſandũ. q.d. nullus ſapiẽs hoc faceret. v ℂ Nemo ſeruus poteſt duobus do. ſer. ſ. contrarijs. Ideo ſequitur: ☙ Nõ poteſtis deo

G
† botos
† literam
† iniuſtitiæ Iniuſtè poſſeſſa nõ ſũt danda pro eleemoſyna
H

*Nico. de Ly.*

☙ a ℂ Recipiant me in do. ſuas.i. per eorũ ſuffragia & merita recipiar ĩ vita beata. b ℂ Cõuocatis itaqȝ ſingulis debitoribus domini ſui. quia religioſi & pauperes ꝗ̃tumcumqȝ iuſti, ſunt debitores dei. In hoc tamen tenet iſta parabola, ꝙ ſicut iſte qui curialis fuit creditoribus de bonis domini ſui, recepit ab illis curialitatem quibus fecerat: Sic diuites huius mũdi ſi bona eius tradita pauperibus diſpenſent, per hoc de offenſis ſatiſfaciant: Parabola enim ſimilitudo eſt. Similitudo enim nõ ſemper currit quatuor pedibus: imo ſi teneret in omnibus, iam non eſſet ſimilitudo: ſed magis identitas. c ℂ Et laudauit dominus uillicum iniquitatis. Non de fraude, ſed de prudẽtia. Sic diuites huius mundi non ſunt laudabiles de conſumptiõe bonorum in illicitis actibus, ſed de hoc ꝙ prudenter ſe conuertunt ad diſtribuendum bona in pijs operibus, vt per hoc prouideant ſibi in vita futura: quia ſola eleemoſyna eſt comes defunctorum, ſecundum ꝙ dicit beatus Aug. d ℂ Quia filij huius ſeculi.i. homines temporalibus intenti. e ℂ Prudentiores.i. magis aſtuti ſunt & feruidi in temporalibus negocijs agendis. f ℂ Filijs lucis.i.ꝙ homines ſpiritualibus deputati ſint in negocijs ſpiritualibus. Et hoc videmus ad ſenſum frequenter accidere. Cuius vna ratio eſt corruptio naturæ: propter quam homo ꝓnior eſt ad malum ꝙ̃ ad bonũ. Alia ratio eſt, quia bona terrena ſunt ſenſibilia: & ideo fortius mouent animum, quia bonum nõ mouet niſi vt cognitum, ſecundum ꝙ dicit Auguſtinus: Inuiſa diligere poſſumus, incognita autem nequaqȝ, ſenſibilia autem bona ſunt magis

† Mat.6.c
Prudentiæ filiorũ huius ſeclĩ ratio duplex

* b ℂ Conuocatis itaqȝ ſingulis de. dñi ſui &c. Oẽs autẽ ꝗ̃tũcũqȝ iuſti, ſunt debitores dei. Homo verò dotat⁹ prædictis naturalib⁹ bonis, de curſu cõi abũdãs eſt in fortunæ diuitijs: quarũ tñ nõ eſt dñs, ſed diſpenſator: & ideo qñ de illis dat pauperib⁹, donat de bonis domini ſui, & per eorũ merita acquirit ſalutẽ ſibi. Ideo cõcluditur: c ℂ Et lauda. Dicitur autem, villicus iniqtatis propter diſſipationem bonorum naturæ: ſed laudatur à domino: qa prudenter diſpenſauit bona fortunæ, propter qđ inducit alios ad ſimile, dicens: h ℂ Facite uobis amicos de mãmona iniqtatis &c.i. de temporalibus diuitijs. Quæ ſic nominantur, non quia ſunt malæ ſecundum ſe, ſed quia frequenter ſunt occaſio mali. ĵ. Timoth. vj. b. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tẽtationem & in laqueũ diaboli: & deſideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt hominem in interitũ & perditionẽ. *Audiebant autẽ

Moraliter



A valet enĩ ſimul trãſitoria & æterna diligere. Qui ęternitatẽ diligit ☞ tpalia in vſu, nõ ĩ affectu poſſidet. Ideo debetis fideliter diſtribuere, vt domini tpaliũ, nõ vt ſerui, qa ſimul nõ poteſtis ſeruire deo & pecuniæ. a ℂ Aut vni. adh. Aug. Nõ quidẽ diliget. Nemo enĩ diligit dyabolum, ſed ſua cupiditate ĩplicitus ei adhæret. vt ſi qs alienæ ancillæ cõiunctus parit̃ ſeruitutẽ: & ſi nõ diligit eũ, cuius ancillã diligit. Et alte. non ꝙ odio habeat. Nulli⁹ em̃ cõſciẽtia deũ odiſſe põt, ſed cõtẽnit dũ minas eius ſuis cupiditatib⁹ poſtponit, & de bonitate ei⁹ & impunitate ſibi blandit̃. b ℂ Nõ po. Nõ ait: habere diuitias, ſed ſeruire. Seruit, q cuſtodit vt ſeruus: ſed qui ſeruitutis excuſſit iugum, diſtribuit vt dñs. Qui ſeruit mãmonæ, illi vtiqȝ ſeruit q̃ merito ſuæ puerſitatis rebus iſtis præpoſitus, princeps mũdi à dño dicit̃: c ℂ Audiebãt aũt. Monebat dñs ſcribas & phariſęos nõ ſuperbè ſape, nõ de ſua iuſticia pręſumere, ſed pctõres pœnitẽtes ſuſcipere: & ſua q̃ fortè inciderẽt pctã eleemoſynis redimere. Sed illi pręceptorẽ miſericordie, hũilitatis & pſimonie, deridẽt: q̃ſi min⁹ vtilia & nũqȝ facienda noxi⁹ imparet: vel certè vtilia, ſed a ſe iã pfecta ſupflu⁹ ingereret. Vnde eos redarguit: d ℂ Et ait &c. qui iu. Dũ pctõres quaſi ĩfirmos & deſperatos cõtẽnitis, & vos pfectos in oĩbus cũctæqȝ fragilitatis expertes, eleemoſynarũ remedio nõ egere creditis. Sed hęc tumoris altitudo ꝙ̃ iuſtè dãnãda ſit, videt ille q illuminat abſcõdita tenebrarũ, & manifeſtat cõſilia cordiũ. e ℂ Lex & prophe. Diſputantẽ cõtra philargyriã deridẽbãt, quaſi cõtrariũ legi & ꝓphetis: cũ in lege multi diuites deo placuerũt, & cũ lex ſuis obſeruatoribus bona terræ ꝓmittat, quib⁹ occurrit docẽs diſtantiã eſſe inter legẽ & euãgeliũ: qa in lege carnalib⁹ ꝓpter terrã præcipiunt̃ minora, & in euãgelio ſpũalib⁹ ꝓpter cælũ præcipiunt̃ maiora. Iõ in euãgelizatiõe regni addit: f ℂ Et oĩs. Magna vis eſt cũ de terra genit⁹ cælum quærit poſſidere p virtutẽ, qđ nõ potuit tenere per naturã: cũ linguas etiã deridẽtiũ cõtẽnit: ſicut dñs irriſus eſt à phariſæis. Oĩs qui vim facit, vehemẽti ſtudio properat, nõ torpenti lenteſcit affectu. Eſt ergo fidei religioſa violentia, ſegnicies criminoſa. Faciamus ergo vim naturæ, vt nõ ad terrena demergat, ſed ad ſuperna ſe erigat. g ℂ Facilius eſt. Quãuis dicã, lex & ꝓphetæ vſqȝ ad Iohãnẽ: tñ nõ pręſdico legis deſtructionẽ: quia facilius eſt maxima mũdi elemẽta ꝙ̃ minima legis præcepta trãſire: quia etiã illa quæ leuia vel ſupſtitioſa videntur, nõ vacant a ſacramentis ſpiritualibus, qn oĩa & in euangelio recapitulent̃. Et tamẽ lex & prophetæ vſqȝ ad Iohãnẽ: qa nõ potuit vltra vẽturũ prophetari, quẽ claret veniſſe teſtimonio Iohãnis. h ℂ Oĩs q. Ambro. Nõ oẽ cõiugiũ eſt à deo. Nõ em̃ gẽtilib⁹ Chriſtianæ copulãtur, cũ lex prohibeat. Vbi eſt impar cõiugiũ, lex dei non eſt. i ℂ Homo qui. Contra deriſores auaros qđ ꝓpoſuit exemplo aſtruit. ſ. ꝙ diues apud ĩferos torquet̃, q Lazarũ nõ fecit ſibi amicũ, à quo poſſet recipi in æterna tabernacula. & magis videt̃ narratio ꝙ̃ parabola. k ℂ Qui indue. Grego. Purpura color regij habitus eſt conchis marinis ferro circũciſis emiſſa. Byſſus gen⁹ lini candidiſſimi & molliſſimi. Si cultus præcioſarũ veſtium culpa nõ eſſet, ſermo dei non tã euigilanter exprimeret, ꝙ diues purpura & byſſo indut⁹ apud inferos irremediabiliter torq̃tur. nec rep̃hẽdit̃ diues, ꝙ aliena rapuerit, ſed ꝙ ſua nõ erogauerit. Quid ergo illi erit, q aliena rapit? Hoc ẽt hũc ĩferno tradidit: qa ĩ ſua felicitate timid⁹ nõ fuit, qa pcepta dona ad vſum arrogãtiæ ĩflexit qa viſçera pietatis ignorauit, qa pręcepta pręcio redimere noluit ☞ Et erat

† ſubſanna bant.
† Mat.5.b
1.Cor.4.a
B
Purpura.
Byſſus

a ❡ Inter ſe diſſi lentibus. ❡ Nihil mediũ.
b ❡ Diabolum.

dominis ſeruire: aut enim unũ odiet,

a ❡ Deum. ❡ Diabolo.

a & alterũ diliget: aut † uni adhęrebit,

a ❡ Deũ cuius mandata poſtponit & diligit naturalr̃.
❡ Exponit qui ſint duo domini.

b & alterũ contẽnet. Non poteſtis deo a
c ſeruire & mãmonæ. Audiebant au- b

a ❡ Intelligentes perabolam aduerſus ſe dictam, & carnalia pręſẽtia ſpiritualib⁹ futuris quaſi in certis pręponẽtes.

tẽ omnia hęc Phariſęi, qui erãt auari
d & † deridebant illũ. Et ait illis: Vos c d
eſtis qui iuſtificatis uos corã homini-
bus: deus autẽ nouit corda ueſtra: e

a ❡ Veſtra altitudo diſplicet deo: & in hoc ne defendatis vos p legẽ, quia lex veſtra iam amiſit ſtatũ.

quia quod hominibus altũ eſt: ãbo- f g

a ❡ Vbi temporalia dabantur.

e minatio eſt ante deũ † Lex & prophe- h

a ❡ Qui pœnitentiam & vitę auſteritatem verbo & exemplo propter cæleſtia docebat. ❡ Qui eſt finis legis & initium gratię. b ❡ A tempore eius.

tę uſqȝ ad Iohannem: † ex eo regnũ

❡ Supple tendens.

f dei euangelizatur, & omnis in illud i
g uim facit. † Facilius eſt autẽ cælum k
& terram præterire, quàm de lege

❡ Non ſoluo legem: Sicut in hoc vno apparet, ſic & de alijs intelligite.

h unum apicem cadere. † Omnis l
qui dimittit uxorem ſuam, & du-

a Mathęus excepta cauſa fornicationis.

cit alteram, mœcãtur: & * qui di-
miſſam à uiro ducit, mœcatur.

a ❡ Quaſi ignotus apud deum, nomine nõ deſignatur.
b ❡ Hoc niſi ad inanem gloriam.

i k Hõmo quidam erat diues qui indue- m n

❡ Ecce voracitas.

batur purpura & biſſo, & epulabat̃ o p

cõfutatio rõnabilis, ibi: Et ait illis. Primũ ponit̃ cũ dicit̃: Audiebãt au. quaſi irrõnabilr̃ loq̃ret̃. Tũ qa Abrahã fuit diues valde, vt habetur Geñ. xiij. a. & multi alij q deo ſeruierũt & placuerũt. Tũ qa lex vet⁹ & ꝓphetæ inducebãt ad ſeruitutẽ dei, ꝓmittendo abũdãtiã tpaliũ, vt patet in multis locis ve. teſt. Phariſęi tñ iſta inducebant ad defenſionẽ ſuæ auariciæ. Malè etiã inducebãt: qa illi q bñ vtũtur diuitijs, nõ ſeruiũt eis, nec dæmoni de eis tẽtanti: ſed magis ecõuerſo diuitiæ eis ſeruiũt: quia ſunt eis iuuamẽta virtutis, vt prædictũ eſt. Tales aũt fuerũt abrahã & alij diuites: qui deo ſeruierũt & placuerũt. Silr̃ lex & ꝓphetæ ſeruiẽtib⁹ deo nõ ꝓmittebãt abũdãtiã tpaliũ, tãqȝ pricipale præmiũ, cũ ſint minora bona ꝙ̃ actus meritorij. præmiũ aũt pricipale ẽ mai⁹ bonũ, cũ ſit finis act⁹ meritorij, & finis ſemp potior eſt his quę ſũt ad finẽ ordinata. Et ideo vbicũqȝ in ſacra ſcriptura ꝓ actib⁹ virtutũ ꝓmittũt̃ bona tpalia, ſub illis intelligunt̃ bõa ſpũalia & æterna, tãqȝ principalr̃ ꝓmiſſa, neqȝ tpalia ſic ꝓmittũt̃ ad malũ vſũ, ſed ad bonũ. c ℂ Et ait. Hic cõſequẽter ponit̃ phariſæorũ cõfutatio. Et priò dicta cõfutatio ponit̃. Scđò dubiũ remouet̃, ibi Facili⁹. Priò igit̃ ponit̃ phariſęorũ cõfutatio, cũ dicit̃: d ℂ Vos eſtis. Auariciã veſtrã prędicto mõ colorando falſè. e ℂ De⁹ au.i. iniquitatẽ ibi latentẽ. f ℂ Quia qđ.i. apparẽs iuſticia & nõ exiſtẽs. g ℂ Abominatio eſt. qa ſcđm ꝙ dicit btũs Hie. Simulata ſctitas duplex ẽ iniquitas. h ℂ Lex &. Non ꝙ lex vel ꝓphetia defecerit: ſed quia extũc pfectio euãgelica prædicari incępit quæ inducit ad cõtẽptũ tpaliũ ꝓpter amorẽ ſpũaliũ & cęleſtiũ, tãqȝ ꝓpter mai⁹ bonũ expediti⁹ cõſequẽdũ. vnde dr̃ libro de eccleſiaſticis dogmatib⁹: Bonũ ẽ facultates cũ diſpẽſatiõe erogare, meli⁹ eſt tñ intentiõe ſequẽdi Chriſtũ, totũ ſimul donare & abſolutũ à ſollicitudĩe cũ Chriſto egere. Sed quia ad hoc requirit̃ magn⁹ conatus liberi arbitrij: Iõ ſequit̃: i ℂ Et oĩs ĩ il. quia homo nutrit⁹ & aſſuetus ĩ amore bonorũ tpaliũ, nõ põt talia contẽnere ꝓpter deũ, niſi ſibi quãdã violẽtiã faciat quia cõſuetudo quædã natura eſt, Illa aũt quæ cõtra naturã ſũt, ſunt aliquo modo violẽta. k ℂ Facili⁹. Hic remouet dubiũ: qa dixerat ſaluator: Lex & prophetæ. poſſent aliq credere ꝙ iſta eſſent per Chriſtũ annihilãda: qđ nõ eſt verũ imo p Chriſtũ fuerunt impleta, & imperfectio eorũ amota, vt pleni⁹ declaratũ fuit Mat. v. & hoc eſt qđ dicit ſaluator: Facili⁹ eſt &c. Et ad hoc inducit vnũ exẽplũ, dicẽs: l ℂ Oĩs qui di. Lex enim permittebat repudiũ vxoris: nõ tñ ſicut licitũ: ſed ꝓpter maius malũ euitãdũ, vt declaratũ fuit Deu. xxiiij. a. & Mat. xix. b. Et ideo Chriſtus ĩperfectionẽ legis amouit, qñ indiſſolubilitatẽ matrimonij oſtendit di. Oĩs q di. uxo. &c. Et patet ſententia ex dictis Matthę. xix. b. m ℂ Hõ qui. Hic inducit exẽplũ ad ꝓuocãdũ hoĩes ad opa miſericordie ex diuite dãnato ꝓpter defectũ pietatis & miſericordię & nõ dicit̃ hic ꝙ ſit pabola: qa ſecũdũ doctores ẽ narratio rei geſtæ. Dicit ergo: Hõ qdã. Scđm ꝙ dicit Greg. nõ exprimit̃ nomẽ ei⁹, qa nõ erat à deo cognit⁹ p approbationẽ, ſecũdũ qđ dicit ſaluator reprobatis Mat. vij. d. Nũqȝ noui uos: Diſcedite à me oẽs. &c. n ℂ Erat di. Ecce ſupfluitas in cẽſu. o ℂ Qui indue. pur. Ecce exceſſus in veſtitu. p ℂ Et epulaba. &c. excedens in victu. ☙ Et erat

C
† vnũ ãplectetur.
† Mat.11.b
† extũc, ex eo tẽpore.
D
† Matt.5.e & 19.b
* omnis.

*Nicolaus de Lyra.*

☙ a ℂ Nõ pote.i. obedire deo & diabolo, tentanti de diuitijs malè acquirendis & malè diſpenſandis. b ℂ Audiebant autẽ. Hic cõſequẽter ponit̃ phariſęorũ deriſio irratiõabilis. Scđò eorũ confutatio

* b ℂ Audiebant au. Auar⁹ em̃ liberalẽ dicit ꝓdigũ, vt habet̃ iiij. Ethic. & per cõſequẽs dicit eũ deridẽdũ tãqȝ ſtultũ. ꝓpter qđ phariſæi q erãt auari deridebãt Chriſtũ, eo ꝙ laudabat diſpſionẽ bonorũ tpaliũ. l ℂ Oĩs q di. vxor nullo modo dimittenda eſt ſapientia. Sap. viij. a. Et quæſiui ſpõſam mihi eam aſſumere &c. m ℂ Homo qui. Hoc expoſui literaliter de diuitijs fortunæ: qa ſecũdũ doctores catholicos nõ ponit̃ hic parabola: ſed narrat̃ res geſta: nunc aũt exponi põt de diuitijs naturæ prædictis. Et quia talis cõmuniter eſt etiã diues in tẽporalibus & ſuperb⁹: Ideo ſubditur: o ℂ Qui indueba. purpu. & byſſo. Ecce põpa veſtiũ. p ℂ Et epulabatur quo. ſplendi. Per exceſſum victualium. * Et erat

Moraliter

E a ¶Et erat quidam. Si qua reprehenſibilia in pauperibꝰ videmus, deſpicere nō debemꝰ: qa fortaſſe quos morū īfirmitas vulnerat, medicina pauptatis curat. b ¶Vlceribus plenus. Huius vlcera diues faſtidioſꝰ exhorret, ne inter pręcioſas epulas, vnguentatoſq; conuiuas, fœtorem vlcerum lambentibus canibꝰ ſuſtineat. c ¶Cupiēs. In vna re duo iudicia dei explenꝰ. Ex viſione paupis diuiti nō miſerēti cumulꝰ dānatiōis inferꝰ & rurſum ex viſione diuitis, tētatꝰ quotidie paup ꝓbatꝰ: quē ad maiorē ipſiꝰ ꝓbationē, pauptas ſimul & ægritudo, & viſa diuitis copia, & nulla ſibi adhibita cōſolatio afficiūt. d ¶Canes. Pōt in lingua canū, lingua ſignificari adulātiū: q vulnera lingūt, dū mala quę in nobis reprehēdimꝰ, īprobo fauore laudāt.

Allego. ¶Alle. Diues q induebaꝰ purpura & byſſo, & comedebat quotidie ſplēdidè, Iudaicū populū ſignificat, q cultū vitæ exterius habuit, & acceptæ legis delitijs vſus eſt ad nitorē, nō ad vtilitatē. Lazarꝰ vlceribꝰ plenꝰ gētilē pplm ſignificat, q conuerſus ad deū, dū pctā cōfiteꝰ, virꝰ qď intus latebat, quaſi rupta cute foras emittit. Et cupiebat ſaturari de micis quæ cadebāt de menſa diuitis, & nemo illi dabat: qa gentilē quēq; ad cognitionem legis admittere ſuperbus ille deſpiciebat. qa em̄ nō ad charitatē, ſed ad elationem doctrinā legis habuit, quaſi de acceptis opibꝰ tumuit. Et qa ei verba defluebāt de ſciētia, quaſi micæ cadebāt de menſa. Sed ecōtra pauperis vlcera canes lābūt, qa dū prædicatores loquēdo à peccatis eripiūt: quaſi tāgēdo vulnera ad ſanitatē reducūt, ſicut canis curat vulnera, dū lingit. Vñ lazarꝰ adiutꝰ, būi interptaꝰ: qa ipſi hūc ad ereptionē iuuāt, qui eiꝰ vulnera ꝑ linguæ correctionē curāt.

†Et in īferno eleuans oculos.

Matth. 5. a e ¶In ſinū abrahæ. Sinꝰ abrahæ, eſt requies btōrū pauperū, quorū eſt regnū cælorū, in quo poſt hāc vitā recipiunꝰ.

†Mat. 26.e Mar. 14.e. Io. 18.b. auiditate defenſionis maiore cōmotiōe ꝓ domino ꝑcuſſit. Sed non potuerūt ſimul dici, q̄ potuerūt ſimul fieri. Nō ergo dicit: Sinite vſq; huc: q̄ſi dño placuerit factū Petri, cū apud Matthæū legat̄
†num percutiemus Mat. 26.e. dixiſſe: Cōuerte gladiū tuū in locū ſuū: qđ poſt factum apparet dixiſſe Ieſum.
Myſticè c ¶Ser. prin. ſacer. Myſticè. Seru⁹ eſt populus Iudæorū, principib⁹. ſ. indebitè mācipat⁹. qui in paſſione dñi dexterā aurē. i. ſpiritualē intelligentiā ꝑdidit. Siniſtra. i. vilitate literę cōtētus, non Petro tollente, ſed diuino iudicio ablatā pandente. Quę auris in his q credere maluerūt, pietate dñi reſtituit. Vel auris ampu
†24. q. 1. c. ſi Petrus. in prin. tata & ſanata, ſignat auditum ablata vetuſtate innouatū, vt ſit in nouitate ſpiri
Roma. 12. a Gal. 4. d. tus, & non in vetuſtate literæ. Quòd ſeruus inuctus eſt, pertinet ad illā vetuſtatē quæ generat in ſeruitutē, quæ eſt agar.
†Mat. 26.e. †Mar. 14.e Sed cū acceſſit ſanitas, figurata eſt liber-
F tas. Vnde & nomē ſerui Malchus, id eſt rex vel regnaturus: qa regnabit cū Chriſto, cui auditus innouat̄. d ¶Vene. ad ſe prin. Iuxta alios euāgeliſtas nō venerant ad Ieſum principes ſacerdotū & magiſtratus, ſed in atrio Caiphæ expectauerant. Sed quia illi de nece domini ita agebāt, vt quaſi innoxij viderent̄: cū per diſcipulū tradit⁹, à tribuno & turbis cōprehēſus, à p̄ſide dānatus, à Romanis
†aulæ crucifix⁹, à populis etiā Barrabas eſt electus, volēs euangeliſta eos maximè eſſe
†ſedebat reos, quorū cōſilio cūcta gerebant̄, dicit eos veniſſe ad cōprehēdendū ſaluatorē qui ſuæ iuſſionis poteſtate venerunt. e ¶Qua. ad la. Stultū eſt cū gladijs & fuſtibus q̄rere, q vltrò ſe eorū offert manibus, & in nocte quaſi latitantē & veſtros oculos declinantē inueſtigare per proditorē, qui quotidie in tēplo docet. Sed ideo aduerſum me in tenebris congregamini, qa poteſtas veſtra qua cōtra lucē armamini, in tenebris eſt. f ¶Prī. ſacer. Caiphæ, qui pontificatū vni⁹ an-
Io. 18.b. ni p̄cio ſibi emerat à Romano principe: prius tamen ad Annam vt Iohānes ait: g ¶Seque. à lō. Merito à longè qui in proximo fuerat negaturus. Significat eccleſiam imitaturā Chriſti paſſionē onlgè differenter: quia eccleſia patit̄ pro ſe, Chriſt⁹ pro eccleſia. h ¶Igne in me. Ignis cupiditatis inſtinctu maligni ſpiritus accenſus, in atrio Cayphæ ad negandum & blaſphemādum deum linguas perfidorum armabat. Quod enim intus in domo principis ſacerdotum maligna ſynodus gerebat. hoc ignis inter frigora noctis foris accēſus typicè demonſtrabat. Hoc frigore ad horam torpens Petrus, quaſi prunis miniſtrorum calefieri cupiebat: quia temporalis commodi ſolatium perfidorum ſocietate quærebat. Sed hanc infidelitatem do-
Io. 21.c. mino reſpiciente reliquit, & poſt reſurrectionē in captura piſciū, cum prunas poſitas & piſcem ſuperpoſitum vidiſſet, cor ſuū prunis amoris inflammauit. i ¶Ancil. quędā. Cur prima ancilla prodit, cū viri magis poterant cognoſcere? Niſi vt iſte ſexus oſtēdatur in nece domini peccaſſe, per paſſionem redempturus. Et ideo mulier prima reſurrectionis myſterium accepit, & mandata cuſtodit, vt veterem p̄uaricationis errorem aboleret. k ¶At ille nega.

G ille nega. Non in monte, nō in tēplo, non in domo ſua Petrus negat: ſed in prætorio Iudæorum, in domo principis ſacerdotū, vbi non eſt veritas, vbi Chriſtus captus & ligatus. Quid niſi erraret, quē intromiſit oſtiaria Iudæorū? Eua malè induxit Adam. Petrū malè introduxit fœmina. l ¶Ho. ne. quid di. Non ſolū negat Chriſtum, qui dicit illum nō eſſe Chriſtum: ſed etiā qui cum ſit negat ſe
Gene. 3.b. eſſe Chriſtianum: & ita impletur qđ dicit dominus: Tu me negabis. m ¶Galilæus eſt. Hieroſolymitæ & Galilæi æque ſunt Hebræi & vnius linguæ, ſed vnaquęq; ꝓuincia habet ſuas ꝓprietates, vernaculū loquēdi ſonū mutare nō pōt. n ¶Et cōti. Poſt tertiā negationem ſequitur gallicantus. Sacramenta rerum per ſtatum temporū deſignant̄: ☞Media nocte

debat eos, & appropinquauit Ieſu, a
a ¶Vt hoc ſigno dinoſcerent eum quem tenerent.
a ut oſcularetur eum. Ieſus autem di
a ¶Inſtrumento pacis, mortem irrogas: ſeruus dominum, diſcipulus magiſtrum prodis.
xit ei: Iuda oſculo filiū hominis tra- b
dis. †Videntes autem hi qui circa ip- c
ſum erant, quod futurum erat, dixe- d
b runt ei: Domine, †ſi percutimus in e
a ¶Petrus eodem ardore mentis, quo cętera ęlatus fuit phinees.
gladio? Et percuſſit unus ex illis ſer
c uum principis ſacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram.
a ¶Id eſt non moueat vos qđ futurum eſt.
Reſpondens autem Ieſus ait: Sinitē f
a ¶Nunquam pietatis obliuiſcitur qui nec hoſtes ſuos patitur vulnerari.
uſq; huc. † Et cūm tetigiſſet auricu- g
lam eius, ſanauit eum. Dixit autem h
d Ieſus ad eos qui uenerant ad ſe principes ſacerdotum & magiſtrat⁹ tem
e pli & ſeniores: †Quaſi ad latronem i
exiſtis cum gladijs & fuſtib⁹. †Cum quotidie uobiſcum fuerim in tem-
plo, non extendiſtis manus in me. k
a ¶Noctis nequitiæ veſtræ congrua.
ſed hæc eſt hōra ueſtra, & poteſtas l
tenebrarum. Comprehendentes au- m
tem eum, duxerūt* ad domum prin-
a ¶In hoc diuerſus a cęteris. b ¶Diuiſus ab alijs
f g cipis ſacerdotum. Petrus uerò ſe- n
a ¶Hoc eſt deuotionis. b ¶Hoc eſt timoris naturæ.
quebātur eum à longe. †Accenſo au-
h tem igne in medio †atrij & circunſedentib⁹ illis, †erat Petrus in medio
i eorum. Quem cum uidiſſet ancilla quędam ſedētem ad lumen, & eum fuiſſet intuita, dixit: Et hic cum illo
a ¶Quod negat Petrus, obreptionis eſt: qđ pœnitet fidei.
k erat. At ille negāuit eum dicēs: Mulier non noui illū. Et poſt puſillum alius uidens eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus uerò ait: O homo nō ſum. Et interuallo facto quaſi horæ unius, alius quidam affirmabat dicens: Verè & hic cum illo erat:
l m nam & Galilę⁹ eſt. Et ait Petr⁹: Ho-
n mo, neſcio quid dicis. Et continuo

*Nicolaus de Lyra.*

a ¶Et appropinqua. Ieſu, ut oſcu. eū. Dederat enim Iudas comprehenſoribus iſtud ſignum, ne pro Ieſu caperent Iacobum fratrē domini, qui fuit ei valde ſimilis: vt dictum fuit Matthęi. xxvj. b ¶Iuda, oſculo fil. ho. tra. i. in ſigno charitatis ꝓditionē homicidij facis. ex quo factum Iudæ aggrauabat̄ valde. c ¶Vidē. au. hi qui cir. ipſū erāt. i. Chriſti diſcipuli, d ¶Qđ fu. erat. ſ. captionem magiſtri ſui, vt ducerēt ad mortē. e ¶Dixe. ei: Domi. ſi H
percu. in gla. & percuſ. unus ex il. alijs diſcipulis licentiā petentibus percutiendi ad magiſtri ſui defenſionē: Petrus qui erat audacior cęteris & feruētior, nō petiuit licentiam, nec expectauit reſponſionem: ſed amputauit vnius auriculā, intendens eum interficere vel grauiter vulnerare. f ¶Sini. uſq; huc. q. d. nō moueat vos, qđ eſt futurū: qa permittēdi ſunt vt me comprehendant, vt impleantur ea q̄ de me ſcripta ſunt. g ¶Et cum teti. au. in quo apparet maxima Chriſti charitas ſanando illum qui venerat ad comprehēdendū ipſum h ¶Dixit autem Ie. &c. prin. ſa. Contrariū videt̄ Mat. xxvj. vbi dici videtur, ꝙ principes ſacerdotum non fuerūt in captione Ieſu: ſed ductus fuit ad eos per comprehenſores ad locum vbi conuenerāt. Ad quod reſpondetur dupliciter. Vno modo, ꝙ licet non venerint ad comprehendendum Ieſum in proprijs perſonis venerunt tamen in virtute in miniſtris ab eis miſſis. Alio modo, quòd aliqui de principibus ſacerdotum venerunt cum miniſtris ad comprehēdendum Ieſum, vt diligentius fieret negocium: plures tamen expectabant in domo, vt dicit Matthæus. i ¶Quaſi ad latronē exiſtis cum gla. & fuſtibus. q. d. tunc non cepiſtis me, quia nolebam: nec modo caperetis niſi permitterem: ideo ſequitur: k ¶Sed hæc eſt hora. vobis cōceſſa ad me comprehendendum. l ¶Et poteſt. tene. quia diabolus tenebrarū princeps eos ad hoc incitabat. m ¶Comprehendentes autem eum. Hic conſequenter ponitur Chriſti traditi comprehenſio: Et ſubditur Petri negatio, cum dicitur: n ¶Petrus uerò. De negatione enim Petri variè loquuntur euangeliſtæ, quę varietas expoſita fuit & concordata Mat. xxvj. ☙Et viri.

*&ĩduxerunt
†Mat. 26.g Mat. 14.g. Io. 18.c.
Quō intelligit̄ ꝙ principes ſacerdotum fuerunt in captione Ieſu

Moraliter * g ¶Et cum tetigi. auricu. eius. ſana. eū. Sicut præciſio auriculæ ſerui pontificis ſignificauit inobedientiā Iudaici populi ad Chriſtum, ſic eius ſanatio ſignificat eius obedientiam circa finē mundi: qa tunc tāget Chriſtus ſua clemētia corda Iudæorum, m ¶Cōpre. au. e. Exponat̄ ſicut Mat. xxvj. & Mar. xiiij. vſq; ibi: *Et vt



A Media nocte negat, gallicātu pœnitet: Poſt reſurrectionem ſub ☞ luce quē ter negauerat, ter ſe amare ꝓfeſſus eſt. quia qui in tenebris obliuionis errauit, ſperatę iam lucis rememoratiōe correxit & eiuſdem veræ lucis pręſentia plenè quidquid nutauerat erexit
Myſticè ¶Myſtice, Gallus aliquis doctorum eſt qui ſomnolentos increpās
1. Cor. 15. e. ait: Euigilate iuſti & n. p. Quòd Petrus ante primū gallicātum negat, eos ſignificat, q Chriſtū ante reſurrectionem deū eſſe nō putauerūt, morte ei⁹ turbati
†De pœ. diſ 1. c. porro. §. hoc idem. Quòd bis añ ſecūdū gallicātū negat, illos ſignificat, q nūc in illo ſcđm hoiem vel ſcđm deū ĩ vtraq; ſubſtātia errāt: & iō veritatē negāt. Prim⁹ gallicant⁹ eſt do-
† De pœ. diſ. 1. c. Petrus. mini reſurrectio in ſeipſo. Scđs eiuſdē ĩ corpe eccłię. a ¶Et cō. do. Intuitu ꝓuocauit ad lachrymas, quaſi in mentē ei reducēs quotiēs negauerat, qđ ei p̄dixerat, nec potuit in tenebris remanere quē lux mūdi reſpexit. b ¶Et egr. fo. Ab impiorū cōcilio ſecluſus culpā lauat, q̄ nō intus ob hoc ꝑmiſſus eſt hæſitare, vt in eccłiæ principe condere‍t̄ remediū pœnitētię: & nemo auderet de ſua virtute. cōfidere. c ¶Illud. ei cæ. Impleta eſt
Mich. 5. a. Eſa. 50. c. ꝓphætia: In virga percutiet̄ maxilla iudicis Iſrael. Et itē: Dedi maxillā meā alapis. Sed q tunc cædebat̄ colaphis Iudęorū. nunc cædit̄ blaſphemijs falſorū Chriſtianorū. Velauerūt faciē, nō vt eorū ſcelera nō viderēt, ſed vt à ſe (ſicut quōdā
†cōceſſum Exo. 34. d. Moyſi fecerūt) gratiā cognitiōis eius abſcondā. Si enim crederent Moyſi, crede-
Io. 5. g. rēt & dño. Hoc velamen vſq; hodie manet ſup corda eorū ſed credētib⁹ eſt ablatū, cū illo moriēte velū tēpli ſciſſum eſt. d ¶Prophe. Cōtumelia in eū qui ſe ꝓphetā dicebat. Sed & hæretici & Iudæi,
*nunc qui vſq; hodie Chriſtum negāt, & mali Chriſtiani qui reprobis actibus exacer-
B bant, dū ſuas cogitationes & opera tenebrarū ab illo videri nō putāt, quaſi illu-
*ad ipſos: dētes aiūt: Pro. qs eſt q te ꝑcu. e ¶Si tu es Chri. Nō veritatē deſiderant, ſed calūniam parāt. Intelligebāt Chriſtū purū hominē de Dauid naſciturū: Secūdū hoc ergo q̄rūt, vt ſi diceret: Ego ſū Chriſtus, calūniarent̄ ꝙ ſibi arrogaret regiā poteſtatē. f ¶Si uo. dixe. Sępe dixerat ſe eſſe Chriſtū. Interrogauerat etiam
Pſal. 109. a. eos, quō dicerēt Chriſtū filiū Dauid, cū eum Dauid dñm vocet: vt per hoc ad credendū deū ꝓuocaret: ſed illi nec dicēti credere, nec interrogāti reſpōdere, nec eū qui innoxius erat dimittere volebāt g ¶Ex hoc au. Qui ſemen Dauid calūniari q̄rebāt plus etiam audiūt: ꝙ per contemptum ſic venturus ad gloriam.
Mar. 14. g. h ¶Vos di. Ita tēperat rñſionē, vt & verū dicat: & ſermo calūniæ nō pateat. Maluit ſe Chriſtū filiū dei ꝓbare, q̄; diceret vt cōdēnādi cauſa tolleret̄ his qui fatent̄ qđ obijciūt. i ¶Ipſi e. au. Vbi dixit: Erit filius hoīs ſedēs ad dexteram virtutis dei: & v. d. quia e. ſ. Sua ſe ſñia dānant q eū morti tradūt quē oris & operis ſui teſtimonio deū eſſe cognoſcūt.

*GLOS. ORDI.*

ET ſurgens &c. Sequitur: k ¶Du. Cap. XXIII. xerunt illum. Tradiderunt Romanæ poteſtati, vt eo mō Iudæi ab eius interfectione alienos ſe eſſe oſtēderent: in quo nō eorū innocētia, ſed inſania mōſtrat̄. ☞Pilatus autem

*Nicolaus de Lyra.*

☙ a ¶Et ui. hic cōſequēter deſcribit̄ Chriſti cōp̄hēſi illuſio, cū dr̄. b ¶Pro. Per hoc enim deſignabāt, ꝙ eſſet falſus ꝓpheta, cū ignoraret qs eū ꝑcuteret. & nō ſolū illudebāt, ſed etiā calūnioſè īterrogabāt. d ¶Si tu es Chri. qa ſi reſpōdiſſet, ſic ſtatim īpoſuiſſent, ꝙ voluiſſet ſibi vſurpare dignitatē regiā cōtra Cęſaris ordinationē, qui dignitatē regiā à Iudæis abſtulerat, ſicut dictū fuit ſuprà. iij. cap. Si autē dixiſſet, nō obiecιſſent contra eum de redargutione: quia

adhuc illo loquente, cātauit gallus.
a ¶ ¶Reſpexit dominus, vt recordaretur Petrus: quia miſericordia ad pœnitentiam vocat.
a †Et conuerſus dominus rēſpexit Petrum. †Et recordatus eſt Petrus uerbi domini, †ſicut dixerat: quia priuſ quàm gallus cantet, ter me negabis.
b Et egreſſus foras Petrus fleuit amarè. Et uiri qui tenebant illum, illude- a
c bant ei cędentes. †Et uelauerūt eum & percutiebant faciem eius: & inter
d rogauerunt eum, dicentes: Prophetiza: Quis eſt qui te ꝑcuſſit? Et alia b
multa blaſphemantes dicebant in e-
a ¶Vide quam ſolliciti in malo, tota nocte vigilauerūt vt facerent homicidium.
um. Et ut factus eſt dies †conuenerunt ſeniores plebis & principes ſa- c
cerdotum & ſcribę: & duxerunt illum in †concilium ſuum dicētes: †Si d
e tu es Chriſtus, dic nobis. Et ait illis: e
f Si uobis dixero, non credetis mihi. f
Si autem & interrogauero, non reſpondebitis mihi, neq; dimittetetis. g h
a ¶Ego, quem vt hominem deſpicitis, per ſupplicium crucis ero exaltatus, & habēs nomē qđ eſt ſuper oē nomē.
g Ex hoc* autem erit filiūs hominis ſe- i k
a ¶Cum infirmus appaream.
dens à dextris uirtūtis dei. Dixerunt l
autem omnes: Tu ergo es filius dei? m
h Qui ait: *Vos dicitis: quia ego ſum n
a ¶Quod ſe Chriſtum & filium dei dicat.
At illi dixerūt: Quid †adhuc dēſide- o
i ram⁹ teſtimoniū? Ipſi enim audiuimus de ore eius.

Cap. XXIII.

k ET SVRgens omnis multitudo eorū duxerunt illum ad Pila- p
¶Impij nihil veriſimile qđ obiicere poſſent, inueniant. Et ideo ſicut Marcus ait: Non erāt conuenientia eorum teſtimonia.
tum. Cœperunt autem illum accuſa- q

gutiōe: qa pluries vbis & factis dixerat ſe eſſe Chriſtū. vñ Io. x. e. C
Dicētib⁹ ei Iudæis: Si tu es Chri. dic n. pa. Rñdit eis Ieſus: Lo-
quor vobis & nō creditis: opa q̄ ego facio ĩ noīe patris mei. hæc Io. 10. e.
teſtimoniū ꝑhibēt de me. iō ſequit̄: f ¶Si uo. di. ſicut & alias nō crediſtis nec verbis meis nec factis. g ¶Si au. & ĩ. nō re. ſicut cū alias petiuerat ab eis de Chriſto quō ſit fili⁹ Dauid nō rñderūt: & in plu-
Mat. 22. d. rib⁹ alijs ei⁹ q̄ōnibus ſimile inuenitur. h ¶Ne. di. qa obſtinationē ſciebat eorū. i ¶Ex h. au. i. poſt paſſionē meā
† quomodo dixeras ipſi. & reſurrectionē. k ¶Erit fi. h. ſe. à d. uir. d. qđ impletū eſt in aſcēſione Chriſti. ſcđm q. dr̄ Mar. vl. d. Et dñs qdem Ieſus poſtq; locut⁹ eſt eis aſſumpt⁹ eſt in celū: & ſedet à dexteris dei. l ¶Di. au. oēs. Mat. xxvj. f. dr̄ ꝙ ſummus ſacerdos hoc dixit. dicēdū ꝙ ille dixit priò & principaliter: & iō Mat. ipm ſolū exprimit.
†Eſa. 50. c. Mat. 26. g. Mar. 14. g. Io. 18. d. alij aūt cōſequēter idē dixerunt, volētes ex hoc cōcludere cōdēnationē Chriſti fore iuſtā. m ¶Tu er. es fi. d. hoc nō ſe q̄bat̄ ex dicto p̄cedenti: qa dixerat: Erit fil. ho. verūtñ qa hoc erat verū, noluit negare nec etiā affirmare, ne apiret locū calūnię: ſed rñdit: n ¶Vos di. qa e. ſ. qđ vbū erat verū, & taliter ꝓlatū, q calūniā nō haberet ſcđm vitatē, ſed tātū
†congregatus eſt ſenatus. ſecūdū Iudęorū maliciā. ex qua cōcluſerūt: o ¶Quid a. de. te. q. d. cōuict⁹ es ꝓprio vbo. vñ ſubdit̄: Ip. e. a. de o. e.
†Mat. 26. f. Mar. 14. f. Io. 10. e. * c ¶Et ut fact. eſt. Exponatur ſicut Mat. xxvij. & Mar. xiiij. e ¶Et ait il. Hoies enim in malis obſtinati veritatem
Moraliter ▸mihi dicētibus nō credūt, nec interrogati de veritate reſpōdent: nec ad bonā ꝑſuaſio
D nē à nequitia ſua ceſſant. & tales erāt iſti Reſiduū huius capłi exponat̄ ſicut Mat. xxvj. & Mar. xiiij.

¶In ca. xxij. vbi dr̄ in poſtil. Quia iſte modus capiēdi Chriſtū per ſuū diſcipulū videtur magis poſſibilis.

*ADDI. I.* Mod⁹ capiēdi Chriſtū per ſuū diſcipulū nō ſolū videbat̄ Phariſęis magis poſſibilis & ſecret⁹: ſed cū hoc erat magis cōueniēs ad ſubuertēdū ppłm, quē Phariſæi maxiè timebāt ĩ captione Chriſti. vnde Mar. xiiij. a. Nō in die feſto, ne forte tumult⁹ fieret in ppło. vñ ex hoc ꝙ diſcipulus Chriſti aſſociabat capiētes, erat populo magis ꝑſuaſibile, ꝙ Chriſtus eſſet ſeductor ſeu malefactor & huiuſmodi.
Sudor ſanguine⁹ ſupnaturalis †Inſup op⁹ habem⁹ teſtimonio?

¶In eo. ca. vbi dicit̄ in poſtil. Et fact⁹ eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis.

*ADDI. II.* Prout doctores dicūt, contra naturā eſt ſudare ſanguinē: nec in libris medicorū q de iſtis corporalib⁹ paſſionib⁹ tractant, vt credo hoc inuenit̄. vñ tenēdū eſt, ꝙ fuit ſupnaturale & figuratiuū. Nam ſicut Augu. dicit ſignificabat de corpore ſuo ma natura martyria.

*NICO. DE LY.* Cap. XXIII.

ET ſur. o. m. Poſtq; deſcripta eſt Chriſti cōprehēſio per maliciā Iudęorū, hic cōſequēter deſcribit̄ ei⁹ occiſio ꝑ executionē gētiliū, vbi priò deſcribit̄ ſollicita examinatio. Scđ'ō iniqua cōdēnatio, ibi: Pilat⁹ aūt interrogauit. Tertiò ipſa occiſio, ibi: Et cū ducerēt eū. Quartò deuota tumulatio. ibi: Et ecce vir noīe Ieſeph. ¶Circa primū priò deſcribit̄ examinatio corā Pilato p̄ſide. ſcđ'ō corā Herode, ibi: Pilat⁹ autē. Circa primū dr̄: p ¶Et ſur. om. mul. eo. du. il. ad pi. q erat ibi p̄ſes loco Romanorū. q ¶Cœ. au. ac. il. & hoc de trib⁹. Primò de auerſione populi à lege Moyſi ſeruanda, cū dr̄: Hunc inuenimus ſubuertētē gētē noſtrā. Scđ'ō, ꝙ ꝑ doctrinā ſuā impediret populū ſuū reddere Cæſari tributū. & hoc notat̄ cū dr̄: Et ꝓhibētē. Tertiò ꝙ volebat ſibi vſurpare regnū Iudęorū, iō ſequit̄: Et dicentē ſe Chriſtū regē eſſe. primū autē erat manifeſtè falſum: quia nō venit ſoluere legē, ſed adimplere, vt habet̄ Mat. v. b. & legem Moyſi vſq; ad mortē ſeruauit, vt declaratū fuit ibidē. Similiter ſe-
Chriſt⁹ de tribus accuſatur

 ☙cundū, quia.

E a ℭPilatus au. Cũ duo obiecta fuerĩt.ſ. ꝙ attributa reddi prohiberet, & ſe Chriſtũ diceret, Pilatus potuit audire quod de tributis dixerat: Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari. & inde hoc quaſi apertum mendaciũ nihilipendẽs, ſolũ quæ neſciebat quæſiuit. (ſuprà.20.d) b ℭTu dicis. Eodẽ verbo quo principibus ſacerdotũ, reſpondet & pſidi, vt ꝓpria ſententia ambo cõdẽnent. c ℭNil inue. Pridie ꝗ̃ pateretur dñs, ait diſcipulis: Venit princeps mundi hui⁹, & nõ habet in me quidꝗ̃. (Io.14.d.) Sed qa princeps, i. Pilatus eũ abſoluit, ĩ quo nihil dãnationis inuenit, vide quid agãt Iudæi, qui nõ ęqtatis amore verũ inueſtigãt. ſed inuidiæ ſtimulo iuſtũ dãnare laborãt. d ℭCõ.po. Nõ illum, ſed ſe accuſant. Docuiſſe enim populũ, & à priſtina torporis ignauia docẽdo cõmouiſſe: taliꝗ̃ actu à Galilęa vſꝗ̃ ad Iudęã. i. totã ꝓmiſſiõis terrã, à fine vſꝗ̃ ad finẽ pertranſiſſe, nõ criminis, ſed indiciũ eſt virtutis. Deniꝗ̃ Pilatus nec interrogãdũ ſaluatorẽ de hoc ratus, ſed magis nacta occaſione, liberũ ab eo iudicãdo cupit reddere. Vñ ſequiť: Pilat⁹ autem. e ℭEt ut cogno. Ne cõtra inſontẽ, & quẽ traditũ ꝑ inuidiã nouerat, ſentẽtiã dare cogereť, Herodi mittit audiẽdũ: vt à ſuo tetrarcha vel abſolutereť vel damnareť: ſed ne qua Iudæis excuſatio remaneret, Herodes quoꝗ̃ q natu & religione Iudęus erat, quid de Chriſto ſenſerit oſtẽdere ꝑmiſſus eſt: vt vtraꝗ̃ regio, & Iudęa in q̃ Chriſt⁹ natus, & Galilæa in qua nutrit⁹ erat, in ei⁹ necem cõſpiraſſe mõſtrenť. f ℭAt ipſe ni. Tacuit & nihil fecit, qa & Herodis incredulitas non merebať videre diuina: & dñs iactãtiam declinabat. F Significantur aũt in Herode oẽs impij, q nõ credunt legi & ꝓphetis, (†illo) & in euangelio Chriſti opa videre non poſſunt. Principib⁹ ergo ſacerdotũ accuſantib⁹ apud Pilatũ pauca, apud Herodẽ nulla reſpõdet, ne crimẽ diluens dimiſſus à principe crucis vtilitatẽ differret. Et iõ iuſtũ erat, vt Pilato qui inuit⁹ ſententiã ferebat, ex aliqua parte rñderet: Herodi verò & cæteris q cõtra legẽ innoxiũ dãnabãt, ſicut indignis nihil dicit. Vbi verò tacet, q̃ſi ꝓ grege agn⁹ immolãdus patientiã pſtat: vbi reſpondet, quaſi paſtor ꝓ ouibus cõtra lupos & latrones pugnat. (†intentę, acriter) g ℭEt il. in. ue. Quòd in alba veſte ſperniť & illudiť, ſignificat ꝙ ꝓ tori⁹ mũdi peccatis in carne caſta ĩmolat⁹ agnus eſt paſſus & ſepult⁹: Quòd hic alba, iuxta alios euãgeliſtas purpurea vel coccinea veſte illudiť indutus, ſignat geminũ martyrij genus: quo in paſſionib⁹ ecclia adornať, vt ſit candidus actione, rubicũdus ſanguine. Ipſe enim mẽbrorum floſculus vernãs, in pace lilia gignit, bello roſas. (Quare chriſtus in alba veſte illuſ⁹) h ℭEt re. ad pi. Ad Herodẽ mittiť, ad Pilatũ remittiť, & ſi vterꝗ̃ reũ nõ ꝓnũciat, alienæ tamẽ iniqtatis ſtimulis obſequiť. i ℭEt fa. ſunt a. Nefandum fœdus, qđ Herodes & Pilatus in occidendo Chriſtũ pepigerunt, ſucceſſores eorũ hæreditario iure cuſtodiũt: dũ Iudæi & gentiles, ſicut genere & religione, ita mẽte quoꝗ̃ diſſidẽtes, in Chriſtianis tñ perſequẽdis, & fide Chriſti pimẽda cõſentiũt. In typo Herodis & Pilati q per Ieſum amici facti ſunt, Iudæorũ gentiũꝗ̃ figura ſeruať, vt ꝑ paſſionẽ Chriſti vtriuſꝗ̃ populi concordia facta ſit ven- tura: ita

re dicentes: Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram, & prohibentem tributa dari Cæſari, & dicentem ſe Chriſtum regem eſſe. † Pilatus autem interrogauit † eum, dicens: Tu es rex Iudæorum? At ille reſpondens ait: Tu dicis. Ait autem Pilatus ad principes ſacerdotum & turbas: Nihil inuenio cauſæ in hoc homine. At illi inualeſcebant, dicentes: Commouit populum docens per uniuerſam Iudæam, † incipiens à Galilæa uſque huc. Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit, ſi homo Galilæus eſſet. Et ut cognouit quòd de Herodis † poteſtate eſſet, remiſit eum ad Herodem, qui & ipſe Ieroſolymis erat illis diebus. Herodes autem uiſo Ieſu gauiſus eſt ualde. Erat enim cupiens ex multo tempore uidere eum, eò quòd audierat multa de eo: & ſperabat ſignum aliquod uidere ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis ſermonibus. At ipſe nihil illi reſpondebat. Stabant autem principes ſacerdotũ & Scribę cõſtãter accuſantes eũ. Spreuit autẽ illũ Herodes cũ exercitu ſuo & illuſit indutũ ueſte † alba, & remiſit ad Pilatũ. Et facti ſunt amici Herodes & Pilatus in ipſa die. † nam anteà inimici erãt ad inuicem.

a ¶Cum ipſe dixerat: Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt dei, deo.

a ¶Melior eſt cauſa quæ non defenditur, & probatur. Suſanna tacuit & vicit.
¶Accuſatur & tacet, qui defenſione non indiget, ambiunt defendi qui timent vinci. nec accuſationem confirmat tacendo, ſed deſpicit non refellẽdo.
¶Sed ne his aliquid dicit.

a ¶Spreuit Herodes & exercitus vt omnes in eadem culpa pares monſtrentur.

ſe regem facit. cõtradicit Cæſari. Chriſt⁹ aũt ſe regẽ eſſe non negauit, neꝗ̃ affirmauit: ſed medio modo reſpõdit dicẽs: Tu dicis. G Verũtamẽ expreſſit: ꝙ ſi eſſet rex, regnũ eius nõ eſſet de hoc mũdo, vt habeť Io. xviij. f. Et quia Pilatus & ĩperator domin⁹ ſuus non curabant niſi de regno terreno, ideo Pilatus habuit Ieſum excuſatũ dicẽs: b ℭNi. inue. cau. ſ. criminis vel mortis. c ℭIn hoc ho. At illi inua. vt clamoribus obtinerent, qđ ratione nõ poterant. e ℭCõmo. pop. quaſi diceret: turbauit pacem communẽ. f ℭInci. à Galilæa, volebãt eñ eũ notare, ꝙ eſſet ſimilis Iudæ Galilęo, qui tempore natiuitatis Chriſti inducebat populũ ad rebellandũ imperatori Romano, dicẽs eſſe illicitũ Iudęis ꝓfiteri aliquẽ dominũ terrenũ, ſed ſolũ deũ, vt habeť Act. v. g. Ante hos dies extitit Iudas Galilęus, qui auertit populum in die ꝓfeſſionis. Sed Pilat⁹ hoc falſum reputauit, eo ꝙ audierat Chriſtũ dixiſſe: Reddite q̃ ſunt Cæſaris Cęſari, & q̃ ſunt dei deo. ꝑ hoc oſtendẽs ꝙ poterant eſſe ſubiecti nõ ſolum deo, ſed etiã tẽporali domino. g ℭPila. au. Hic cõſequenter poniť examinatio Chriſti corã Herode. Pilat⁹ aũt audiẽs, ꝙ Ieſ⁹ eſſet de Galilęa, remiſit eũ ad Hero. tũ vt Herodi deferret tũ qa credebat ꝙ libẽter liberaret hominẽ q eſſet de terra ſua, & maximè ĩnocentẽ. Sciendũ etiã, ꝙ licet Chriſtus fuerit in Bethleẽ nat⁹, vt dictũ eſt ſuprà ij. ca. tamẽ diciť hic de Galilæa, quia fuit ibi nutrit⁹ & conuerſatus. h ℭQui & ipſe Ieroſo. erat his die. ſ. paſchalibus, ꝓpter ſolẽnitatẽ: quia Iudæus erat. Pater enim ſu⁹ fecit ſe circũcidi, trãſiens ad ritũ Iudaiſmi, ſcđm ꝙ dicit Ioſeph⁹. i ℭHerodes autem uiſo Ieſu gauiſus eſt. non ꝓpter deuotionẽ, ſed ꝓpter curioſitatẽ. ideo ſubdiť: k ℭEo ꝙ au. mul. de eo. ſ. de miraculis eius & doctrina. H l ℭEt ſpe. ſig. ali. i. mirabile factũ. m ℭVi. ab eo fi. Sperabat etiã ab eo audire quędã curioſa & inſolita. ideo ſubdiť: n ℭInter. au eum mul. ſer. Ieſus aũt in cõſpectu eius noluit aliqđ ſignũ facere, tũ qui Herodes erat indignus, cũ moueret ex curioſitate, vt dictum eſt, tum quia Ieſus voluit oſtẽdere, ꝙ prædicator verbi diuini nõ debet corã principibus oſtẽtationẽ ſuã qrere, & eiſdẽ rationib⁹ non reſpondit eius interrogationibus. o ℭSpreuit autem illum Herodes. reputans eum idiotam & fatuum. p ℭEt illuſit indutum ueſte alba. ſic enim illudebatur tunc fatuus. q ℭEt re. ad pi. vt eũ honoraret, ſicut & Pilatus ei detulerat. r ℭEt fa. ſ. a. ꝓpter mutuã reuerẽtiã factã, vt dictũ eſt.

(†Mat.27.b Mar.15.a. Io.18.f. †illum †orſus ſuprà.20.d †ditione †ſplendida)

Nam antea

Moraliter. a ℭHunc inuenimus ſubuer. gen. no. Iſta cõtra Chriſtum propoſita erant ſimpliciter falſa propter qđ Pilat⁹ reſpondit: b ℭNihil inue. cau. in hoc ho. Sed hic eſt mod⁹ iniquorum, quòd per mendacia quærunt condemnationem iuſtorum. Ex hoc etiã patet, ꝙ aliquando iuſtius agitur in curia laicali ꝗ̃ in clericali. Principes enim ſacerdotum Chriſtum condemnauerunt tanquã mortis reum, quem Pilatus pronunciat innocentem & iuſtum. & ſic hodie fit in pluribus locis, ꝙ homicidæ notorij qui per ſecularem iudicem ſuſpenderentur, per eccleſiaſticum iudicem in magnum populi ſcandalum liberãtur. d ℭAt illi i. ſic faciunt maligni qrentes obtinere per clamorem qđ non poſſunt per rationem. i ℭHe. au. per hoc autem ꝙ Chriſtus corã Herode inceſtuoſo & homicida noluit facere miraculũ, nec ſuis interrogationibus reſpondere, ſignificauit, ꝙ tales digni nõ ſunt opera videre diuina, nec eius habere reſponſa. o ℭSpreuit autem il. he. ſic hodie ſectatores Chriſti à malis hominibus ſpernuntur, ꝙ ab eis fatui reputantur. r ℭEt facti ſunt amici Herodes & Pilatus. hoc fuit ſignum quòd Iudęorum principes & Romanorum conuenirent in ꝑſecutione Chriſtianorũ. Cætera exponantur ſicut Matthæi. xxvij. & Marci. xv. vſꝗ̃ ibi: ⁎Filiæ Ieruſalem

## Nicolaus de Lyra.

Secundũ, quia Iudæis q̃rentib⁹, Licet nobis cẽſum dare Cæſari an nõ? Reſpõdit: Reddite q̃ ſunt Cæſaris Cæſari, vt habeť Matt. xxij. c. Similiter tertiũ: qa cũ Ieſus ſciret turbas vẽturas vt eũ raperẽt & facerẽt ſuꝑ ſe regẽ, fugit, vt habeť Io. vj. b. Pilat⁹ aũt de primo nõ curauit, qa gẽtilis erat: & ideo de lege Moyſi nõ curabat. ſecũdũ reputabat falſum, qa reſpõſionẽ Chriſti audierat ꝑ relationẽ de tributo Cæſari reddẽdo vt pdictũ eſt. ſed de tertio inqſiuit: qa videbať eſſe cõtra dñm ſuũ. vnde & Iudæi corã eo dixerũt: Non habemus regẽ niſi Cæſarẽ, Io. xix. b. & ibidẽ diciť: Omnis enim q ſe regem



tura, ita tamẽ vt Gẽtilis prius capiat regnũ dei, & ad Iudæũ fidei A ſuæ deuotionẽ trãſmittat, vt illi quoꝗ̃ gloria maieſtatis ſuæ corpus veſtiãt Chriſti, quẽ ante deſpexerãt. a ℭObtuliſtis. Quãtum ſtudiũ dimittendi Ieſum Pilatus habeat, attende. Primò illis accuſantibus dicit ſe nihil cauſæ in eo inueniſſe: deinde tamen in incepto perſiſtentibus mittit ad herodem, vt exploret an ille aliquid ſceleris in eo inuenire poſſit, an dimittendũ decernat. Deniꝗ̃ herodis agnita voluntate, nec inuento in Ieſu facinore, plebis ſententiam quærit, cui vnum in paſcha oportet dimitti. Iterum etiã tertiò volens dimittere, interrogat. Sed quantò curioſi⁹ dimittere quærit, tãtò criminoſiores ad mortẽ eius inuenit. (Pilati ſtudium in dimittendo Chriſtum.) b ℭSed neꝗ̃ herodes. Ad exprobrãdam duriciam Iudæorum vel Gentilium fatetur Pilatus, nec ſe, nec Herodẽ aliquid in occidendo Chriſto & illudendo inueniſſe, ſed alienæ crudelitatis clamoribus obtemperaſſe. c ℭEmendatum ergo &c. Pilatus abſoluit Ieſum quem probat inſontẽ: ſed vt implerentur ſcripturę, abſoluit quidem iudicio, quẽ tamen crucifigit myſterio. († Correptũ, Caſtigatum.) d ℭTolle hunc & dimitte nobis Barrabam. Quia pro Ieſu latronem, pro ſaluatore interfectorem, pro datore vitæ ademptorẽ elegerunt, meritò ſalutem perdiderunt & vitã: & latrocinijs & ſeditionibus intantum ſe ſubdiderũt, vt & patriam regnumꝗ̃ quod Chriſto prætulerãt, perderent: & hactenus libertatẽ animæ vel corporis quam vendiderant, nõ reciperent. (†mat.27.b Mar.15.a.) e ℭBarrabam &c. Barrabas qui filius magiſtri vel patris eorũ interpretatur, ipſe eſt Antichriſtus, quem illi Chriſto præferent. quibus dicitur: Vos ex patre diabolo eſtis. (Iohan.8.f.) Pilatus os malleatoris interpretatur, diabolũ ſignificat, B qui eſt malleus vniuerſæ materiæ, per quem deus vaſa probare permittit, & tandem conterit, cum in extrema damnatione confringit. f ℭCrucifige, crucifige eum. Magna crudelitas, non ſolum occidere, ſed crucifigere quærũt, vt manibus & pedibus ad lignum confixis, producta morte necaretur: ne dolor citius finiretur, & vt in cruce diu videretur. g ℭCorripiam ergo & illum dimittam. Hanc correptionem deridendo & flagellando nefandorum deſiderijs exhibuit, ne vſꝗ̃ ad crucifigẽdum ſæuirent. (⁎& principum ſacerdotum.) Quod & verba Iohannis euangeliſte, & ipſa columna teſtatur, ad quam ligatus fuit dominus, quę vſꝗ̃ hodie dominici ſanguinis cernentibus certa ſigna demonſtrat. Sed licet Pilatus hoc agat, inſatiabilis tamen ſacrilegorum furor non ceſſat, ſed magis inſtat: quia accuſationem quam contra dominum detulerãt, ſollicita Pilati interrogatione viderant euacuatam. († Agro, rure.) Tandem impudici ad ſolas preces ſe conuertunt, vt quod criminando vel quaſi ratiocinando nequiuerant, iam poſtulando & vociferando & perficiendo perficiunt. h ℭDimiſit autem illis eum qui propter homicidium & ſeditionem miſſus fuerat. &c. Autor ſeditionis & homicidiorũ Iudæis dimittitur, id eſt diabolus, qui ob culpã à lucis patria depulſus, & in tenebrarum carcerem fuerat miſſus. & ideo pacem habere non poſſunt, quia pacis autorẽ non elegerunt. i ℭApprehenderunt Simonem quendam Cyrenſem uenientem. Primò dominus crucem portauit: ſed poſtea impoſita eſt Simoni: quem exeuntes obuiam habuerunt. & hoc congruè: Chriſtus enim paſſus eſt pro nobis, vt ſe. ve. e. Qui verò eum vult ſequi, tollat crucẽ ſuam & ſequatur. (1.Pe.2.d. Mat.16.d.) Quia verò Simon nõ Iſraelita, ſed Cyreneus erat: per eũ Gentiles deſignantur, prius peregrini & hoſpites teſtamẽtorum: ſed nũc in fide ciues & domeſtici dei & coheredes Chriſti. (Ephe.2.d.) vnde & Simon

Pilatus autem cõuocatis principibus ſacerdotum & magiſtratib⁹ & plebe, dixit ad illos: Obtuliſtis mihi hunc hominem, quaſi auertentem populum & ecce ego corã uobis interrogans, nullam cauſam inuenio in homine iſto, ex his in quibus eum accuſatis. Sed neꝗ̃ Herodes. Nam remiſi uos ad illum: & ecce nihil dignum morte actum eſt ei. † Emendatum ergo illum dimittam. † Neceſſe autem habebat dimittere eis † per diẽ feſtum unum. Exclamauit autem ſimul uniuerſa turba dicens: † Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam. Qui erat propter ſeditionem quandã factam in ciuitate & homicidium miſſus in carcerem. Iterum autem Pilatus loquutus eſt ad illos, uolens dimittere Ieſum. At illi ſucclamabãt dicentes, Crucifige, crucifige eum. Ille autem tertiò dixit ad illos: Quid enim mali fecit iſte? Nullam cauſam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo, & † illum dimittam. At illi inſtabant uocibus magnis, poſtulantes ut crucifigeretur: & inualeſcebant uoces eorum. ⁎Et Pilãtus adiudicauit fieri petitionem eorum. † Dimiſit autem illis eum qui propter homicidium & ſeditionem miſſus fuerat in carcerem, quem petebant: Ieſum uerò tradidit uoluntati eorum. † Et cum ducerẽt eum, apprehẽderunt Simonẽ quẽdam Cyrẽnẽſem uenientẽ de † uilla, & impoſuerũt illi crucẽ † por

¶Flagris & ludibriis quantum iuberis afficiam, dummodo ne ſitiatis inoxium ſanguinem.

¶Non imperiali legis ſanctione, ſed annua gentis cui per talia gaudebat placere deuictus conſuetudine.

¶Data optione eligendi quem vellent: quia pontifices excitauerant turbam, vt magis peterent Barrabam.

a ¶Videns quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret. ¶Iudex nec inuidię cedere debuit nec timori.

a ¶A Cyrene quę eſt ciuitas Helchiæ.

Simon obediẽs. Cyreneæ hæres interpręťať. Sed Simon venit de villa. i. de pago, à quo pagani, q à ciuitate dei alieni vrbanę ſunt. C (Paganiuũ:) conuerſationis

## Nicolaus de Lyra.

a ℭNam antea inimici erãt ad inuicem: propter Galilæos, quos Pilatus occiderat, miſcẽs ſanguinem eorum cum ſacrificijs, vt dictũ eſt ſupra. xiij. ca. b ℭPilatus autem conuocatis principibus ſacerdotũ &c. Hic conſequenter deſcribitur Chriſti condemnatio iniuſta. Vbi primò declaratur Chriſti innocẽtia ex triplici confeſſione iudicis cauſam examinantis, & etiam ex allegatiõe Herodis, qui ipſum non cõdemnauerat. Iudæi autem econtrario contra verba iudicis ter reclamauerunt, vt obtinerent per importunitatem clamoris, quod non poterant via rationis. propter quod Pilatus finaliter declinauit à iuſticia, condẽnans ad mortem innocentem Ieſum: Inclinatus ad hoc ex populi fauore, quem quærebat, & Cęſaris timore, cuius indignationem formidabat, eo quod dixerant Iudæi in conſpectu ſuo: Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris, vt habetur Iohan. xix. b. Et ex dictis patet litera paucis exceptis, quæ exponentur. Nam remiſit illũ ad nos, id eſt ad noſtrum iudiciũ. Libri antiqui & correcti ſic habent: c ℭNã remiſi uos ad illum. ſcilicet ad Herodem, vt patet ex dictis. & litera ſequens conſonat, cum dicitur: d ℭEt ecce nihil dignum morte actum eſt ei: ſcilicet coram Herode. e ℭEmendatum ergo: id eſt verberatum. f ℭIllum dimittam: liberum à morte. Sed contra hoc videtur, quia Pilatus ſciebat ipſum eſſe innocentem: quomodo igitur volebat ipm iniuſtè verberare? Dicendum, quòd volebat facere, vt Iudæi D videntes hanc flagellationem, ſatiarentur hac pœna, & ceſſarent à morte Ieſu quærenda. g ℭNeceſſe autem habebat dimittere eis per diem feſtũ unum &c. quia in nocte paſchæ angelus domini ſaluauit Hebręos, & percuſſit primogenita Aegyptiorum: & ideo in memoriam huius beneficij in ſolennitate paſchali ſaluabant vnum propinquum morti, & aliquos condemnatos ad mortem interficiebant, ad repræſentandum ſaluationẽ Hebræorum & interfectionem Aegyptiorũ. Et iſtam cõſuetudinem eis obſeruari impetrauerãt ab imperatore Romanorum, ſicut fuerat obſeruata anteꝗ̃ Iudæa eſſet Romanis ſubiecta. Et hoc eſt quod dicitur: Neceſſe autem habebat dimittere eis per diem feſtum unum. quia tenebatur obſeruare illud quod erat conceſſum ab imperatore. Pilatus ſciens Ieſum innocentem volebat eũm liberare per hanc viam, proponens quòd non expediret eis dimittere, niſi Ieſum aut Barrabam: cuius liberationem credebat Iudæos nullo modo præeligere, propter nimiam ipſius maliciam. ſed ipſi nimio odio moti contra Chriſtum, præelegerunt Barrabam liberari, petentes Ieſum crucifigi, eo quod erat modus mortis aſperior & durior. Cætera patent. h ℭEt cum ducerent eum. Hic conſequenter deſcribitur Chriſti impia occiſio, cum dicitur: Et cum ducerent eum ad crucifigendum, apprehenderunt Simonem &c. quia coegerunt eum ad portandum crucem, vt citius venirent ad locum crucifixionis, quia Ieſus videbatur nimis debilitatus ex afflictione præcedenti: & ideo ꝗ̃uis Ieſus primò portaſſet crucem ſuam, tamen illi qui eum ducebant, acceperunt eam & poſuerunt ſupra Simonem, ratione prædicta. Ille autem inuitè portabat, tum quia hoc erat turpe, tum quia forſitan erat diſcipulus Ieſu, occultus tamen.

(⁎Inter ſeſe † Singulis feſtis. † Ioh.18.g Act.3.c. † als eum. Exo.12.f. †Mat.27.a Mar.16.a. Iohã.18.g. †Mat.17.d Mar.15.b. † Vt portaret.)

 Sequebatur

☞ cõuerſationis ignari. Sed Simon pago egrediens, crucem portat post Ieſum, cũ populi gẽtiũ paganis ritib⁹ derelictis obediẽter amplectunt̃ veſtigia dominicę paſſiõis a ℭSeque.au.il.mul.tur. ſed nõ eadẽ mẽte crucẽ ſequit̃: Mali ſequunt̃ vt moriẽtẽ lęti aſpiciãt. Mulieres, vt quẽ viuere deſiderabãt, moriturũ, morientem, & mortuũ plorarẽt. Nec iõ inducit̃ ſol⁹ mulierũ plãct⁹, qn & multi viri dolerẽt: ſed q̃a fœmine⁹ ſex⁹ q̃ſi cõtẽptibilior, liberius poterat pręſentib⁹ principib⁹ ſacerdotũ, qd cõtra eos ſenſerit oſtẽtare.

2. Tim.2.c. Quia verò nouit dñs q ſunt ei⁹, præter miſſa furẽtis pp̃li turba, ad amantes & plangẽtes ſe fœminas oculos & ora cõuertit. b ℭQuæ plãg.& la.&c. Triſtabant̃ de vita mortali, quę morte erat finiẽda: nõ de cęcis q medicũ occidebãt. vñ ſubdit̃: Cõuerſus aũt. c ℭFi.Ie.

†Sap.3.c. Iſa.54.a. Gal.4.d. Nota cũ filios Ieruſalẽ vocat, ꝙ nõ ſolę quæ cũ eo venerãt à Galilea, ſed etiam eiuſdẽ vrbis ciues ei multę mulieres adhæſerãt. d ℭNoli.fle. Ne lamẽtemini me moriturũ, cuius cito reſurrectio mortẽ ſoluere põt, cui⁹ mors mortẽ & ip̃m mortis autorẽ deſtruet. Vos poti⁹

†Humido veſtrãq; ꝓgeniẽ dignis lachrymarũ fontib⁹ abluite, ne cũ pfidis dãnemini in vl-

† Malefici. tionẽ meæ crucis. e ℭEcce ue.dies. Dies Romanę obſidiõis & captiuitatis. Naturale eſt imminẽte captiuitate, hoſtiliq; p agros vrbeſq; clade feruẽte, cun-

†maleficos ctos q euadere queãt, alta quęq; vel abdita refugia qb⁹ abſcõdant̃, reqrere. Re-

Ioſeph⁹ de bello Iudaico li.3.cap.80. fert Ioſephus inſiſtẽtibus ſibi Romanis Iudæos cauernas mõtiũ colliũq; certatim petiſſe ſpelũcas, ita vt ſeipſum teſtet̃ munitiõe quadã deſtructæ vrbis Iotapetæ in ſpelũcam cũ.xl.comitib⁹ ꝓditũ

F inuẽtũ, atq; ab hoſtibus captũ. f ℭCa di.ſu.nos. Põt hoc ex ſupfluo intelligi

Mat.19.b. de his q in vtrolibet ſexu ſeipſos caſtrauerũt ꝓpter regnũ cœlorũ, q dicũt mõtibus.c.ſ.n.& c.o.n.cum ſuę fragilitatis memores ingruẽte tentationũ articulo ſublimiũ virorũ, vel ipſa virginitate vl' martyrio vel quacũq; alia virtute quęrunt exẽplis monitis pcibuſq; defendi.

†Mat.27.c Mar.15.c. Iohã.19.d. g ℭQuia ſi ĩ ui.li. Viride lignũ Chriſtus & ſui electi, aridũ impij & peccatores. vnde ait: Si ergo ego q peccatũ nõ feci, qui lignũ vitæ merito appellatus, duodenos fruct⁹ grã p ſingulos mẽſes affero, ſine igne paſſiõis de hoc mũdo nõ exeo: quę tormẽta manent illos q fructib⁹ ſunt vacui, inſup & lignũ vitę flãmis dare nõ timẽt? Et ſi nũc eſt tp̃s, vt incipiat iudiciũ de domo dei, & oẽs qui volũt pie viuere in Chriſto pſecutionẽ patiunt̃, qs finis eorũ qui

2.Timo.3.c Iſa.53.d. nõ credũt euãgelio? b ℭDuceban.aũt. Implet̃ qd' dictũ eſt: Et cũ iniqs deputat⁹ eſt. In morte deputat̃ cũ iniqs, vt in reſurrectione viuificet iniquos: q ꝓpter hoĩes homo fact⁹, hominib⁹ dedit

Iohã.1.b. ptãtẽ filios dei fieri. i ℭCalua.lo. Extra portã Ieruſalẽ erãt loca in qb⁹ trũcabant̃ capita dãnatorũ, & dicebant̃ loca Caluarię.i. decollatorũ. Ibi crucifigit̃, vt vbi erat area dãnatorũ, erigant̃ vexilla martyrij. k ℭEt la.&c. Execrabilis in facto iniqtas Iudęorum, quæ quaſi latronẽ crucifigit omniũ redẽptorẽ, bonus tñ in myſterio latro, q inſidiat⁹ eſt diabolo, vt vaſa ei⁹ auferret. Per illum q à dextris ſignificat̃ mortificatio carnis ꝓ cœleſti gloria. p illũ qui à ſiniſtris mortificatio carnis ꝓ aliqua mũdi cã. l ℭIeſus autẽ. Quia Lucas Chriſti ſacerdotiũ ſcribere diſpoſuit, rectè dñs apud deũ ꝓ pſecutorib⁹ iure ſacerdotis intercedit, & latroni confitẽti paradiſum pãdit: nec fruſtra orat, ſed ꝓ eis qui poſt paſſionẽ ei⁹ crediderũt impetrat. Nõ ꝓ eis orat, qui p inuidiã & ſupbiã filiũ dei intellexerũt, negãt & crucifigũt: ſed ꝓ eis qui Zelũ dei hñtes, ſed nõ ſcd'm ſciam neſcierũt quid fecerũt. m ℭDiui. De his

Iohã.19.e. Iohãnes lati⁹. Quadriptita veſtis ſignificat eccleſiã toto orbe quę quatuor ptib⁹ cõſtat diffuſam, oĩb⁹ ptib⁹ æqualr̃.i. cõcorditer diſtributam. Tunica ſortita, omniũ partium ſignificat vnitatẽ, quæ charitatis vinculo continetur. n ℭSortes. In ſortę dei gratia commendata eſt. Sic quippe in vno ad omnes peruenit, cum ſors omnib⁹ placuit: quia & dei gratia in vnitatę ad omnes peruenit: & cum ſors

& cũ ſors mittit̃, nõ pſonæ cuiuſq; vel meritis, ſed occulto dei iudicio credit̃: o ℭAlios ſal.fe. Sua ſe ſnĩa damnãt, qui etiã nolẽtes ꝙ alios ſaluos fecerit, cõfitent̃. Poterat quidẽ ſe ſaluare: ſed q̃a ipſe Chriſt⁹ dei electus de cruce deſcẽdere noluit. Nã qui ideo venit, vt ꝓ nobis crucifigeret̃, ideo ſe de cruce ſaluare neglexit, quia G

a tare poſt Ieſum. Sequebatur autem illum multa turba populi & mulie-
b rum, quæ plangebant & lamentabantur eum. Conuerſus autem ad il-
c d las Ieſus dixit: Filiæ Ieruſalem, nolite flere ſuper me, ſed ſuper uos ipſas flete, & ſuper filios ueſtros.
e Quoniam ecce uenient dies in quibus dicent: † Beatę ſteriles, & uentres qui non genuerunt, & ubera quæ non lactauerunt. † Tunc inci-
f pient dicere montibus: cadite ſuper
g nos, & collibus, operite nos. Quia ſi in † uiridi ligno hæc faciunt, in arido
h quid fiet? Ducebantur autem & alij duo † nequam cum eo, ut interficerentur. Et poſtquam uenerunt in lo-
i cum qui uocatur Caluariæ, ibi cru-
k cifixerunt eum & † latrones: unum
l à dextris, & alterum à ſiniſtris. Ieſus autem dicebat: † Pater, dimitte illis,
m non enim ſciunt quid faciunt. Diuidentes uerò ueſtimenta eius, miſerũt
n ſortes. Et ſtabat populus † expectãs, & deridebant illum principes cum
o eis, dicentes: Alios ſaluos fecit, ſe ſaluum faciat, ſi hic eſt Chriſtus dei, ele-
p ctus. Illudebant autem ei & mili-
q tes accedentes, & acetum offerentes & dicentes: Si tu es rex Iudæorum,
r ſaluum te fac. † Erat autẽ & ſuperſcriptio ſcripta ſuper eum literis Gręcis

❡Vt omnis lingua confiteatur, quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt eſt dei patris.

cũ cæteris pctõrib⁹ etiã crucifixores moriẽdo curauit ſaluare. p ℭIllu. Nota ꝙ Iudęi vocabulũ Chriſti & filij dei autoritate ſcripturæ ſibi traditum irridẽt. Milites verò ſcripturarũ inſcij, nõ Chriſto dei electo, ſed regi Iudęorũ inſultãt. q ℭEt ace.off. Acetũ erãt Iudęi, à vino patriarcharũ degenerãtes. Hoc aceto milites potãt dñm: quẽ illorũ ſuggeſtioni morti tradũt. r ℭErat au.&c. Hæ tres linguæ præ cæteris eminebant. Hebręa, ꝓpter Iudęos in lege gloriãtes. Gręca, ꝓpter Gẽtiliũ ſapiẽtiã. Latina, ꝓpter Romanos imperantes. Ergo velint nolint Iudęi, oẽ regnũ mũdi, oĩs mũdana ſapiẽtia, oĩa diuĩa legis ſacra teſtant̃, ꝙ Ieſus eſt impator credẽtiũ & cõfitẽtiũ. †Iſaie.2.d. Hoſeę.10.c Apoc.6.d.

☞ Hic eſt rex

*Nicolaus de Lyra.*

❧ a ℭSeque.au.il.mul.tur. quia aliqui ſequebant̃ eũ ad ipſum crucifigẽdũ, aliq ad deridẽdũ eũ, & aliqui ad videndũ ſpectaculũ: & aliq ad plangẽdũ, ſpãliter mulieres deuotę, qb⁹ dixit: b ℭFiliæ Ieruſa.&c. q̃a nõ ſolũ aliquæ de Galilæa ſequutæ fuerãt ip̃m, ſed etiã aliquæ de Ieruſalẽ ſibi adhæſerãt p deuotionẽ. c ℭNolite flere &c. nõ ꝓhibet cõpaſſionẽ, ſed prædicit aliã luctus cauſam in obſidiõe Ierl'm futura p Titũ & Veſpaſianũ, ideo ſubdit̃. d ℭQuoniã ecce di.ue.ſ.xlij. anno poſt paſſionẽ Chriſti, in quo fuit dicta obſidio. e ℭBeatæ ſteriles. q̃a agiliores erũt ad fugiẽdũ q̃ grauidæ. f ℭEt uen. qui nõ genue. H q̃a mulieres habẽtes pueros in obſidiõe fuerũt anxiatæ nõ ſolũ ꝓ ſe, ſed etiã pro pueris ſuis, & aliquæ præ famis anxietate ꝓprios pueros comederũt, ſecũdũ ꝙ dicit Ioſephus libro de Iudaico bello. g ℭTunc inci. di. monti. &c. quia aliq præ horrore miſeriæ quæ tunc fuit in populo Iudęorũ, dicebãt: vtinã montes caderẽt ſup nos. h ℭQuia ſi in uiri.lig.hec fa. Chriſt⁹ hic dr̃ lignũ viride faciẽs fructũ, & p cõſequẽs indignũ abſciſiõe p mortẽ. ppl's aũt Iudaic⁹ hic dicit̃ lignũ aridũ infructiferũ, & p cõſequẽs dignũ abſciſiõe p mortẽ & cõbuſtionẽ gehẽnæ, quæ eſt pœna extrema & maxima. m ℭPater di.il. nõ enim ſc. quid fa. Erãt enim ibi aliqui ſimplices & illiterati à ſacerdotib⁹ Iudæorũ decepti, qui per ſequebant̃ Chriſtũ zelo legis: & ꝓ iſtis orauit Chriſtus. Alij autẽ erãt literati, qui ipſum eſſe Chriſtũ ꝓbabiliter nouerãt: ſeu agnoſcere debuerãt: ſed ex odio & inuidia fuerũt excæcati: & ipſum pſecuti ſunt vſq; ad mortẽ: & pro illis nõ orauit. n ℭErat autẽ & ſu.&c. q̃a iſtę erãt tres liguæ pricipales, vt oẽs poſſent legere.

†23.q.r.c. paratus. † Spectãs. Chriſtus ꝓ quib⁹ orauerit.

❧ Neq; tu ti-

Moraliter. * b ℭFi.Ieru.&c. ſcd'm ſenſum lr̃alẽ flet⁹ ad quẽ induxit Chriſtus mulieres, fuit ꝓpter miſeriã p Romanos ſup Iudæos vẽturã. & illa miſeria fuit figura miſeriæ ſup incredulos vẽturæ p ſpirit⁹ malignos: ꝓ cui⁹ euaſiõe flendũ eſt & orãdũ ante terminũ huius vitæ. i ℭDuce.au.& alij duo &c. Hoc ad literã ꝓcuratũ fuit p principes Iudæorũ, vt à vulgarib⁹ Chriſt⁹ pticipaſſe videret̃ in crib⁹ eorũ. & ſic ipſi viderent̃ iuſtè mortẽ eius ꝓcuraſſe. Et ſic frequenter faciũt maligni quærẽtes operire ſuã maliciã per infamiã iuſti. k ℭEt poſtq̃ ue.in lo.qui uo.Cal.&c. Exponat̃ ſicut Mat.xxvij.& Mar.xv. l ℭIeſus au.dice.&c. Bed. Neq; putãdum eſt eum hoc fruſtra oraſſe, ſed in eis qui poſt eius paſſionem crediderũt, quòd orabat impetraſſe. Notandum ſanè, quòd non pro eis orat qui quem filiũ dei intellexerũt, crucifigere q̃ confiteri maluerunt: ſed pro eis qui neſcierũt quod fecerũt zelũ dei habentes, ſed nõ ſecũdũ ſciẽtiã. vnde ſubdit: m ℭNon enim ſci. quid fa. Cætera exponant̃ ſicut Mat.xxvij.& Marc.xv. vſq; ibi:

* Vnus autem



☞ a ℭHic eſt rex Iudæorũ. Titulus qui Chriſtũ regẽ teſtat̃, nõ in

A fra, ſed ſupra crucẽ ponit̃: quia licet in cruce hoĩs infirmitate dolebat, ſup crucẽ tamẽ regis maieſtate fulgebat: & iõ ĩmolato titul⁹ eſt ſuprapoſitus, vt cũctis legere.i. credere volẽtibus pateat, q̃a p crucẽ non pdidit, ſed corroborauit imperiũ. b ℭIncrepa.eũ. Ipſa increpatio futurũ crucis ſcãdalum etiam circa credẽtes reuelat, quorũ alij à dextris, alij à ſiniſtris. c ℭDñe memẽto mei. Magna grã in hoc latrone eminet. Nullũ mẽbrũ à ſupplicio liberũ habet, præter cor & linguã. totũ qd' liberũ

Rom.10.b. habet offert: Corde credit, ore cõfitetur. Fidẽ habuit q regnaturũ credidit, quẽ ſecũ moriẽtẽ vidit. Spẽ habuit, q aditũ poſtulauit. Charitatẽ firmiter tenuit, q latronẽ & de ſua iniqtate arguit: & vitã

† Neq; times quidẽ tu. quã cognouerat ei prædicauit. Magna virt⁹, cõfitet̃ quẽ videt humana infirmitate moriẽtẽ, quẽ negabãt ap̃li, quẽ viderant miracula diuina virtute facientem. d ℭAmẽ dico ti. Pulcherrimũ affectandæ cõuerſiõis exẽplũ, ꝙ tam cito latroni venia relaxat̃, & vberior gratia q̃ precatio. Semp enim dñs pl⁹ tribuit q̃ rogat̃. Ille rogabat: Memen.m.&c. Dñs ait: Hodie mecũ &c. Cito ignoſcit dñs, q̃a ille cito cõuertit̃. e ℭEt te. Sol retraxit radios ne aut pendẽtẽ videret dominũ, aut ne ip̃i blaſphemãtes ſua Lu-

†Mat.27.f Mar.16.c. ce fruerent̃. Et nota ꝙ ſexta hora.i. ſole receſſuro à cẽtro mũdi crucifigit̃, diluculo.i. oriẽte ſole reſurgit, q̃a mortuus eſt

Rom.4.d. † Super. ꝓpter pctã nr̃a, & reſur. ꝓp.iu.n. Adam peccãte poſt meridiẽ.i. inclinata luce ſidei vox dñi audit̃. eodẽ igit̃ tp̃is articulo, quo tũc peccãdi Adę obcluſerat, nũc latroni pœnitẽti dñs paradiſum reſerat. f ℭVelũ tẽ.ſciſſum. Hoc expirãte domino geſtũ eſt, ſed Lucas præoccupat, volẽs miraculũ ſolis cõiũgere miraculo

B veli. Scindit̃ aũt velũ, vt arca teſtamenti & oĩa ſacra legis quæ tegebantur appareãt, & ad gẽtes trãſeãt. Ioſeph⁹ ait: Virtutes angelicas pręſides quõdã tẽpli tũc pariter cõclamaſſe: Fugiam⁹ ab his ſedi-

†Aduenerant. bus. g ℭPater in ma.&c. Patrem inuocãs, ſe filiũ dei declarat. Spm̃ cõmendans, nõ defectũ virtutis, ſed cõfidentiã eiuſdẽ cum patre ptãtis inſinuat. Amat em̃ dare gloriã patri, in quo nos informat, vt gloriã demus creatori. Cõmen-

Pſ.15.c. dat autẽ. iuxta qd' alibi legit̃: Lætatũ eſt cor meũ, & exultauit lingua mea, inſup & ca.m.re. in ſpe. Qm̃ non derelinques

†mat.27.g Mar.15.d. Ioh.19.g. animã meã in inferno, nec dabis ſanctũ tuũ videre corruptionẽ. h ℭVidens aũt cen. Vidẽs, ꝙ ita haberet poteſtatẽ mittendi ſpiritũ, qd' nõ habet niſi cõditor animarũ: ipſe q crucifixerat in ipſo

† Conſul. paſſiõis ſcãdalo, cõfitet̃ dei filiũ, quẽ Iudæi poſt tot miracula credere renuerũt. Vnde p cẽturionẽ fides eccleſię deſignatur, quæ velo myſteriorũ cæleſtium per mortẽ domini reſerato, mox iuſtũ & dei filiũ tacẽte ſynagoga cõfirmat. i ℭPercu.pe. Quòd pcutiũt pectora in ſignũ pnię & luct⁹ dupliciter põt intelligi. Siue em̃ cuius vitã dilexerãt, iniuſtè occiſum dolebãt: Siue cuius mortẽ ſe impetraſſe meminerãt, hũc in morte ampli⁹ glorificatũ tremebãt. Sed quæcũq; cauſa pect⁹ tundere coegerit, videam⁹ diſtãtiã gentis & gentis. Gentiles, moriẽte dño deũ timẽtes, apertæ cõfeſſiõis voce glorificant. Iudęi percutiẽtes ſolũ pectora, ſilẽtes domũ redeunt. k ℭNomine Ioſeph. Ioſeph per nobilitatem potentiæ ſecularis corpus accipere, per iuſticiam meritorum dignus eſt ſepelire.

☞ Hic acceſ.

a Hebraicis & Latinis: Hic eſt rex Iudæorum. Vnus autem de his qui pendebant latronibus blaſphemabat eum, dicens: Si tu es Chriſtus, ſaluum fac teipſum & nos. Reſpon-

❡Forte & ille conuiciatus prius eſt, ſed repente conuerſus. Nec mirum ſi conuerſo cito ignoſcit, qui etiam inſultantibus veniam dabat.

dens autem altẽr, increpabat eum,
b dicens: † Neque tu times deum,

❡Saltem hic deberes quærere liberationem.

c qui in eãdem damnatione es. Et nos quidem iuſtè, nam digna factis recipimus: hic uerò nihil † mali geſſit. Et
d dicebat ad Ieſum: Domine, memen-
e to mei cùm ueneris in regnum tuum. Et dixit illi Ieſus: † Amen di-

❡Vita eſt eſſe cum Chriſto, quia vbi Chriſtus, ibi regnum.

f co tibi: hõdie mecum eris in paradi-

❡Quando crucifixus eſt.

g ſo. † Erãt autem ferè hora ſexta, &

❡Tenebræ effuſæ ſunt oculis perfidorum, vt fidei lumen reſurgeret.

tenebræ factæ ſunt † in uniuerſam terram uſque in horam nonam. † Et
h obſcuratus eſt ſol, & uelum templi ſciſſum eſt mediũ. Et clamans uoce
i mag na Ieſus, ait: † Pater, in manus tuas commẽdo ſpiritum meum. Et
k hæc dicens expirauit. Videns autem centurio quod factum fuerat,
l glorificauit deum, dicens: † Verè hic
m homo iuſtus erat. Et omnis turba eorum qui ſimul † aderant ad ſpectaculum iſtud, & uidebant quæ fie-
n bant, percutientes pectora ſua reuer-
o tebantur. Stabant autem omnes no-

❡Elongaſti a me amicum, & proxi. & n.m.a mi.

ti eius à longè, & mulieres quæ ſequutæ erant eum à Galilęa hęc uidẽ-
p tes. † Et ecce uir nomine Ioſeph, qui

a ❡Decurio eſt qui de ordine curiæ eſt, & officium curiæ adminiſtrat. b ❡Quia & ipſe diſcipulus Ieſu, ſed occultus, vitans prius inimicicias Iudæorum: ſed in hoc extremo officio minus curat de illis.

q r erat † decurio, & uir bon⁹ & iuſt⁹ (hic non cõſenſerat cõſilio & actibus eo-

❡Ipſa eſt Ramatha Helcanæ, & Samuelis ciuitas in regione Thamitica iuxta decapolim.

s rum) ab Arimathia ciuitate Iudeæ,

FAcies aquilæ de ſuper ipſorũ quatuor:Ezech.j.c.Ezechiel propheta cui aperti ſunt cæli,& vidit viſiones dei,vidit quatuor facies in vno animali.Quatuor inquit facies vni,videlicet facies hominis, facies leonis,facies bouis, & facies aquilæ. In quo deſignaẽ vna noticia de verbo incarnato quadrupliciter deſcripta, prout diffuſius dictum eſt ſuper Matthæum. Deſcriptio eñ Matthæi deſignatur in facie hominis, quia principaliter deſcribit facta ipſius humanitatis. Deſcriptio Iohannis deſignatur in facie aquilæ,quia principaliter deſcribit in Chriſto excellentiam diuinæ naturæ.Deſcriptio autem Marci deſignaẽ in facia leonis,quia principaliter deſcribit ipſius Chriſti regnum. Deſcriptio autem Lucę deſignatur in facie bouis, qui eſt animal immolaticiũ,quia principaliter deſcribit ipſius Chriſti ſacerdotium,vnde & à ſacerdotio inchoat ſuum euangelium,dicens:Fuit in diebus Herodis regis Iudæ ſacerdos quidam nomine Zacharias. Aduertendum tamen,quòd licet quilibet quatuor euangeliſtarum principaliter conſideret vnam prædictarum quatuor conditionum,tamen alias tres non omittit.quia ſecundum quod dicit beatꝰ Gregoriꝰ ſup Ezech.Quidqd ĩ vno reppereris,hoc ſimul ĩ q̃tuor recognoſces ppter qd' aliqui doctores viſionem Ezechielis exponẽtes,dicunt qd' nõ ſolũ apparuit ei vnũ animal hñs quattuor facies prędictas,ſed apparuerunt ei quatuor animalia in omnibus conſimilia.In quo deſignaẽ vna noticia verbi incarnati à quatuor euangeliſtis concorditer,licet differẽter deſcripta.ℭConſiderandum tamẽ,qd' Ezeciel ppheta inter prędictas facies quatuor vidit faciẽ aquilæ deſup eminẽtẽ:in quo deſignatur euãgelij Iohannis reſpectu aliorũ excellẽtia,ſecũdũ qd' diciẽ ĩ verbo pręſumpto:Facies aquilæ deſup &c.In quo deſignaẽ euãgeliũ Iohannis cęteris excellentiꝰ in tribus:quia ſcripſit cæteris ſublimius, ſubtilius,& etiam pfectius. Sublimitatẽ deſignat ſuperior ſitus.cum dicitur:Deſuper. Subtilitatem acuties viſꝰ,cũ diciẽ. Aquilę.Perfectionẽ ſeu integritatem,deſignat quaternarij typus,cum diciẽ: Ipſorũ quatuor. ℭAd euidentiã primi aduertendum,qd' contemplatio ſãctorũ & potiſſimè euangeliſtarũ differt à cõtemplatione philoſophorum.Philoſophi eñ ex creaturis cõtẽplati ſunt ipſum deũ,ſimiliter ſancti:tamẽ differẽti modo & quaſi contrario. Contemplatio eñ eſt actus egrediens ab ipſo contemplante,& in deũ terminaẽ tanq̃ in obiectum:& ideo cõtemplationis actus eſt medius inter contemplantẽ & rem contemplatã:& ideo põt ad vtrũq referri.Si igitur actus diuinæ cõtemplationis referatur ad ipſum cõtẽplantẽ,ſic habeẽ cõtemplatio philoſophorũ. Quærebãt enim philoſophi deũ cõtemplari ex creaturis: inq̃tũ talis ſpeculatio ſeu cõtemplatio eſt ipſius ſpeculantis ſumma pfectio.Cõtẽplationẽ enim primi & ſummi intelligibilis poſuerunt felicitatẽ hominis,vt habetur.x.Ethicorũ.Ex quo patet q talis cõtemplatio erat purè ſpeculatiua:quia quærebant talẽ ſpeculationem ppter ſeipſam,& nõ ppter aliam perfectionẽ. ppter qd' in tali cõtemplatione plus facit ſubtilitas intellectus,q̃ feruor affectus.Si autẽ referaẽ actus contẽplationis diuinæ ad ipſam rẽ contemplatã;Quod fit,qñ talis cõtemplatio quæritur ppter amorẽ rei cõtemplatę,vt ex tali cõtemplatiõe ipſe cõtemplãs inardeſcat in amorẽ diuinũ:ſic habetur cõtemplatio ſanctorũ, & potiſſime euangeliſtarũ.Ex quo patet,q talis cõtemplatio nõ eſt purè ſpeculatiua:quia nõ quæriẽ ppter ipſum ſpeculari,ſed ppter amorẽ ipſius obiecti cõtemplati.Et ideo in tali cõtemplatione plus facit feruor affectus q̃ ſubtilitas intellectus.propter qd' beatus Dionyſius.vij.ca.cæleſtis hierarchiæ dicit q in cõtemplatione diuinorũ propriũ eſt amoris calidũ ſuperferuens & acutũ.quia amans nõ eſt contentus amati ſupficie,ſed nititur q̃tum poſſibile eſt,eius intima penetrare.propter quod dicit. Hugo cõmentator ibidẽ: Vbi ſcientia foris ſtat,dilectio intrat.Igitur quia beatus Iohãnes euangeliſta cæteris euangeliſtis Chriſtum feruentius dilexit, ideo eius ſecreta intimius penetrauit.propter quod ſubtilius ſcripſit: quod notatur in facie aquilæ, quæ tantã perſpicacitatem habet in viſu,q ſolẽ in rota ſua oculis irreuerberatis intuetur: vt dicit Auguſtinus in libro de moribus eccleſiæ.Et de hoc poteſt exponi illud quod ſcribitur Iob.xxxix.d.Nũquid ad præceptum tuũ eleuabitur aquila,& in arduis ponet nidũ ſuũ?Hoc enim verbũ dicitur de Iob negatiuè:ſed de deo affirmatiuè, ſicut patet ibidẽ. Et merito:quia ad præceptum dei humana aquila noſtra: videlicet beatus Iohãnes euangeliſta,eleuata eſt de terrenis ad cæleſtia: quia ad verbum Chriſti vocantis dimiſit thorum nuptialem,et eleuatus eſt ad continentiam virginalem,quæ eſt vita cæleſtis,ſicut dicit beatus Hieronymus in ſermone de aſſumptione beatæ virginis:

Luc.1.a.

Contẽplationes ſanctorum & philoſophorũ differunt

B

Philoſophus.

Dionyſius

Hugo

virginis:Profecto in carne præter carnem viuere,nõ terrena vita C eſt,ſed cæleſtis.vnde in terris angelicam gloriam acquirere maioris eſt meriti,q̃ habere.Eſſe enim angelum felicitatis eſt.eſſe virginem virtutis.dum hoc obtinere viribus nititur cum gratia quod angelus habet à natura.Et talis eleuatio fuit diſpoſitio in Iohanne ad ſubtilius cõtemplandũ & deſcribendũ diuina.Contrariorũ enim contrariæ ſunt cauſæ.Laſciuia autem carnalis inducit intellectus hebetudinem,vt dicit beatus Gregor.xxx.moraẽ.ergo per oppoſitũ cõtinẽtia virginalis diſponit ad eius ſubtilitatẽ.Sed conſummatio huius ſubtilitatis ſubditur in autoritate præmiſſa,cũ dicitur:In arduis ponet nidũ ſuũ.Nidus enim eſt locus,vbi volucres ſe reclinant & quieſcunt.Nidus igiẽ Iohannis fuit ſinus ſaluatoris:quia ſuper pectus eius ſuauiter recubuit,& inde fluenta euãgelij cæteris vberius potauit.Et ideo ſequitur:Oculi eius de longè proſpiciunt:quia ipſi adhuc manenti in terra,reuelata ſunt ſecreta cæleſtia:& quia ſubtilius ſecreta cæleſtia cognouit, per cõſequens & ſubtilius ſcripſit.ℭSecũdo dico,q Iohãnes cæteris euãgeliſtis ſcripſit ſublimius.Et differt hoc mẽbrũ a præcedẽti:qa de infimis põt fieri ſubtilis deſcriptio,ſed ſublimitas deſcriptiõis importat altitudinem materiæ:quod cõuenit Iohanni euangeliſte. quia alijs euãgeliſtis ad deſcribendũ Chriſti humanitatẽ intẽtis, beatus Iohannes ad contemplandum & deſcribendum eius diuinitatem principaliter aſcendit.ppter quod alij tres euangeliſtæ figurati ſunt per aĩalia in terra gradiẽtia,videlicet per hominẽ,vitulũ,& leonẽ.Iohãnes autẽ figuratus eſt per aquilã in altũ volantẽ:in quo deſignauit ſecundũ.ſ.eius cõtemplationẽ & deſcriptionẽ ſuper alios tranſcendentẽ.qd' notaẽ in verbo preaſſumpto,cũ diciẽ:Deſup.Et ideo de hoc põt exponi illud Pſal.xvij.b. Aſcẽdit ſup cherubim,& volauit.Cherubim dicunẽ a plenitudine ſciẽtie: & ideo ſignificãt euãgeliſtas qui fuerũt repleti ſpiritu ſapiẽtiæ diuinæ.ppterea vocanẽ aĩalia plena oculis in circuitu & intꝰ:Apocaẽ.iiij.c.Super iſta cherubim aſcẽdit & volauit:quia cõtẽplationẽ aliorũ euangeliſtarũ tranſcendit diuinitatẽ Chriſti præ cæteris ſpeculando,& q̃tũ poſſibile eſt ſublimius deſcribẽdo:ppter qd' dicit Aug,q ſi altius intonuiſſet,totus mũdus capere nõ potuiſſet.ℭTertio in verbo præſumpto oſtendiẽ cõtẽplatio et deſcriptio Iohãnis alijs perfectior:& hoc in duobus,in qbus ſuppleuit illud qd' ab alijs euangeliſtis fuerat dimiſſum,ſcd'm q dicit Hiero.li.illuſtrium virorũ.Primũ eſt,quia à temporibus Iohãnis ſurrexit error bebionitarũ:qui dicebãt Chriſtũ eſſe hominem purũ, & per cõſequẽs ante Mariã nõ fuiſſe.ppter qd' beatus Iohannes rogatus ab Aſiæ epiſcopis ſcripſit euãgelium,in cuius principio oſtendit diuinã Chriſti naturam in qua æternaliter præceſſit Mariam.Secundum eſt,q cũ Iohãnes legiſſet Matthæi,Marci,& Lucæ euangelia:illa probauit:& eos vera dixiſſe firmauit: veruntamen tantũmodo hiſtoriam Chriſti texuerant q̃tum ad illum annum in quo paſſus eſt,videlicet poſt Iohannis baptiſtæ incarcerationẽ.propter qd' ipſe Iohannes euãgeliſta in ſuo euãgelio narrauit geſta ſuperioris anni anteq̃ Iohãnes baptiſta in carcere clauderetur.Ex quo patet,q perfectius alijs ſcripſit:quæ quidẽ perfectio in verbo præaſſumpto in numero quaternario deſignatur. cũ dicitur:Ipſorũ quatuor.Quaternarius enim numerus eſt primus numerus quadratus.Quòd aũt per quadratũ perfectio deſignetur,patet per philoſophum.j.Ethicorũ.vbi cõparat virtuoſum corpori quadrato.quia ſicut corpus quadratum bene ſedet in oĩ latere,ſic virtuoſus ſe bene habet in quacũq fortuna cõtingente.Quadratura prius inueniẽ in numeris q̃ in corporibus,ſic & vnitas prior eſt ipſo puncto.& ideo perfectio primo & principaliter deſignatur in numero quaternario, quæ quidem pfectio in euãgelio Iohãnis præ cæteris inueniẽ,vt patet ex dictis.Et ideo de hoc poteſt exponi illud Ezech.j.d.Cũq aſpicerẽ animalia apparuit vna rota habẽs quatuor facies.Intuẽti enim diligẽter quatuor euãgelia,apparet euãgelium Iohãnis alijs pfectius, vt dictũ eſt.& hoc deſignaẽ,cũ dicitur:Apparuit vna rota:quia figura circularis eſt pfectiſſima.Sed vlterius dicitur,q hec rota habet quatuor facies:quia euãgeliũ Iohãnis cõtinet quatuor ptes principales:quia primo deſcribit ipſius dei æternalẽ pceſſionẽ, dicens: In principio erat verbũ.Secũdo,p ipſum generalẽ rerũ productionẽ,dicens:Oĩa p ipſum facta ſunt.Tertio deſcribit eius tẽporalẽ incarnationẽ,dicẽs:Et verbũ caro factũ eſt.Et conſequẽter deſcribit opera quæ Chriſtꝰ in carne humana aſſumpta peregit.Quarto,per ipſum filiũ dei incarnatũ oſtẽdit finalem generis humani glorificationem.propter quod in fine ſui euãgelij cõcludit. Hæc autẽ ſcripta ſunt,vt credatis qm̃ Ieſus eſt filius dei,et vt credentes vitam habeatis.Et patet ordo huius euangelij ad alia,quia prius eſt ordine perfectionis:licet ſit poſterius ordine temporis. Patet etiam ordo partium huius euangelij in ſe.Et in hoc iſte prologus terminatur.

Cõtemplatio & deſcriptio Iohannis fuit cæteris perfectior ĩ duobus

D

Philoſophus

Euãgelij Iohannis partes q̃tuor

Iohã.20.g.

E *Prologus ſancti Auguſtini in euangelium ſecundum Iohannem.*

OMnib⁹ diuinę ſcripturæ paginis, euāgeliū excellit:qa qđ lex & ꝓphetę futurū prędixerūt,hoc cōpletū dicit euāgeliū. Inter ipſos aūt euāgeliorū ſcriptores Iohānes emiet ī diuinorū myſteriorū ꝓfunditate,q à tpe dñicę Aſcēſiōis p ānos.lxv.vbū dei abſq; adminiculo ſcribēdi vſq; ad vltia Dōiciani prædicauit tpa. Sed occiſo Dōiciano,cū pmittēte Nerua de exilio rediſſet Epheſum, cōpulſus ab epis Aſiæ de coæterna pr̄i diuinitate Chriſti ſcripſit aduerſus hæreticos.q eo abſēte irrupant ī ei⁹ eccleſias,q Chriſtū añ Mariā fuiſſe negabāt. Vñ meritò in figura q̄tuor animaliū aqlæ volāti cōpatur, quæ volat alti⁹ cæteris aīalib⁹, & ſolis radios irreuerberatis aſpicit luminibus Cæteri qppe euāgeliſtæ,q tpalē Chriſti natiuitatē & tēporalia ei⁹ facta,quæ geſſit ī homine ſufficiēter exponunt, & de diuinitate pauca dixerūt,q̄ſi aīalia greſſibilia cū dño ambulāt ī terra, Hic autē pauca de tpalib⁹ ei⁹ geſtis ediſſerens,ſed diuinitatis potentiā ſublimi⁹ cōtēplās,cū dño ad cælū volat. Qui em̄ ſupra pectus dñi in cœna recubuit, cæleſtis hauſtū ſapiētię cæteris excellētius de ipō dominici pectoris fōte potauit. Legerat ſiqdē euāgelia triū euāgeliſtarū,& approbauerat fidē eorū & vitatē
F in qb⁹ deeſſe vidit aliq̄ geſtarū rerū hiſtorię,& ea maximè quæ domin⁹ geſſit primo prædicatiōis ſuę tpe.ſ.anteq̄ Iohānes baptiſta clauderet ī carcere. Hæc ergo q̄ſi dimiſſa ab illis,ſcribit Iohānes quę fecit Ieſ⁹ anq̄ Iohānes traderet,ſed maxiè diuinitatē Xp̄i & trinitatis myſteriū cōmēdare curauit. Tres ſiqdē alij euāgeliſtę dicta & fctā dñi tpalia,quæ ad īformādos mores vitæ p̄ntis maximè valēt, copioſi⁹ cōſequuti,circa actiuā vitā ſūt verſati. In q̄ laborat,vt cor mūdet ad vidēdū deū. Iohānes vò pauca dñi fctā dicit:vba verò dñi quæ trinitatis vnitatē,& vitæ æternę felicitatē inſinuāt,diligēti⁹ cōſcribit:& ſic in cōtēplatiua vita vtute cōmēdāda,itētionē ſuā & prędicationē tenuit. In q̄ cōtēplatiua vacat,vt de⁹ videat. Iſte ſiqdē eſt Iohānes, quē dñs de fluctiuaga nuptiarū tēpeſtate vocauit,& cui matrem vginē vgini cōmēdauit. b Nup. Vinū aliud ē nuptiale aliud ſpirituale. Nuptiale vinū ad literā poſſum⁹ dicere qđ de aq̄ ſubſtitutū eſt. Spiritualiter per vinum qđ defecit in nuptijs,poſſumus legem

*Prologus ſancti Hieronymi in euangelium ſecundum Iohannem, Incipit.*

a HIc eſt Iohannes euangeliſta un⁹ ex diſcipulis domini qui uirgo electus à deo eſt, †quē de nuptijs uolentem nubere uocauit deus. Cui uirginitatis in hoc duplex teſtimonium in euangelio datur, quod & præ cæteris dilect⁹ à domino dicitur, & †huic matrem ſuā pendens in cruce commendauit dominus, ut uirginem uirgo ſeruaret. Deniq; manifeſtans in euengelio, qđ erat ipſe incorruptibilis: uerbi opus inchoans, ſōlus uerbum cārnem factum eſſe, nec lumen à tenebris compræhenſum fuiſſe teſtatur. Primum ſignum ponens, quod in nuptijs fecit domin⁹, oſtendens quod ipſē erāt, ut legentibus demoſtraret, quod ubi domin⁹ inuitatus eſt, deficere nuptiarum uinum debeat, ut & ueteribus immutatis,

ſ Ecce vnum. a ſ Hic aliud teſti. ſ Scilicet Iohannes, vel deus. a ſ Alias ſolis, ſcilicet verbis. a ſ Verbum caro factum. a ſ Deus vel Iohannes. b ſ Scilic et inuitatus de vino nuptiarum in vinum nouum, quo inebriat de calice pręclaro, domino a ſe inuitato. ſ Lex coniugij.

*Nicolai de Lyra expoſitio prologi beati Hieronymi ſuper Iohannem.*

HIc eſt Io. Huic euāgelio qđ eſt cęteris pfecti⁹.vt patet ex dictis, beat⁹ Hie. hūc ꝓlogū pręmittit: In q̄ pricipaliter tria facit:qa primò deſcribit ſcriptoris hui⁹ euāgelij cōmēdationē. Scđ'ò ipſi⁹ euāgelij ordīationē,ibi
Diuiſio
Tamē poſt oēs. Tertiò pōit Hie. ſuā excuſationē,ibi: Quorum tñ Prima diuidit ī q̄tuor:qa primò deſcribit ipſi⁹ Iohānis ſtat⁹. Secūdò ſuę deſcriptiōis modus ibi: Deniq; maīfeſtans, Tertiò deſcriptiōis tp̄s & loc⁹ ibi: Hoc autē euāgeliū. Quartò Iohānis obitus, ibi: Hīc eſt Iohānes. Pr̄ia ī duas:qa primò ponit ipſi⁹ Iohānis cōmēdatio. Scđ'ò cuiuſdam dicti ī ea probatio,ibi: Cui virginitatis. ℭ Circa primū Iohānes à q̄tuor cōmēdat:qa primò deſcribitur ei⁹ cōmēdatio ex ꝓprio noīe,cū dicit: Hīc eſt. qđ īterpretat ī q̄ eſt gratia. Sicut em̄ Iſaac ī veteri Teſtō. & Iohānes bapiſta in nouo ſortiti ſūt ſua propria noīa ex diuīa pręordinatiōe,ad ſignificādū ipſorū ꝓprietatē,vt patet Geñ.xvij.c.de Iſaac. Et lu.j.de Iohāne baptiſta: Ita credendum eſt q̄ ipē ex diuīa pręordinatiōe nomīat⁹ ſit Iohānes,ꝓpter plenitudinē grę, q̄uis nō ſit ſcriptū.qa nō oīa ſūt ſcripta, vt habet ī fine hui⁹ euāglij. Scđ'ò cōmēdat ex officio,cū ſubdit: b ℭ Euā.qa ex diuīa ordinatiōe habuit offi-
Iohā.21.g ciū ſcribēdi euāgeliū. Nō em̄ ꝓpriè loquēdo dicit euāgeliſta doctor euangelij vel ipſi⁹ prędicator,ſed ille q ex officio eſt ei⁹ con- G ſcriptor. Tertio cōmēdat ex cōuictu cū dicit: c ℭ Vnus. Et inter alios fuit de primis Chriſti diſcipulis,vt.j.patebit. & prę cæteris Chriſto magis familiaris,qđ eſt indiciū ſuę vtutis. Quartò cōmēdat ex vtutis actu,cū dicit: d ℭ Qui uir. Act⁹ em̄ magnę vtutis eſt continentia vginalis,ꝓpt qđ de ipſa dicit Saluator Mat.xix.b Nō oēs capiūt vbū iſtud qa pauci p̄nt ad hāc pfectionē attingere,ꝓpter qđ ibidē ſubdit: Sūt Eunuchi q ſe caſtrauerūt ꝓpter regnū cęlorū,q pōt cape capiat. Tp̄s aūt q̄ Iohānes vocat⁹ eſt ad cōtinētiā virginalē,oſtēdit, cū dicit: e ℭ Quē de nup. de qb⁹ nuptijs dicet inf.ij.c. Sed cōtra hoc videt eſſe illud qđ dicit Math.iiij. q̄ Iohannes vocat⁹ eſt cū Iacobo fratre ſuo de naui vbi erāt cū Zebedeo patre eorū. Dicendū,q̄ triplex fuit hui⁹ Iohānis vocatio Primò em̄ fuit vocat⁹ ad ipſi⁹ noticiā aliq̄lē. Et de iſta vocatiōe habet Ioh.j.e. quādo Andreæ petēti: Rabbi, vbi habitas: rñdit Ieſus: Veni & vide.qa cū ipſo Andrea erat Iohānes,vt.j.videbitur. Scđ'ò vocat⁹ eſt ad ipſi⁹ Chriſti familiaritatē. Et de hac loqt hīc Hie.qa iſta vocatio de nuptijs facta eſt: & extunc Iohānes fuit Chriſto familiaris ꝓpter mūdiciā cōtinētię vginalis. Tertiò vocat⁹ fuit ad apl'atū:qñ relictis retib⁹ & pr̄e,cū fratre ſuo ſequut⁹ eſt Ieſū. Et de iſta vocatiōe loquit Matthæus. Ex q̄ patet qđ vbū Matthęi nō cōtrariat verbo Hiero. f ℭ Cui uir. Hīc cōſequenter ꝓbat qđdā ꝓpoſitū in precedēti cōmēdatiōe. Cōmēdauerat em̄ Hiero. Iohānē ex q̄tuor.ſ.ex nomine,ex officio, ex conuictu,& ex virtutis actu. Tria autē prima erant manifeſta. Nō ſic autem quartū,videlicet virginalis cōtinētia,iō iſtud ꝓbat Hieroñ.duplici teſtimonio. Primum eſt ſpecialis dilectio Chriſti ad ipſum,q̄ erat ſuæ virginitatis ſignū,qa ſcđ'm q̄ dicitur Eccle.xiij.c. Oē animal diligit ſimile ſibi: volatilia ad ſimilia ſi- H bi cōueniūt: ſic omnis caro ad ſibi ſimilē cōiungetur: & omnis homo ſibi ſimili aſſociabit. De Chriſto aūt nulli eſt dubiū quin fuerit virgo &c. Et hoc eſt q̄ dicitur: Cui uirginitatis in hoc du. Primū aūt teſtimoniū tāgit,cū dicit: g ℭ Quia & præ cæte. Sicut.j.xix.e. Vidit illū diſcipulū quē diligebat Ieſus &c. Scđ'm autē teſtimoniū virginitatis Iohānis,fuit recōmēdatio matris Chriſti in cruce ſibi facta: vt virgo virgini deſeruiret: & eſſet adinuicē grata ſocietas: & floridus aſpectus,ſcđ'm q̄ dicit Hiero. in ſermone de aſſumptione virginis Marię. Et hoc eſt qđ dicitur: Et huic ma. h ℭ Deniq;. Hic cōſequēter oſtenditur ſcribēdi mod⁹ quē tenuit Iohānes in ſcribēdo iſtud euāgeliū,qa ſcribēdo Chriſti naturā incipit ab emanatiōe incorruptibilis verbi: per hoc oſtēdit in Chriſto naturā diuinā. & talis modus incipiēdi debebat Iohāni propter incorruptionē carnis ſuæ. Et hoc eſt qđ dicit: Deniq; mani. incipiēdo euāgeliū. i ℭ Quia erat ipſe: Id eſt, incorruptionē carnis ſuæ k ℭ Incorruptibilis uerbi opus inchoās. qa ab hoc ſuū euāgeliū incepit, dicēs: In principio erat verbū &c. Iohan.1.a
l ℭ Solus uerbū carnē fa. quia alij euāgeliſtæ non loquunt de ꝓprietatibus verbi ſicut iſte. Similiter deſcribendo facta Chriſti humanitus geſta, incipit ab illo ſigno quo Chriſtus inuitat⁹ ad nuptias deficiente vino aquā conuertit in vinū, vt habetur.j.ij.ca. Et per hoc deſignatur, q̄ in illis q̄ inuitāt Chriſtū ad nuptias ſpūales per aggreſſum cōtinentiæ virginalis, debet deficere delectatio carnalis: quæ p vinū deſignat: vt aqua cōuertat nouo mō in vinū p Chriſtū: mutādo carnalē delectationē in ſpūalē. Et hoc modo incipiēdo deſcriptionē operū Chriſti oſtendit ſuā virginitatem. Et hoc eſt q̄ dicitur: m ℭ Primū ſignum po. mutando aquam in vinū. n ℭ Oſtendens q̄ ipſe erat.ſ. ſegregatus a delectatione carnali per cōtinentiā virginalē. o ℭ Vt legem. ſuū euāgeliū. p ℭ Demonſtraret: q̄ ubi dñs inui. ſit.i. in nuptijs ſpiritualibus. q ℭ Deficere nup. ui. debe.i. delectatio carnalis. r ℭ Et ueteribus immutatis.i. delectatione carnali quæ corruptionē inducit, mutata in ſpiritualem, quæ renouat aīam,
Noua omnia

Margin: †Iohā.2.a Iohannes fuit triplici vocatione vocatus. †Iohā.19.c Iohānes cōmendat ex quatuor.



A leg ē cōiugij intelligere,q̄ ante aduētū Chriſti ferè ab oīb⁹ cuſtodiebat.qa tūc dicebat: Creſcite & multiplicamini.& ſteriles q̄ nō
Geñ.1.c. pariebāt,magno opprobrio cuſtodiebant. Sed veniente Chriſto iā in qbuſdā cœpit vinū illud deficere,& aliud vinū.ſ. vginitatis creſcere,ſicut ī Maria, Iohāne, Stephano,& in plurib⁹ alijs. Ideo aūt dr̄ vinū cōiugale ipā lex cōiugij: qa ſicut vinū inebriat hoīem,& à ſtatu ſuę mētis alienat,ſic lex cōiugij alienat hominē ab his q̄ dei ſūt,& ſollicitū eū facit circa mūdanas res qb⁹ ſe & cōiugē & ꝓlē nutrire q̄at. Caſtitas vò dr̄ vinū ſpirituale,qa qđ iſtud facit ſeculo,illud facit deo: qa facit poſtponere mūdana, & cęleſtib⁹ īhiare. Et ideo poſuit hoc,vt demōſtraret,q̄ vbi dñs ē īuitat⁹.i.ī mētib⁹ illorū ad q̄s īuitat⁹ venit,vinū nuptiarū.i.veteris cōſuetudinis debet deficere vt & veterib⁹ īmutatis.i.dimiſſis oīa ap
†Apo.21.c pareāt noua q̄ à Chriſto nouo hoīe conſtituunt. a ℭ Et h.ē Io. Iohānes īterpretat gr̄a dei,ſiue ī q̄ ē gr̄a,vel cui donatū eſt. Cui aūt theologorū donatū ē ita abſcōdita ſummi boni myſteria penetrare, & ſic humanis mentibus intimare:

*Nicolaus de Lyra.*

a ℭ Noua o.q̄ à Ch.in.i.reparant: appa. b ℭ Hoc a. Hīc cōſequēter oñdit tp̄s & loc⁹,in q̄ Iohānes ſcripſit iſtud euāgeliū. Loc⁹ eſt Aſia minor,ī q̄ Metropolis eſt Epheſus,in q̄ plurimū Iohānes fuit cōuerſat⁹.& hoc eſt q̄ dr̄: Hoc a.e. ſc.in Aſ.qa de hoc rogat⁹ fuit ab Aſię epis rōne p̄dicta. Tp̄s aūt deſcriptiōis huius euāgelij fuit poſtq̄ Iohānes redierat de relegatiōe exilij,vbi apocalypſim ſcripſerat ī īſula q̄ dr̄ Pathmos.& hoc eſt q̄ dr̄: c ℭ Poſteaq̄ in Path.inſ.Ap.ſc. Sed qa poſſet aliqs credere,q̄re liber Apocalypſis ponit vltimus in canone,cū fuerit deſcript⁹ ante illud euāgeliū: Ideo
B ad hoc rñdet Hier.dicēs,q̄ hoc factū eſt vt finis canonicę ſcripturę principio rñderet: qa ſcriptura canonica īcipit à principio īcorruptibili,cū dr̄: In pr.cr.d. Et ideo cōueniēs fuit,q̄ finis ipſi⁹ īcorruptibilis p virginē deſcriberet. Vñ & liber Apocalypſis in finali btitudinę terminat,q̄ cōſiſtit in reductiōe creaturæ ad ipm: ſicut p creationē egredit ab ipō,de q̄ creatiōe agit in canonis pricipio. & hoc eſt qđ dr̄: d ℭ Vt cui in pr.ca.i. ipſi deo à quo creatura egredit. e ℭ Et et.inc.fi.p uir.i. per Iohannē. f ℭ In apo.red. qa ibi deſcribit finis creaturæ.ſicut & pricipiū: ꝓpter qđ ſubdit: g ℭ Dicente Ch. Ego ſ.alp.& o. Apoca.vlti.c. Alpha em̄ eſt pr̄ia lr̄a Gręci alphabeti: O vò vltima.& p hoc deſignat, q̄ ipſe Chriſt⁹ eſt principiū & finis ſacrę ſcripturę,ac etiā toti⁹ ſcripturę verę: qa eſt vitas pr̄ia,a qua oīs alia vitas deriuat. h ℭ Hic eſt Io. hīc cōſequēter deſcribit ipſi⁹ Iohānis felix obit⁹.qđ oſtendit de duob⁹. Primò: qa ex diuina reuelatiōe p̄ſciuit ſe vocatū ad cæleſte regnū.& hoc eſt qđ dr̄: Hic eſt Io.q ſci.ſup.diē rec.ſ.de hoc mūdo. i ℭ Cōuocatis di.ſu.in Ep.q̄ erat metropolis illius terræ. k ℭ Per mul.ſigno.expe.quia ſenſibiliter viderat multa miracula vtute Chriſti facta. l ℭ Promens Ch.quia talia ſunt diuinitatis Chriſti oſtēſiua. Scđ'ò: qa ſpeciali modo obijt nō ſentiēs dolorē mortis.& hoc eſt q̄ dr̄, m ℭ Deſcēdēs. propria volūtate. n ℭ In def.ſep.ſuæ loc.vt habet in legēda ſua. o ℭ Facta ora.po.eſt ad pa.ſ.i.ad ſctōs pr̄es veteris Teſtamēti,q iā erāt in gl'ia cæleſti. p ℭ Tā ext.a dolo.mor.non dicit à morte,qa mortu⁹ fuit p ſeparationē aīæ à corpe.qa qlibet homo debitor eſt mortis ex primi parētis trāſgreſſiōe,ſcđ'm qđ dicitur Heb.ix.g. Statutū eſt hominib⁹ ſemel mori,ſed dolorē mortis nō ſenſit ex priuilegio ſpeciali in ſignū integritatis virginalis,ꝓpter qđ ſubdit: Quòd à cor.iu.al. q ℭ Tamē p. Poſita cōmendatiōe Iohānis: hīc Hiero.oſtēdit ordinē ſuę deſcriptiōis,qa vltim⁹ inter euāgeliſtas ſcripſit euāgeliū.& hoc decebat virginē: qa taciturnitas & verecūdia debēt eſſe annexę virginitati.& hoc eſt qđ dicit: Tamē poſt o.e.ſcr.& h.uir.de.ratiōe p̄dicta. r ℭ Quorū ta. Hīc ponit Hiero.ſuā excuſationē à diligēti p tractatiōe ordinis euāgeliſtarū & euāgeliorū,dicēs,q̄ illa ī generali tm̄modo tetigit triplici de cauſa. Primò: qa p hoc q̄ in generali tāgit,excitat deſideriū in legētib⁹ ad pfectius cognoſcēdū. Scđ'ò: ex tali deſiderio homo laborat ad perfectiorē cognitionē q̄rendā.& talis labor eſt ei meritorius. Tertiò: quia per hoc doctrina magiſterij ipſi deo reſeruat,q veritatē reuelat quærētib⁹ taliter.& hoc eſt q̄ dr̄: Quorū.i.euangeliorū. s ℭ Vel ſc.i.euāgeliſtarum. t ℭ Tp̄is diſ. In q̄ tpe quilibet eorū ſcripſit. v ℭ Vel lib.or.i.quare euāgeliū Matthęi ſit primū, Marci ſcđ'm,& ſic de alijs. x ℭ Ideo à no.p ſin.nō exp.ut ſci.deſi.col. Infidelib⁹ iſta legentib⁹. y ℭ Et quærē.horū pfectā cognitionē. z ℭ Fructus la.& d.mag.do.ſer.qa paratus eſt reuelare veritatem fideliter inquirentibus ipſam. C

ſ Id eſt virginitas appareat.

noua omnia quæ à Chriſto inſtituuntur appareant. Hoc autem euangelium ſcripſit in Aſia, poſteaquam in Pathmos inſula Apocalypſim ſcripſerat, ut cui in principio Canonis incorruptibile principium prænotatur in Geneſi, & etiam incorruptibilis finis per uirginem in Apocalypſi redderetur, dicente Chriſto: †Ego ſum alpha α & ω. Et hic Iohannes, qui ſciens ſuperueniſſe diem receſſus ſui, conuocatis diſcipulis ſuis in Epheſo, per multa ſignorum experimenta promēs Chriſtum, deſcendens in defoſſum ſepulturæ ſuæ locum, facta oratione poſitus eſt ad patres ſuos: tam extraneus à dolore mortis, quàm à corruptiōe carnis inuenitur alienus. Tamen poſt omnes euangelium ſcripſit, & hoc uirgini debebatur. Quorum tamen uel ſcriptorum temporis diſpoſitio uel librorum ordinatio ideo à nobis per ſingula non exponitur, ut ſciēdi deſiderio collato, & quærentibus fructus laboris, & deo magiſterij doctrina ſeruetur.

ſ Angelos. ſ Per ſingula. ſ Alias, vt neſcientibus deſiderium eſſe videtur.

*Poſtilla uenerabilis patris fratris Nicolai de Lyra ſuper euangelium Iohannis.*

CAP. I.

IN prin.e.uer. Scđ'm qđ patet ex p̄dictis, itētio bti Iohānis eſt diuinitatē dñi nr̄i Ieſu, Chriſti principal'r declarare ad extinguēdū hęreſim Hebionitarū ex tūc inſurgentē,q dicūt Chriſtū purū hominē & p cōſequēs añ mariā nullo modo fuiſſe. Et ideo in hoc euāgelio ſic ꝓcedit: qa primò diuinitatē Chriſti p rōnē q̄tū poſſibilè eſt ꝓbat. ſcđ'ò ipſam p miracula ab ipſo facta manifeſtat in principio ſequētis ca.ibi. Tertia die. Prima ī duas: qa prīò diuinitatē Chriſti oſtēdit. D ſcđ'ò declarat qualiter hoc ſibi innotuit, ibi: Et vidim⁹. Prima in duas: qa prīò declarat ipſi⁹ filij dei ęternā generationē. ſecundò tpalem ipſi⁹ incarnationem, ibi: Fuit homo. Prima in duas: qa primò de- Diuiſio terminat de ipſo filio dei q̄tū ad ei⁹ eſſe ſeu generari. ſcđ'ò q̄tū ad ei⁹ opari, ibi: Oīa p ipſum. Circa primū quatuor declarat. primū eſt filij à pr̄e ęternā generationē. ſcđ'm eſt ipſorū pſonalē diſtinctionē: ibi: Et verbū erat apud deū. tertiū eſt pr̄is & filij cōſubſtātialitatē, ibi: Et deus erat verbū, quartū eſt ipſorū coęternitatē, ibi: Hoc erat in principio apud deū. ℭ Ad euidentiā iſtorū cōſiderandū,q̄ btūs Iohannes in declaratione iſtorū vtit noīe verbi: qđ non inuenit niſi in creatura intellectuali,q̄ eſt ad imaginē dei facta,& ideo efficacius ducit in cognitionē creatoris q̄ cęterę creaturę. Et ideo ad intellectū dicēdorū aliq̄ ſunt hīc p̄mittenda. primū eſt qualiter verbum in nobis inuenit. ſcđ'm qualiter in deo ponit. tertiū qualiter proprietas filiationis in vbo diuino reperit,qa beat⁹ Iohānes loquitur de filio dei ſub noīe verbi. ℭ Circa primū ſciendū,q̄ vox ſignificatiua dr̄ verbū: ſed hoc eſt tm̄modo largę & denoīatiuè, inq̄tū ſignificat interioris mētis cōceptū. ſicut vrina dr̄ ſana, inq̄tū eſt ſanitatis indicatiua.& ideo ſicut ꝓpriè dr̄ ſanitas,qđ p vrinā deſignat: ita illud ꝓpriè dr̄ verbū,qđ p vocem ſignificat, hoc autē eſt īterior mētis cōcept⁹,ſcđ'm qđ dicit philoſoph⁹.j. Perihermenias. Voces ſunt notę.i.ſigna earū paſſionū q̄ ſunt in aīa.& iō cōcept⁹ mētis interior etiā anteq̄ p vocē deſignet, ꝓpriè verbum dr̄.& hoc eſt qđ dicit Aug.xv.de trini. Quiſqs pōt ītelligere verbum, nō ſolū anteq̄ ſonet, verū etiā anteq̄ ſonorū eius imagines cogitatiōe inuoluant: pōt videre aliquā illi⁹ verbi ſīlitudinē. de quo dictū eſt: In prin.er.uer. Aduertēdū tñ,q̄ in nobis eſt duplex īterior mētis cōcept⁹. vn⁹ informis & impfect⁹: ali⁹ format⁹ & pfect⁹. cuius ratio eſt,qa cognitio nr̄a ꝓcedit de impfecto ad pfectū.& iō de re prīò habem⁹ cōceptū cōfuſum & ipfectū,vt hr̄ j.phyſicorū.& talis cōcept⁹ nō dr̄ ꝓpriè verbū,ſed cogitatio. Procedēdo aūt puenim⁹ ad habēdū cōceptū rei pfectū & determīatū q à philoſophis vocat diffinitio,à ſanctis aūt dr̄ ꝓpriè verbū: & hoc eſt qđ dicit Aug.ix.de trinitate. Diffinitio tēpantiā.& hoc ē verbū ei⁹ & ſic patet primū.ſ.qd ſit verbū in nobis. Circa ſcđ'm cōſiderādū,q̄ de⁹ ē ītellectualis naturę,vt ab oīb⁹ tā ſctīs q̄ philoſophis ſupponit tāq̄ manifeſtū: & ideo in ipſo ponit verbū, nō tñ ad ſīlitudinē verbi largè dicti,qđ eſt ipſa vox ſignificatiua: vl' cōceptus rei impfect⁹,qa in deo nihil eſt ſenſibile, nec etiā impfe-

Margin: De verbo tria tractātur. Mētis cōcept⁹ duplex.

 ctum: &

E **I**N principio erat uerbũ. Contra  Cap. I. eos qui ꝓpter tpalem Chriſti natiuitatem dicebant Chriſtũ nõ ſemꝑ fuiſſe, incipit de æternitate verbi dicẽs: In prin. erat uerbũ. Verbũ dicit: Vel qd ꝓfertur & tranſit: vt qñ dicit deus, vel aliqd hmõi: vel cogitatio ſeu cõceptio mẽtis quæ ex mente nata cum ipſa mente ꝑmanet, vt quãdo cogitas vel diuinã ſubſtãtiã. vel aliã rem. Hac ſilitudine ratio & ſapĩa dei quę ex deo nata oĩa cõprehẽdit verbũ dr̃. Hoc dr̃ eſſe in principio cõtra eos, q (qa ex tpe dr̃ naſci ex virgine) dicũt nõ ſemꝑ fuiſſe: In pr. i. pr̃e q eſt principiũ nõ de prĩcipio: ipe cũ eo ẽ prĩcipiũ de prĩcipio. In q ſolũ notat æternitas verbi, q oĩa præcedit. Sed qa alij dicebãt, quòd idẽ deꝰ aliqñ eſt pater, aliqñ filiꝰ, vt alter notet ĩ ꝑſona, ſubdit: Et verbũ erat apud deũ, vt aliꝰ apud aliũ. Sed qa alij cõcederẽt, & ſemꝑ aliũ fuiſſe ſed nõ deũ eſſe, ſubdit: Et deꝰ erat verbũ. Sed qa iterũ alij etiã deũ cõcederẽt, ſed factũ deũ, vt ex hoĩbꝰ fiũt dij: cõtra eos addit: hoc. i. verbũ erat apud deũ. ĩ prĩcipio. i. añ oĩa natꝰ ex deo, ĩ quo & coomnipotẽs & cõſubſtantialis & coęternꝰ indicat. Poſtq̃ aũt dixit de natura filij, de opatiõe ipiꝰ, ſupponit: oĩa ꝑ ipm̃ facta ſũt. oĩa. i. quidqd eſt ſiue in ſubſtãtia, ſiue ĩ aliqua naturali ꝓprietate. Ecce autor bonorũ. Et ſine ipſo factũ eſt nihil, qa nõ ab eo eſt qd nõ eſt naturalr̃: ſed qd eſt ꝑuerſo naturæ, vt malũ ſiue idolũ. Ecce nõ eſt autor malorũ.

† ſermo

F Sed ne qa iſta facta ſunt mutabilia, ipa volũtas & rõ & ſapĩa dei videret eẽ mutabilis, addit, qd fctm̃ ẽ, ĩ tpe & eſt mutabile, erat viuẽs & ꝑmanẽs ĩ ipõ, vt arca fctã in ope mutat & ꝑijt, arca ĩ mẽte artificis ꝑmanet: ita vt ex ea alia & alia fieri poſſit illa priꝰ fctã ꝑeũte. & ita cõſtat, ꝙ creatura nõ eſt coęterna creatori, ſed ars & rõ ſapĩa ex q̃ fit ẽ coęterna deo. Dicto q̃ ſit natura verbi, q̃ ẽt eius opatio, ſupponit qd faciat hũanæ rõnali creaturę: & hęc vita. i. ſapĩa dei ĩ q̃ viuũt oĩa, erat lux, q̃tũ ĩ ſe ẽ: & ſi iniq nõ ſentiũt. lux. i. illũinatio hoĩm, nõ pecorũ vl aliarũ rerũ. Et hęc qdẽ lux lucet q̃tũ ĩ ſe ẽ ĩ tenebroſis, ſicut ſol ſuꝑ cęcũ, & tñ illi mali vt cęci nõ ſentiũt ſolẽ. Si em̃ cõphẽderẽt, tenebrę nõ eẽnt. Vt aũt & ipę tenebrę poſſent cõphẽdere, ꝑmiſſus ẽ hõ in teſtimoniũ huiꝰ lucis. Et ipa lux. i. verbũ, factũ ẽ caro, q̃ſi mutatũ ĩ lac propter ꝑuulos: In forma em̃ deitatis nõ poſſet noſci à paruulis. Alij euãgeliſtę deſcribũt Chriſtũ natũ ex tpe. Iohãnes affirmat eũ fuiſſe ĩ pr̃e, vt in prĩcipio. Nõ fuit añ pr̃ q̃ filiꝰ. Ecce filiꝰ alia ꝑſona à pr̃e, vna ſubſtãtia cũ pr̃e. b ℭ Erat. Sum verbũ ſubſtãtiuũ duplicẽ habet ſignificatiõnẽ: Aliqñ em̃ tpales motꝰ ſcd̃m analogiã aliorũ verborũ declarat. Aliqñ ſubſtãtiã vniuſcuiuſq; rei de q̃ p̃dicat nõ vllo tpali motu deſignat: iõ & ſubſtãtiuũ vocat. tale eſt qd dicit: In pr. e. u. quaſi ĩ pr̃e ſubſiſtit filiꝰ. Nõ em̃ ꝓ tpe, ſed ꝓ ſubſtãtia ponit, erat. ℭ Quare ponit erat ſubſtãtiuũ verbũ, vt ĩtelligas oĩa tpa præueniſſe coæternũ patri verbum. c ℭ Verbum. Vel quia per eũ pater mundo innotuit, vel quia ipſum dicẽdo. i. generãdo deus pater oĩa creauit, verbũ dicitur. d ℭ Et u. e. Alij ſubitò ĩter hoĩes apparuiſſe: Iohãnes dicit apud deũ ſemꝑ fuiſſe. Alij verũ hominẽ: Iohãnes verũ deũ aſſerit dicẽs: deꝰ erat verbũ. Alij hoĩem ĩter hoĩes cõuerſatũ, Iohãnes apud deũ manẽtẽ dicit: hoc erat in prĩcipio apud deũ. Alij dicũt miracl̃a q̃ fecit hõ in mũdo: Iohãnes ꝑ ipſum oĩa facta teſtat: Oĩa ꝑ ipſum facta ſunt. Ecce autor bonorum, Sine ipſo factũ eſt nihil. Non eſt autor malorum.

☞ Omnia

*Incipit Euangelium ſecundum Iohannem.*



## CAPVT I.

¶ In patre, qui principium ſine principio eſt: vel in principio omnium creaturarum vel temporum. i. cum inciperent omnes creaturæ vel tempora, iam erat verbum: vel quia ab ipſo habent omnia principium exiſtendi. ¶ Non in Maria incœpit vt quidam volebant. ¶ Vt idem in ſubſtantia, etſi alius in perſona, quod quidam negabant. ¶ Nota cõſubſtantialitatis.

**IN PRINCIPIO ERAT**

a ¶ Filius qui eſt principium de principio. b ¶ Filius. ¶ Verbum non prolatum, ſed ſemper apud eum manens. ſ. ſapientia qua de creandis omnia ſciebat, vel de ſe. c ¶ Vt alia perſona, non tamen alia ſubſtantia.

**† uerbum, & uerbum erat apud deum,**

*Nicolaus de Lyra.*

Verbi diui ni & huma ni differen tia

...ctũ: & propter hoc vox ſignificatiua q̃ ſenſibilis eſt, & ipa cogitatio, q̃ licet ſit intellectualis, tñ qa impfectionem implicat nõ habet ibi locũ: ſed ibi ponit verbũ inquantũ importat conceptũ rei perfectũ qa deꝰ vnico actu intelligendi ſeipſum, & oĩa alia cõcipit perfectè. Ex quo patet differẽtia verbi noſtri ad verbũ diuinũ, quia verbũ noſtrum in mẽte multiplicatur. Quot em̃ ſunt ibi cõceptus perfecti vel formati, tot ſunt ibi verba. in deo autẽ eſt verbum vnicũ: qa nõ põt ibi eſſe niſi vnicus conceptus pfectiſſimꝰ.

G Item verbũ in nobis eſt accidens & quid trãſiẽs, qa nõ ſemꝑ actu intelligimus: ſed in deo idẽ eſt qd ſubſtãtia diuina: qa nõ patitur admiſtionẽ alicuiꝰ accidentis ſeu cuiuſcũq; naturæ extraneæ. Eſt etiã verbum ſemꝑ actu ꝑmanẽs & æternũ, & ſic patet aliqualiter ſecundũ. ſ. qualiter in diuinis ponat verbũ. Circa tertiũ ſciendũ, ꝙ de ratione filiationis ꝓpriæ dictæ eſt ꝙ ibi ſit ꝓceſſus viuẽtis à viuente ſcd̃m rõnẽ ſimilitudinis in idẽtitate naturæ, ſaltẽ ſpecifica, vel in propinquo genere, qd patet: qa ĩ rebꝰ inanimatis q̃uis vnũ ꝓcedat ab alio, ſicut ignis ab igne, nõ tñ ignis ꝓductꝰ ab alio igne dr̃ eiꝰ filiꝰ. Similr̃ ſi res non viua ꝓcedat à viuente, nõ inuenit ibi rõ filiationis. ſicut artificiatũ ꝓcedit ab artifice, nõ tñ dr̃ eiꝰ filiꝰ: & ideo requirit ſicut dictũ eſt ꝓceſſus viuẽtis à viuẽte. Itẽ hoc nõ ſufficit niſi ſit ꝓceſſus ſcd̃m ſimilitudinẽ naturæ: qa pediculus procedens ab homine non dicit eiꝰ filiꝰ, ſed ille q procedit ab eo ſimilis in ſpecie. Aduertẽdũ tñ, ꝙ nõ eſt de pfecta rõne filiationis, ꝙ natura ſpecifica in pr̃e & filio numero diſtinguatur: ſed hoc cõtingit ex impfectiõe illiꝰ naturæ, q̃ ꝓpter ſui limitationẽ in pluribus ſuppoſitis eſſe non põt vna numero exiſtẽs. Si igit in diuinis ponatur verbum diſtinctũ perſonaliter à principio à quo procedit, ſicut veritas rei ſe habet, vt magis patebit. j. conſequenter oportet dicere, ꝙ in ipſo pfectè ĩueniat ratio filiationis: quia deus non ſolùm eſt viuens, ſed vita ꝑ eſſentiã. & ideo verbum in diuinis neceſſariò ꝓcedit ſicut viuẽs à viuente: & in identitate naturæ, nõ ſolum ſpecifica, ſed numerali. Et procedit etiam ſecundum rationem ſimilitudinis: quia de ratione verbi eſt, ꝙ ſit perfecta ſimilitudo illius cuius eſt verbum: & ideo verbum in diuinis & filius idem ſunt per omnem modum. propter qd dicit Auguſt. vj. de trinitate. Verbum ſolus filius accipitur: & eo dicitur verbũ quo filius. ℭ His prælibatis procedendum eſt ad declarationem primę concluſionis quam inducit Iohannes ad probandum æternam filij generationem, vt prædictum eſt. Nec debet aliquis admirari, ꝙ tantum in iſtis ſteti: quia verba beati Iohannis continent ſententiam maximam, imo nobis incomprehenſibilem: ideo nõ poteſt paucis verbis etiam modicum declarari. H In ratiõe autem iſta beatus Iohannes ſupponit vnum, qd ab omnibus ſupponitur tanq̃ manifeſtum. ſ. ꝙ deus ſit principium ſimpliciter primum, & per conſequens ꝙ ſit intellectualis naturæ: aliter non haberet notitiã ſui & aliorũ, qd eſt inconueniẽs maximum. & ideo quidquid eſt perfectionis in natura intellectuali, totum competit ei, modo tñ ſuperexcellenti. In natura autem intellectuali perfectionis eſt, ꝙ ibi ſit verbum: quia hoc cõpetit ei inquantũ eſt in actu perfecto, vt patet per prædicta: ergo in ipſo deo propriè & perfectè eſt verbum. Verbum autẽ de ſua ratione dicit quid procedens ab eo cuius eſt verbum, ſicut conceptus à concipiente. Cùm igit verbũ & filius idẽ ſint, ſequit, ꝙ ibi ſit generatio filij à patre: ex quo eſt ibi proceſſus verbi à dicente. Huius rationis Iohannes ponit tãtummodo cõcluſionẽ, omittens iſtã deductionẽ. ſicut frequenter faciunt philoſophi tãgendo ſolũmodo vnã ꝓpoſitionẽ ſuæ ratiõis. & hoc modo dicit Iohãnes: a ℭ In p. e. u. i. ĩ ipſo deo (q ab oĩbꝰ ſupponit primũ principium) neceſſario eſt verbum propriè dictum, vt patet per prædicta. b ℭ Et u. e. Hĩc conſequenter ꝓbat patris & filij perſonalem diſtinctionem. Ad cuiꝰ intellectũ ſciẽdũ

☞ ꝙ perſona

Moraliter. a ℭ In prin. e. u. Iohannes euangeliſta tã ſublimiter loquitur de diuinis, ꝙ multa de dictis eius exponere moraliter neſcio humanis actibus applicando: propter qd aliqua conuertam ad fidem, & aliqua alijs exponenda dimittam. Sicut dixi in expoſitione literali, hĩc ponunt q̃nq; de diuinis pſonis. Primũ eſt, intrinſeca verbi ꝓceſſio, cũ dr̃: In principio erat verbũ. Scd̃m eſt, verbi & pr̃is perſonalis diſtinctio, cũ dr̃: Et verbum erat apud deũ. Tertiũ eſt, eorum ſubſtantialis indiſtinctio, cũ dicit: Et deus erat verbum. Quartũ eſt, coæterna duratio, cũ dicitur: Hoc erat in principio apud deũ. Quintũ, indiuiſa opatio, cùm dicit: Oĩa ꝑ ipm̃ facta ſunt. Per primũ elidit p̃ſumptio philoſophorũ, q nihil

⁂ voluntrecipe



☞ a ℭ Oĩa ꝑ ipſũ. Aug. Non eſt creatura, ꝑ quẽ oĩs creatura facta A eſt. Malum non eſt factũ ꝑ ipm̃, nec ipm̃ idolũ, qa nihil ſunt: nulla ſua natura ſubſiſtũt. Tñ qdqd mẽte concipit, dicit eſſe: hoc modo pctm̃ põt eſſe. ℭ Ea q̃ ſunt, ꝑ ipm̃ facta ſunt. Illa aũt ſũt q̃ à natura propria non recedunt. i. quę concordãt cũctipotẽtiæ diuinitatis. b ℭ Et ſine ipſ. Origenes ita diſtĩguit: Et ſine ipſo factũ eſt nihil, qd factum eſt. Ordo: Nihil qd factũ eſt, factũ eſt ſine ipſo. ℭ Augu. Qd factũ eſt, erat vita in ipſo. Iohãnes Chry. & ſine ipſo factũ eſt nihil, quod factũ eſt. Hilariꝰ: ſine ipſo factũ eſt nihil, qd factũ eſt in ipõ. c ℭ Qd fa. Augu. Si audis mutabilẽ creaturã ꝑ filiũ factã, nõ tamẽ credas mutabilẽ eiꝰ voluntatẽ: quia non ſubito aliqd voluit facere, ſed oĩa ab æterno fecit. Qd factũ eſt tꝑa, trãſit. quod ĩ ſapĩa ĩmutabili eſt, tranſire nõ põt. Faber em̃ arcam priꝰ facit in mente, poſt in opere. Quod in mẽte eſt, viuit cum artifice: qd fit, mutatur cum tempe.

† 26. q. 5. c. epiſcopi. in fi.

☞ Fuit homo

a ¶ Ipſe filius erat deus. ¶ Ne dicatur eſſe cum deo, & non deus. b ¶ Hoc idem verbum non eſt nouus deus, ſed erat apud deum in princi. i. in patre exiſtens principium omnium cum patre. c ¶ Ita erat vnum cum patre, vt omnium creaturarum principium ſua præiret eſſentia.

**& deus erat uerbũ. Hoc erat in prin**

a ¶ i. omnis creatura viſibilis & inuiſibilis, omnis forma, omnis compago, omnis concordia partium.

**cipio apud deũ. † Omnia ꝑ ipſum fa**

a ¶ Nulla res ſubſiſtens ſine ipſo eſt facta.

**cta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt † nihil.**

a ¶ Et omne. b ¶ In tempore. c ¶ In ſpirituali factoris ratione ſemper viuit & vixit.

**Quod factum eſt in ipſo, uita erat,**

*Nicolaus de Lyra.*

Perſona

ꝙ perſona eſt intellectualis naturæ incõicabilis exiſtentia, vel potiꝰ ſubſiſtentia. Verbũ aũt in diuinis nõ põt eſſe accidens, vt patet ex prædictis. & ideo oportet ꝙ ſit quid ſubſiſtens in diuina natura. Eſt etiã incõicabile, quia nec intellectus, nec natura capit, ꝙ ꝓcedẽs ſit idẽ per oẽm modũ cũ eo à quo ꝓcedit. & ideo qa verbũ in diuinis ꝓcedit ꝑ actũ realẽ, oportet & inter ipm̃ & principiũ à quo ꝓcedit, ſit diſtinctio realis ꝑ ꝓprietates ſuas alteri incõicabiles. & ideo cũ vtrũq; ſit ſubſiſtẽs incõicabile in natura diuina, quæ eſt in ſupmo intellectualitatis, ſequit ꝙ inter verbũ & principiũ à quo eſt verbũ, ſit diſtinctio pſonalis. Et hoc eſt qd breuiter tãgit Iohãnes, dicens: Et u. er. ap. d. Nulla em̃ res dr̃ ꝓpriè eſſe apud ſe B metipſam, ſicut nec aliqs eſt in ſeipſo, vt dr̃. iiij. Phyſicorũ. & ideo inter verbũ & principiũ, apud qd eſt verbũ. ſ. patrẽ, eſt perſonalis diſtinctio. Nõ em̃ verbũ ꝓcedit à patre per actionẽ tranſeuntẽ extra, ſed manentem intra. & ideo verbum manet intra illud cuius eſt verbũ, tñ ab eo diſtinctũ: q̃ diſtinctio pſonalis eſt: vt patet ꝑ prędicta. a ℭ Et de. Hĩc conſequẽter ꝓbat pr̃is & filij conſubſtãtialitatem. verbũ em̃ diuinũ eſt quid ſubſiſtens in natura diuina, vt p̃dictũ eſt. natura autẽ diuina nõ eſt multiplicabilis, quia nullo modo poteſt eſſe niſi vna & ſimpliciſſima. & ideo oportet ꝙ verbũ & principiũ à quo eſt verbũ ſint idem penitus in natura, q̃uis diſtinguat vt prædictũ eſt in perſona. & hoc eſt qd dicit Iohãnes: Et d. er. u. ita ꝙ ly deus, ponatur à parte prędicati, dicendo ſic: Verbũ eſt deus. Nomina enim & verba tranſpoſita idem ſignificant. q. d. Iohannes: q̃uis verbum ſit apud deũ, nõ tñ eſt aliquid extraneę naturæ, ſicut eſt verbum noſtrum, ſed eſt naturæ diuinæ quæ indiuiſibilis eſt. ideo eſt eadẽ omnino in ipſo & in patre. b ℭ Hoc e. in prin. Hĩc conſequẽter declaratur quartum. ſ. coæternitas patris & filij. Quod enim procedens ſit poſterius duratione eo à quo ꝓcedit, hoc contingit multipliciter. Vno modo, quia producẽs non habet à principio ſuæ duratiõis potentiã ꝓductiuã perfectã. ſicut homo à principio pueritiæ nõ habet potentiã generãdi perfectã, & ideo eius filius neceſſario poſterior eſt duratione. Alio modo cõtingit ꝓpter modũ producendi, quia qñ aliquid producitur ꝑ motũ, qui motus eſt in tꝑe, oportet ꝙ productũ ſit poſterius producente duratione: quia productũ primò habet eſſe in illo inſtanti: in quo terminat ille motus. Tertiò modo cõtingit hoc, qñ aliquid producit liberè & non de neceſſitate naturæ, qa tale agẽs poteſt expectare ad producendũ ſuũ effectũ, ſicut creaturę ꝓducunt à deo cuius potentia eſt perfectiſſima, & ſine tranſmutatione & motu, tñ nõ ſunt ei coæternę. quia et ſi ab æterno potuit ꝓducere creaturã, vt dicũt aliqui, tñ noluit. Nullo autẽ iſtorũ modorum põt poni in diuinis, ꝙ filius ſiue verbũ qd eſt idẽ, vt patet per prædicta, ſit poſterior patre: quia in diuinis nulla põt eſſe potentia productiua impfecta, vt de ſe patet. nec verbũ in diuinis ꝓcedit per mutationẽ & motũ, quia in diuinis nõ habẽt locũ, ſcd̃m qd dicit beatus Iacobus. Apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. Item filius procedit à patre de neceſſitate naturę, quia deus neceſſario intelligit ſe. & ſic relinquitur, ꝙ filiꝰ ſit æqualis patri in duratione. & hoc eſt qd breuiter dicit beatus Iohãnes: Hoc erat in pr. ap. de. hoc ſcilicet verbum de quo loquutus fuerat, erat apud deum à principio æternitatis. & ſic patet quartum, qd de verbo dei fuerat. ſ. poſitum. c ℭ Omnia per ipſum fac. &c. Poſtq̃ euangeliſta declarauit ipſius verbi eſſe ſeu generari, hĩc conſequenter declarat ſuum agere ſeu operari. Et diuiditur in duas: quia

Procedẽs ẽ poſteriꝰ eo à quo ꝓcedit tripliciter

Iaco. 1. c.

Diuiſio

C duas: qa primò declarat hoc quantũ ad oẽs creaturas in generali. ſcd̃ò, q̃ntũ ad hoĩes ĩ ſpeciali, ibi: Et vita erat lux hoĩm. Prima in duas: quia primò declarat ꝓpoſitũ quãtũ ad ꝓducẽdi actũ. ſecundo, q̃tũ ad producẽdi modũ, ibi: Quod factũ eſt. In prima parte oſtendit, ꝙ actus ꝓducẽdi ipiꝰ verbi ſe extendit ad omnẽ creaturã in generali, qa creaturę producũt à deo ſicut artificiata ꝑ artificẽ. Sap. vij. c. Omniũ eſt em̃ artifex &c. cũ deus ſit agẽs ꝑ intellectũ. Qd aũt producit ꝑ artem ſeu ĩtellectũ, producit ꝑ cõceptũ artis ſeu ĩtellectꝰ, ſicut domꝰ in re extra producit à domo q̃ eſt in aĩa. vij. Metaph. Verbũ aũt in diuĩs idẽ eſt quòd cõceptꝰ intellectꝰ diuini, vt. ſ. dictũ eſt, ergo oĩa ꝑ ipſũ ꝓducta ſũt. & hoc eſt qd dicit Iohannes: Oĩa ꝑ ip. facta ſũt. Et quia poſſet aliqs credere, ꝙ hoc ſignũ oĩa, diſtribueret ſolũ ꝓ creaturis corpalibus, eo ꝙ in principio Geñ. vbi agit de prima rerũ ꝓductiõe, nõ fit mẽtio niſi de corpalibꝰ creaturis, ideo ad hoc excludendum addit. d ℭ Et ſi. ipſ. fa. eſt ni. quia etiam ſpirituales creaturæ ſunt à deo ſicut ab efficiente. Conſiderandum tñ, ꝙ Manichæus dixit nihil hĩc teneri affirmatiuè: & per hoc ſcd̃m ipſum intelligunt creaturæ corporales, quę parũ habẽt de entitate: & ꝓpter hoc ſignificant hoc noĩe nihil, eo modo loquẽdi quo dicit Philoſophus. ij. phyſicorũ: ꝙ illud qd eſt modicũ nihil reputat. Sic igit exponit Manichæus dicens: Et ſi. ip. fa. eſt ni. i. ſine verbo facta eſt corporalis creatura: quia dicit ipſam eſſe factam à principio malo. Poſuit em̃ duo principia. vnũ ſimplr̃ bonum, aliud ſimpliciter malũ: & ab iſto dixit corporalem creaturam procedere. Sed iſtud patet eſſe falſum, qa ens & bonũ cõuertunt, & ideo q̃tũ habet corpalis creatura de entitate, tantũ de bonitate: & ꝑ conſequẽs à principio bono ꝓcedit. hoc etiã patet ex ordine rerũ & cõnexione earũ, qa vniuerſi corruptibiles creaturas & incorruptibiles videmꝰ ad inuicẽ connecti & in vnum ordinari. & ideo cõcedendũ eſt eas ab vno principio produci, & in vnum finem reduci. propter qd philoſophus. xij. Metaph. ex connexiõe vniuerſi probat vnitatem primi principij dicens: Entia nolunt malè diſponi, nec bona pluralitas principatuum. vnus ergo princeps. Pluribꝰ etiã alijs modis error Manichæi poſſet impugnari: ſed omitto ꝓpter ꝓlixitatẽ vitandã: & diffuſiꝰ habet tractari. ij. ſnĩarũ. Alij autẽ dixerũt, ꝙ ꝑ nihil intelligit diabolus, quẽ dicunt eſſe ſine verbo factũ. Sed hoc patet eſſe falſum quia diabolus nõ eſt natura malus. Si em̃ malũ eſſet integrũ, ſeipſum deſtrueret. & ideo natura ipſius bona eſt. & ideo facta eſt à verbo, à quo oĩa bona ꝓcedũt. Et ideo exponendũ eſt ly nihil, ſicut expoſitum eſt. ſ. e ℭ Quod fa. eſt in i. Oſtenſo, ꝙ verbum ſit cauſa productiua rerũ, hĩc conſequenter oſtenditur per quem modum ſit cauſa earũ. Ad cuius intellectũ ſciendũ, ꝙ ſcd̃m Philoſophũ. ij. de aĩa, quatuor ſunt gradus vitę ſeu viuẽtiũ: Vegetatiuum, ſenſitiuũ, motiuũ ſcd̃m locũ, & intellectiuum. Et inter iſtos gradus, intellectiuũ tenet ſummũ locum. & ideo ea q̃ ſunt in aliquo ſcd̃m modũ intelligibilẽ, ſunt in eo ſcd̃m modũ vitalẽ. Creaturę aũt p̃exiſtunt in verbo, ſicut in cõceptu artis vel intellectꝰ,

† ne vnũ quidem quod factũ eſt. In

Error Manichæi & confutatio

D

Grad' vitę quatuor

ꝙ vt patet ex

Moraliter

⁂ volũt recipe niſi ꝓbatũ fuerit humana rõne, q̃ tñ eſt valde deficiens, nã rẽ ſenſibilẽ & paruã, vt foliũ arboris vel aliqd hmõi humana rõ nõ cõprehẽdit, q̃tũ ad eiꝰ oẽs cõditiões. ſ. quare ſit talis figuræ, coloris, & hmõi, ꝓpter qd medici de virtute ipſius ſanatiua dicunt ꝙ eſt à tota ſpecie, neſciẽtes eã noĩare, eo ꝙ eã nõ cõprehendũt. propter qd dr̃ Ecc. j. b. Cũctę res difficiles, nõ põt eas homo explicare ſermone. Per ſcd̃m excludit error Sabellij, qui ſicut in diuinis eſt vna eſſentia, ita dixit patris & filij vnã eſſe perſonã: qd eſt falſum: qa nulla res gignit ſeipſam. & ideo inter patrẽ & filiũ eſt diſtinctio pſonalis, & eadẽ rõne inter verbũ & eiꝰ cuiꝰ eſt verbũ: qa eo filiꝰ quo & verbũ. Per tertiũ repellit error Arrij, q dixit, ꝙ pater & filius eſſentialiter diſtinguunt, ſicut & pſonalr̃: qd ẽ erroneũ, qa ſic filiꝰ nõ eẽt deꝰ ꝓpriè, ſed tm̃ pticipatiuè, cũ eſſentia diuĩa ſit ĩdiuiſibilis. & de ipõ dr̃. j. Ioh. v. d. vt cognoſcamꝰ verũ deũ, & ſimꝰ in filio eiꝰ vero. hĩc eſt verꝰ deꝰ & vita ęterna. Per quartũ reprobat error Ebionitarũ, q dixerunt Chriſtũ añ Mariã nõ fuiſſe, & ſic eũ nõ fuiſſe ab æterno: cũ tñ Chriſtus dicat de ſeipſo. j. viij. d. Principiũ, q & loquor vobis. Et ibidẽ. g. Añq̃ Abrahã fieret, ego ſum. Per quintũ excludit error Manichæi, q poſuit duo principia vnũ boni, & alterũ mali: & hæc inferiora corruptibilia dixit eſſe à deo malo: & ꝑ cõſequẽs nõ ſunt à verbo ſecũdũ ipm̃. e ℭ Quod fa. eſt in i. u. e. Nã oĩs creatura in verbo p̃exiſtit ĩtelligibiliter. Intelligere verò eſt viuere, & ĩtellectio vita.



⁂ Et vita

☞ a ¶Fuit hō miſſus. Poſtq̄ ſublimi volatu vltra oēm naturam
E in altitudinē theologiæ aſcendit, quia verbū apud prēm ſp̄ fuiſſe cōtēplatus eſt, mox ad hūilitatē hūanæ naturæ, & ſpecialr̄ p̄curſoris verbi deſcēdit, cōtra illos, q dicebāt hūanā naturā in primò parēte ex toto ꝑditam & ad nihilum redactam. b ¶Hō miſſus. Hō, non angelus, vt Heretici volūt, miſſus à deo. Ideo potuit dicere de deo: ☞ Erat lux

a ¶Hæc id eſt ſapientia dei. b ¶Non aliarum rerum. c ¶Tamen a tenebris non cernebatur.

& uita erat lux hoīm, & lux in tene- a b c

a ¶Ante incarnationem, ſicut nec cæcus comprehendit lucem ſuper ſe lucentem.

bris lucet, & tenebræ eā nō cōprehē- d

a ¶Sed, vt etiam tenebræ comprehenderent. b ¶Præcurſor humanati verbi. c ¶Non ab hominibus.

derunt. Fuit homo miſſus à deo: cui e f g

*Nicolaus de Lyra.*

✥ vt patet ex p̄dictis: & ꝑ cōſeqn̄s ſunt in eo ꝑ modū vitę intellectiuę, ꝗ intelligere v̓bi eſt ſuū eſſe, & ſuū viuere. & hoc eſt qd̓ dicit: Qd̓ factū eſt in ipſo, uita erat. quia qd̓ factum eſt in re extra, prius erat in verbo per ideam: quæ idem eſt quòd eſſentia diuina & vita. Et ſic patet modus ꝑ quem creaturæ ꝓcedunt à verbo, videlicet ſicut artificiata ab artifice vel ab arte. ꝓpter qd̓ dicit Boetiꝰ. iij. de cōſola. Tu cuncta ſupno Ducis ab exēplo: pulchrum pulcherrimꝰ ipſe Mundū mente gerens, ſiſiq; imagine formans. Alio modo exponit̄ hoc, inq̄tū creaturæ p̄exiſtunt in voluntate verbi. Ad cuiꝰ intellectum ſciēdum, ꝙ ſcd̓m Philoſophū. i. de aīa: illa dicunt̄ viuētia q̄ mouēt ſeipſa. hoc aūt maxīe cōpetit volūtati q̄ mouet alias potētias ad agēdū. & iō ea q̄ ſunt in volūtate verbi dicuntur vita in ipſo. Sic aūt eſt de creaturis inquātū depēdēt à volūtate dei. & ſic exponit̄ illud: Quod fa. eſt in i. u. e. ꝗ iſtę creaturæ anteq̄ fierēt, erāt in volūtate verbi ad ꝓducendū eas vel nō producēdū, & ſic patet modꝰ ꝑ quē eſt cā ꝓductiua creaturarū: ꝗ ꝓducit eas oīno liberè. Per qd̓ excludit̄ error aliquorū philoſophorū dicētiū ipſum deū eas de neceſſitate ꝓducere. Qd̓ patet falſum ꝗ volūtas non vult aliq̄d de neceſſitate, niſi illud bonum ad qd̓ habet neceſſariā habitudinē. Voluntas aūt diuina cū ſit infinita, nō habet neceſſariā habitudinē, niſi ad bonū infinitū, & nihil vult de neceſſitate, niſi bonū proprium: & ideo nullā creaturā vult de neceſſitate, ſed tm̄ contingenter & liberè, & ſic eā ꝓducit. filius autē ſiue verbū in diuinis alr̄ procedit à patre. ſ. naturali neceſſitate.

veteris Teſtamēti patres ſuos, quia receperunt quinq; libros Moyſi. & in parte erant Iudæi, vt dictū eſt. a ¶ Et uos. ſ. Iudæi. b ¶ Dicitis. ecōtrario. c ¶ Quia Ieroſo. &c. q. d. Non videtur cōueniēs illud qd' dicitis, ratione prędicta. Sciendū tamen ꝙ loc⁹ cōueniētior erat in Ieruſalem: quia erat à deo electus vt eſſet locus adorationis & ſacrificij, vt habeť. ij. Paral. vj. a. d ¶ Dicit ei Ieſus. Hîc ponitur Chriſti reſpōſio. mulier enim deuotè petierat eū, quia cognoſcens eū ꝓphetam non conuertit ſe ad quęrendum de curioſitatibus, vt de euentu futurorū, & cōſimilib⁹: ſed de modo vel loco colendi deū: ideo inſtruit eam di. e ¶ Mulier crede mihi. quia accedentem oportet credere, Heb. xj. b. & Iſa. vij. b. Niſi credideritis, non intelligitis, ſcd'm traſlationē Lxx f ¶ Veniet hora. ſ. tēpus publicationis euangelij. g ¶ Quādo necq; in mon. quia cultus Gētilium tūc ceſſauit. h ¶ Necq; in Iero. ado. pa. quia templū diuina diſpoſitione deſtructū eſt xlij. anno poſt paſſionem Chriſti, vt ſic deuotio populi curreret ad Chriſtum, & ex Gentilib⁹ & Iudæis fieret vnus populus Chriſtianus, ſubtracto eo qd' impediebat hāc cōiunctionē, ex vtraq; parte. quia idololatria Gentiliū erat abominabilis Iudæis, & onus ceremoniarū legaliū erat īportabile Gētilib⁹: & ideo ꝑ Chriſtū vtrūq; eſt amotū ꝑ publicationem euangelij. ideo ex Iudęis & Gētilib⁹ factus eſt vn⁹ popul⁹ Chriſtian⁹, & ſic patet, qd' Chriſt⁹ eam inſtruxit de vero cultu diuino in proximo futuro. qa idololatria Gentilium & ceremoniæ Iudæorum conuertāda erant in ſpūalē nouæ legis cultū diuinū. verūtñ quia ante publicationem euangelij cult⁹ Iudęorem erat licitus & bonus, non ſic autē cult⁹ Gentilium, iō ſubdit Saluator: i ¶ Vos adora. qd' neſcitis. Attribuere ēm deo illud qd' ſibi non cōuenit, vt qd' ſit corpore⁹ vel aliquid huiuſmodi, eſt ipſum neſcire, hoc autem faciebant Gentiles, & maximè iſti Samaritani, Iudæi verò habebant veram cognitionem de deo, vt dicitur Pſal. lxxv. a. Notus in Iudæa deus. ideo ſequiť: k ¶ Nos adoramus qd' ſcimus. Et quia vera cognitio dei per legem & ꝓphetas erat conceſſa populo Iudaico, ſicut & alia beneficia ſpūalia & diuina, ꝓpter hoc qd' Chriſt⁹ erat naſciturus ex eis, ideo ſubdiť: l ¶ Quia ſal⁹ ex Iudæis eſt. i. Saluator ex eis expectatur. Et qa per ipm̄ Saluatorem cult⁹ ceremonialis legis cōuertēdus erat in ſpiritualem ritum nouæ legis, vt dictum eſt: ideo ſequitur: m ¶ Sed ue. ho. &c. quia à tempore prædicationis Chriſti incepit publicatio euāgelij, per quam introductus eſt verus & perfectus cultus diuinus. vnde ſequiť: n ¶ Quando ueri ad. &c. ꝑ hoc excluduntur figurales ceremoniæ legis. o ¶ Et ueritate. per hoc excludiť falſitas quæ erat in cultu Gentilium, qa vtrūq; amotum eſt ꝑ Chriſtum. & qd' talis cultus nouæ legis ſit deo acceptus, oſtenditur diuina acceptatione, cum ſubditur: p ¶ Nam & pater quærit tales qui adorāt eum. ex aſſimilatiōe ad deum, qui eſt ſpiritualis naturæ, & iō ei magis conformamur per ſpiritualia q̄ corporalia, & hoc eſt qd' dicitur: q ¶ Spiritus eſt de⁹: & eos qui ado. eum in ſpiritu & ue. o. quia oratio eſt aſcenſus mētis in deum: & iō requirit conformitatem ad ipm̄ ſecundum qd' eſt poſſibile. r ¶ Dicit ei mu. Hîc ponitur mulieris reſpōſio, erat ēm opinio non ſolum apud Iudæos ſed etiam apud Samaritanos, qd' in aduentu Meſſiæ inſtruerētur pfectè de oībus ptinentibus ad ſalutē, & ideo mulier non capiens ad plenū verba Chriſti, dicit ſe & alios tempore Meſſiæ de his ad plenum inſtrui, & hoc eſt qd' dicitur: Dicit ei mulier: ſcio quia: Meſſias uenit, id eſt in proximo venturus eſt. Sicut ēm dictū eſt: Samaritani receperunt quinque libros Moyſi. & Gen. xlix. b. datur ſignum de aduentu Chriſti. ſ. tranſlatio regni Iudæorum, cū diciť: Non auferetur ſceptrū de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt. Ipſi autem videbanť hoc eſſe completum tēpore Herodis regis: ſub quo natus eſt Chriſtus, & ideo apud eos erat fama communis qd' Chriſtus erat de proximo venturus: & ideo ſic loquebatur mulier, quia ex fama communi audierat. s ¶ Qui dicitur Chriſtus. id eſt vnctus: quia Chriſtus expectabatur rex & ſacerdos: & vtrumque officium per vnctionem accipiebatur. t ¶ Cum ergo uenerit ille nobis annunciabit omnia. ad ſalutem neceſſaria, quæ ſunt nunc occulta: Igitur Ieſus videns eius deuotionem conuenienter ſe ei reuelat dicens: v ¶ Ego ſum qui loquor tecum. quaſi dicat modo eſt tempus veritatis reuelandæ. x ¶ Et continuo uenerunt diſcipuli Hîc ponitur fruct⁹ cōſequens ex doctrina Chriſti: quia hæc mulier edocta à Chriſto ſtatim iuit ad ciuitatē, & adduxit ad Ieſum populi multitudinē ad credēdū paratā. Diuidiť ergo in duas: qa primò ponitur mulieris receſſus, ſecundò ex hoc ſequens ppl'i acceſſus, ibi: Exierunt. Receſſit igitur mulier à Chriſto, quia ceſſauit loqui cum ea venientibus diſcipulis de ciuitate: & hoc eſt qd' diciť: Et continuo uenerunt diſcipuli eius, & mirabantur. quia cum non ꝓpter ſuſpitionē aliquā, ſed mirū erat, qd' tant⁹ doctor alloq̄bať vnā ſolā mulierem pauperculam & Gētilē: qa videbať eis parua aut nulla vtilitas, cum tamen eſſet magna, vt patebit ex ſequentibus.

Nemo

C

† 24. q. 3. c. qdā. v̄. anthropomorphitę.

D

2. Cor. 3. d.

Diuiſio

* x ¶ Et continuò uenerunt diſcipuli eius & mi. ꝑ hoc ſignificata fuit admiratio Iudæorū in cōuerſiōe Gētiliū, ſicut hr̄ Act. x. g. qd' Iudęi q erāt cū Petro fuerūt admirati, qñ viderunt gratiā ſpūſſancti dari Cornelio & alijs Gētilib⁹, exiſtentib⁹ cū eo.

Moraliter



Reliquit er

E a ¶Et mi. Nō mirabant̄ q̄ cū muliere loquit̄, cū quib⁹ loqui cō ſueuerat, ſed quia cū alienigena, ignorātes myſteriū ecclīæ de gentib⁹ futuræ. Et nō malū ſuſpicant̄, ſed clemētiā mirant̄: quia gētilē erroneā docet, ſicut qui venit quærere quod perierat. b ¶Reli. er. Audito, ego ſum, iam habens in intellectu mulier Chriſtum caput viri, reliquit hydriā, i. cupiditatē, & cucurrit euangelizare. Hîc diſcāt euangelizaturi prius deponere curā, & onus hui⁹ ſeculi. c ¶Venite & ui. Pedetētim inducit ad veritatē illos rudes, nec ſtatim affirmat Chriſtū, ne iraſcerent̄ & indignarentur. d ¶Nunqd aliqs at. Nō auſi ſunt interrogare dn̄m, timētes ne ab eo reprehēdant̄, ſi incautè interrogauerint. e ¶Meus cib. eſt. Nō intellexerūt eſcā, ſicut mulier ſupra nō intellexit aquā. vn̄ magr̄ eos inſtruit, nō per circuitū vt illā, ſed iā aptè dicēs: Me⁹ cibus eſt. ut fa. &c. f ¶Volun. eius, patris. Voluntas patris eſt, vt credatur in eū, i. in filiū quē ipe miſit; Op⁹ patris eſt noſtra ſalus; Chriſti ergo cib⁹, noſtra fides & nr̄a ſal⁹. Facit ergo voluntatē, docendo credere in ſe, facit opus, maturando myſteriū redēptionis. g ¶Nōne uos. Cū quęrat fidem & ſalutē pplorū, feruet in op⁹, & operarios mittere diſponit. h ¶Leuate ocu. Intellectu mentis cōſiderate, q̄ trāſacta hyeme, i. infidelitate, adeſt calor fidei & parata ſunt corda, vt opera iuſticię ex eis colligatis. q. d. Iuuate ad implendū uolūtatē patris. Et bene poteſtis, quia parata eſt meſſis, i. videte gentes facilè credētes. i ¶Et q me. Putatis quatuor menſes eſſe vſq; ad meſſem: ſed ego aliā meſſem oſtendo vobis albam & paratā, vnde & eos quos mittit exhortatur. & hoc eſt, & qui metit mercedem ac. k ¶Vt & qui ſemi. Vtroq; opus erat, ſeminatore & meſſore: quia in hoc apparet ꝓbabile vbū: qa alius ſeminat, alius metit: niſi em̄ parati eſſent, ꝑ prophetas non audirent apl̄os. ☞ Ego

Luc. 19. b

†De pę. di. 3. c. iter hęc hircū. i. i ſi.

a diſcipuli eius & mirabantur, quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit. quid quæris, aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo muli
a ¶Hydor græce aqua latine. inde hydria.
er hydriam ſuam, & abijt in ciuitatem, & dixit illis hominibus: Venite, & uidete hominem qui dixit mihi omnia quæcumq; feci. Nunquid
a ¶Exitur a ciuitate, cum exitur a mundanis.
ipſe eſt Chriſtus? Exierunt de ciui
a ¶Ignorantiæ. b ¶Nota facilitatem gentium ad fidem, & duriciā Iudæorum.
tate, & ueniebant ad eum. Interea
¶Alias interrogabant. ¶Qui attulerant cibos
rogabant eum diſcipuli dicentes: Rabbi, manduca. Ille autem dixit
¶Conuerſionem Samaritanorum.
eis: Ego cibum habeo manducare, quem uos neſcitis. Dicebant ergo diſcipuli ad inuicem: Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis
¶Id eſt iſtos credere.
Ieſus: † Meus cibus eſt, ut faciam
¶Per mortem & paſsionem.
uoluntatē eius qui miſit me: ut perficiā opus eius. Nonne uos dicitis, q̄ adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis uenit? Ecce dico uobis: le
¶Mentis.
uate oculos ueſtros, & uidete re
a ¶Corda hominum. b ¶Q. Sicut iam vicina eſt meſſis terræ, ita & meſſis hominum.
giones, quia albæ ſunt iam ad meſſem: & qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in uitam
¶Id eſt prophetæ.
æternam: ut & qui ſeminat, ſimul
¶Apoſtoli, qui etſi, diſpares temporis labores, tamen eandem mercedem habuerunt.
gaudeat, & qui metit. In hoc enim
¶Euangelij.
uerbum eſt uerum: quia alius eſt

*Nicolaus de Lyra.*

a ¶Nemo ta. di. ſcientes q̄ ei⁹ loquutio cum muliere non fuit inutilis & vana, q̄uis hoc non viderēt. qđ patet ex ſequēti effectu, qa mulier edocta à Chriſto ex feruore denūciandi quod audierat. b ¶Reliqt hy. quia oblita aquę neceſſarię ad vitā corporalē, cucurrit ad denunciandum aquā ſapientiæ, quæ eſt neceſſaria ad vitam ſpiritualē: vnde ſequitur: c ¶Et di. illis. i. omnibus exiſtentibus in ciuitate. d ¶Venite & uid. &c. Ex quo patet eius deuotio: quia nō veretur fateri turpitudinem ſuā, vt eos adducat ad Chriſti prædicationem. e ¶Nunquid ipſe. q. d. ſic videtur per effectum. f ¶Exierunt. Hîc cōſequēter ponitur populi acceſſus ad Chriſtū. Et diuiditur in tres, quia Euāgeliſta primò īcipit deſcribere hūc acceſſum. ſcđò interponit inſtructionē diſcipulorū, ibi: interea. tertiò reuertitur ad propoſitum, ibi: Ex ciuitate autē. Circa primū Sciēdū, q̄ Samaritani erāt in ſuſpenſo de aduentu Chriſti de proximo: Tum ꝓpter impletionē tēporis, vt dictū eſt. Tū propter prædicationē Iohānis prædicantis Chriſti aduentū de ꝓximo: cuius prædicatio tūc erat famoſa: ideo facilius crediderūt verbo mulieris. & hoc eſt qđ dr̄: Exierūt ergo de ciui. vt præſentialiter audirent eū g ¶Interea. Hîc interponitur diſcipulorū informatio, quia Chriſtus videbat multitudinē gentiū diſpoſitam ad credendum, ideo volebat excitare diſcipulos ad prædicādum. Excitat autem eos dupliciter. Primò, propter ſalutem proximi. Secūdò, propter remunerationem pręmij, ibi: Et qui metit. Circa primū oſtendit Chriſtus, q̄ homo debet eſſe magis ſollicitus de ſalute ſpirituali ſui proximi, q̄ de propria neceſſitate corporali. quia cum eſſet tempus comedendi, voluit tamen differre, vt intenderet prędicationi, dās exēplū alijs ſimiliter faciēdi. Et hoc eſt qđ dicitur: Interea. i. anteq̄ ꝑueniſſent Samaritani ad eū. h ¶Rogabant eum diſci. quia iam erat hora ſexta

F

G ra ſexta, vt prædictū eſt. & erat ſupra fontē, vbi erat locus apt⁹ ad comedēdū. i ¶Ille aūt dixit eis. Habita occaſione ex cibo corporali, incipit loq de cibo ſpirituali. ſ. de cōuerſiōe Samaritanorū, q ꝑ ei⁹ ꝑdicationē ſunt ei icorpati: vn̄ ſudit: k ¶Ego cibū habeo. q. d ali⁹ cib⁹ pl⁹ me delectat. l ¶Dicebāt er. diſci. ad inui. Nūqt ali. at. ei mā. Intellexerant em̄ vbū iſtud de cibo corporali, & ſciebant q̄ nihil portauerat in via comeſtibile: iō quęrebāt ſi habebat aliūde, ideo Chriſt⁹ exponit ſe dicēs: m ¶Me⁹ cibus eſt, ut fa. uo. eius q miſit me. in Gentilium conuerſione, quia ſecundū qđ dicitur: j. Timo. ij. b. vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Et qđ inſtet temp⁹ hoc faciendi, oſtēdit dicēs: n ¶Nonne uos dicitis q̄ adhuc quatuor mē. q. d. licet tempus meſſis corporalis adhuc diſtet, tamen tempus meſſis ſpiritualis iam inſtat. Dicitur autē meſſis collectio frugū Et ad ſimilitudinē huius meſſis ſpiritualiter dicitur vocatio hominum ad fidem, per quam congregantur in domini horreum. vnde ſequitur: o ¶Ecce dico uobis: leuate oculos ueſt. & uidete regiones, quia albæ ſunt iā. Hoc dicebat propter Samaritanos venientes ad ipſum diſpoſitos ad credendū p ¶Et q metit: Hîc hortatur diſcipulos ad opus prædicationis ex merito ſequentis premij. Sicut enim Samaritani iam erant diſpoſiti ad credendum ꝑ prędicationem Chriſti, ſic etiam Chriſtus videbat multitudinem Gētium per totū mūdum cito cōgregādā in horreū eccleſiæ ꝑ prędicationē apl̄orū: ex q̄ prædicatione meruerunt præmium vitæ æternæ, & hoc eſt qđ dicitur: Et qui metit mercedē ac. In præſenti enim vita prima meſſis eſt, per quam homines adducuntur ad fidē. & in hac meſſe meſſores fuerunt apoſtoli. vltima verò meſſis erit in iudicio, quando fideles colligent intra horreum gloriæ: & tūc meſſores erunt angeli, vt habet̄ Mat. xiij. e. & ideo ſequitur: q ¶Et cogregat fructum. id eſt multitudinem fidelium reponendam. r ¶In uitam æternam. quia peracto iudicio reponentur in horreo gloriæ per miniſterium angelorum, vt dictum eſt: Et quia loquutus eſt de meſſe ſpirituali per ſimilitudinē meſſis corporalis, ideo oſtēdit in q̄ eſt ſimile: & in quo eſt diſſimile. Ad cuius intellectum H

ſciendum, quòd apud Iudæos erat prouerbiū de hoc, quòd quādo aliquis multum laborabat in re aliqua, & alius reportabat fructum, dicebatur prouerbialiter: vnus ſeminat, ali⁹ metit. quaſi dicat vnus laborat & alius colligit, & ſic aliquando contingit de meſſe corpali q̄ aliquādo ab vno ſeminat̄, & ab ei⁹ hoſte irruēte colligit̄: De meſſe vò ſpūali ſic eſt, q̄ alij ſemīauerūt, & alij meſſuerūt: qa pr̄iarchę & ꝓphetę antiq ſemīauerūt pr̄ia ſemīa fidei, ſed apl̄i meſſuerūt, ī q̄tū pplm ad pfectionē fidei deduxerūt: verū tn̄ vtriq; reportāt gaudiū: qa tā ꝓphetę ātiq q̄ apl̄i ꝓpter meritū laboris ſui recepti ſūt ad cęleſte gaudiū. & ī hoc nō tenet ꝓuerbiū de meſſe corpali, de q̄ nō gaudet ſeminans ſi ab alio metat̄. & hoc eſt qđ dr̄: s ¶Vt & qui ſem ſi. gau. qui. ſ. ꝓphetæ & apl̄i. t ¶In hoc enim eſt uer. i. ꝓuerbiū cōe ꝑ tanto habet locū ī ꝓpoſito. v ¶Quia alius eſt q ſeminat. ſ. patriarchæ & ꝓphetę: Et alius

Moraliter

* b ¶Reliquit er. per qđ ſignificat̄, q̄ multi doctores Gentiliū reliquerūt doctrinā cōſuetā ꝓpter euāgelium & diſcurrerūt ad docendū alios, & fecerūt fructū magnum. Quod ſignificatur per hoc qđ dicit̄: f ¶Exierunt de ciuitate & uene. ad eū. ſ. ad Ieſum. Interea rogabant eum diſcipuli eius di. Rab. Per hoc autē quòd diſtulit refectionem corporis accipere quamuis iā eſſet hora ſexta. & ipſe eſſet fatigatus ex itinere, volens pri⁹ intendere conuerſioni Samaritanorū oſtēdit vbo & facto q̄ntū prędicator euāgelij debet eſſe ſollicit⁹ de ſalute hoīm & poſtpo-
nere



A a ¶Ego mi. Vos facio meſſores ibi vbi alij ſeminauerūt. i. in Iudæa, vbi prima ſeges collecta eſt; vnde aliqui exeūtes in toto mūdo ſeminauerūt: vnde, alia meſsis quaſi de granis ſurgit colligenda in fine ſeculi meſſoribus angelis. b ¶Labo. Multi enim labores fuerūt patriarchis, & ꝓphetis, in quib⁹ oībus erat ꝓphetia Chriſti, & multa paſſi ſunt q̄ſi in frigore ſeminatiōis. c ¶Cū uenis. Pri⁹ audierūt famā, poſt cōſpexerūt pn̄tē, nec ſatis eſt eis, ſed apđ ſe manere faciūt, vt ipſius vbis īſtruerēt, q̄ ꝓferūt vbis mulieris. In qb⁹ oīb⁹ ecōtrario arguit̄ duricia Iudæorum, qui nec miraculis credunt. d ¶Et manſit. Moraliter. Sic quotidie apud illos q foris ſunt, nūciat̄ Chriſt⁹ ꝑ mulierē. i. eccleſiā, & credunt per iſtā famā. Inde apud eos manet ꝑ duos dies ſine mētione noctis, vt lux eorū duob⁹ pręceptis charitatis īſtruat̄. e ¶Et mu. di. Poſtq̄ dn̄s carnis pn̄tia Iudæis ſpiritualiter edoctis gratiā ſuę cognitionis īfudit mulieri, i. legi, dicebant, iā non propter tuā loq̄lā credim⁹. f ¶Ipſi em̄ au. Quia ibi primū morat⁹ miracula fecerat, nec niſi pauci ī eū crediderūt vn̄ ſup viſo ſigno crediderūt in eū diſcipuli ei⁹ non alij. Et ideo à Samaritanis q facile nullo ſigno viſo crediderūt, reuertit̄ ad iſtos: vt q ꝑ priora nō crediderunt, modo credāt. Significat qđ à Gentib⁹ facile cōuerſis, in fine ſeculi reuertet̄ ad Iudæos q ſunt ſua patria: qa pri⁹ in ei⁹ honorē nō habuerat. g ¶Quia ꝓphe. Alle. Patria Chriſti eſt ppl̄s Iudæorum vbi ſine honore eſt, qa pauci de his credūt: qđ de Galilæis ciuib⁹ Chriſti dicit̄. Eccleſia Gētiū facile credēs ſimilis eſt Samaritanis, & hi multi ſolo verbo prędicationis, illi per miracula & pauci. Ecce cur venit, ideo reuertitur, qa teſtat⁹ eſt qđ ꝓ pheta non habet honorē ī patria, alioquin videt̄ nō debuiſſe ad hos reuerti, vbi honorem non habet: ſed manere apud illos vbi bene recept⁹ eſt. h ¶Et erat qdam regulus cuius fili⁹ &c. Iſte regul⁹ pōt figurare aliquē gētis Iudaicę doctorē, q tandē poſt plenā ecclæ Gētiū cōuerſionē ad quā dn̄s à Iudęis expulſ⁹ ꝑ diſcipl̄os trāſmigrauit, ꝓ filio i. Iudaico populo, quē non niſi in fine ſeculi fidē accepturū cognoſcit, orat vt de ☞ longa

Moraliter

†apđ ipos 8. 2. c.

Allegori.

†Mar. 13. g Mat. 6. a. Lucæ. 4. d

Lucæ. d4.

B

a ¶Prophetæ qui præparauerunt. Vnde & iſta mulier iam præparata dixit, Scio quia Meſsias venit.
a qui ſeminat, alius eſt qui metit. Ego miſi uos metere quod uos non labo
¶Ad fidem Chriſti inuitando.
raſtis. Alij uerò laborauerunt, &
a ¶Inuitatos Iudæos ad fidem congregatis.
uos in labores eorum introiſtis. Ex ciuitate autē illa multi crediderunt in eum Samaritanorū propter uerbum mulieris teſtimonium perhibentis: quia dixit mihi omnia quæcumq; feci. Cum ueniſſent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum
a ¶Gratiā eis impertiendo. b ¶Duo pręcepta charitatis
ut † ibi maneret. & manſit ibi duos dies Et multo plures crediderūt in eum propter ſermonem † eius. Et mulieri dicebāt: Quia iam non propter tuam loquelam credimus. Ipſi enim audiuimus & ſcimus, quia hic uerè eſt ſaluator mundi. *Poſt duos
a ¶Quibus moratus eſt in Samaria. b ¶In patriam ſuam vbi nutritus fuerat.
autem dies exijt inde, & abijt in Ga
¶Cur?
lilæam. †Ipſe enim Ieſus teſtimoni
¶Affirmauit.
um perhibuit, quia propheta in ſua patria honorē non habet. Cum ergo ueniſſet in Galilæam, excepe
¶Quaſi propter miracula, alioquin nō curarent eū recipere
runt eū Galilæi, cum omnia uidiſſent quæ fecerat Ieroſolimis in die
¶Curioſitate miraculorum, non voluntate audiendi prędicationem. ¶Vt nunc credant.
feſto. Et ipſi enim uenerant ad diem feſtum. Venit ergo iterum *in
a ¶Nec tamen ibi crediderunt ei niſi pauci diſcipuli.
chana Galilææ, ubi fecit aquam
a ¶Propter paruitatem vel regni vel fidei.
uinum. Et erat quidam regulus

*Nicolaus de Lyra.*

Et, a. ¶Alius eſt qui me. ſ. apl̄i. ideo ſequit̄: b ¶Ego miſi uos. id eſt ad perfectionem fidei adducere. c ¶Quod uos non la. prophetę em̄ & patriarchæ multum laborauerūt in denūciando aduētū Chriſti, & arguendo infidelitatem populi, & iō ſequit̄: d ¶Alij la. & uos in la. quia prophetias ab alijs prænunciatas completas prædicabitis. e ¶Ex ci. Supra Euangeliſta inchoauerat acceſſum Samaritanorū ad Chriſtum, ſed interpoſuit informationem diſcipulorum. iō hîc reuertitur ad propoſitum, oſtēdens qđ eorū acceſſus fuit valde vtilis, quia per veram fidem conuerſi ſunt ad deum. Et hoc eſt qđ dicit̄: Ex ciuitate aūt. quę dicebat̄ Sychem vel Sichar, vt dictū eſt. f ¶Multi crediderunt in eum. Iſtud teſtimonium videbatur efficax ex duobus: quia primò dicebat contra honorem ſuum ex zelo veritatis, ſecundò quia oſtendebat eum ſcire talia, quæ non poterant ſciri via humana. veruntamē qa hoc teſtimoniū nō fuit niſi quædā ꝑſuaſio ad credendum qa perfectio fidei ipſorū facta eſt ꝑ Chriſtū. ideo ſequitur: g ¶Cum ueniſſent er. ad il. quia accepta fide per eius doctrinam, deſiderabant amplius informari ad ſuam confirmationem. h ¶Et manſit ibi duos di. acquieſcens petitioni eorum, quæ erat honeſta & deuota. i ¶Et multò plures cred. q̄ à principio. k ¶Et mu. di. quia iam non propter tuam lo. quia licet doctrina alicui⁹ aliquis īducat̄ ad credendum, tamē fides innititur diuię veritati ſecūdū ſe: ideo ſequitur: m ¶Ipſi em̄ audiuim⁹. ab ipo qui eſt deus & hō. n ¶Et ſcimus. firmiter credēdo. qa ī fide maior ē certitudo adhęrētiæ q̄ in ſcia q̄uis nō ſit tāta certitudo euidētiæ Et quia non

C Et qa nō ſufficit corde credere, ſed oportet fidē cōfiteri ore, ſcđm qđ dicit̄ Ro. x. b. iō fidem ſuam cōfitēt̄ dicēdo: o ¶Quia hic ue. ē ſal. in q̄ tria cōfitēt̄ de Chriſto. ſ. ei⁹ eminētiā ſingularē, ibi: Hic eſt. efficaciā ſalutarē, ibi: Verè ſaluator. Influentiā generalē, ibi Mundi. p ¶Poſt duos. Deſcripta cōuerſiōe Gētiliū ꝑ doctrinā hîc cōſequēter deſcribit̄ eorū cōuerſio ꝑ miraculi opationē. Et diuidit̄ ī tres qa primò circūſtātia miraculi deſcribit̄ ſcđò ipm miraculū efficit̄, ibi: Et erat qdā regu. tertiò intētū cōcludit̄, ibi: Et credidit. Quatū ad primū tāgit̄ circūſtātia tpis, cū dicit̄: Poſt duos. qb⁹ māſerat cū Samaritanis ad ꝑces eorū, vt prędictū ē Et ſubdit̄ circūſtātia loci: Exijt īde & abijt. Et ſubdit̄ cā ſcđm Chry. q ¶Ipſe em̄ Ie. teſti. i. ꝓhibuerat an̄, vt hr̄ Lucæ iiij. d. r ¶Quia pro. in ſua pa. qa inuidia eſt magis īter cōpatriotas, vt dictū fuit Mat. xiij. & iō Chriſt⁹ nō redijt ī Nazareth, vbi fuit vilipēſus qn̄ voluerunt eū ꝑcipitare, vt hr̄ Lu. iiij. e. ſed abijt in aliā ꝑtē Galilæę, & hoc eſt quod dicitur: s ¶Cū er. ue. in Ga. exceperunt. honorificè ſicut Chriſtū à deo miſſū, & cau ſ ſubdit̄: t ¶Cū oīa uidiſſent quæ † quæ etiā mirabilia Nicodemus legis doctor crediderat, vt ſup dictū eſt ca. precedēti. & oſtēdit cōſequēter q̄liter Galilæi illa ſigna viderāt, di. v ¶Et ipi em̄ ue. quia ipſi tenebant̄ venire, vt ſup dictū eſt. ij. ca. x ¶Venit ergo iterum. quia ibi ante fuerat in nuptijs. vn̄ ſequitur: y ¶Vbi fecit aquā uinū. & decli. ciuita. Nazareth: rōne ꝑdicta. Alit̄ exponit̄ ab alijs, dicēdo, qđ nō diuertit à Nazareth, ſed oſtēdit̄ ꝑ literā ꝑdictam qđ fuit honorificè recept⁹, vbi pri⁹ fuerat vilipēſus. Et ratio reddit̄ ꝑ hoc, qđ illi de Galilæa gn̄alit̄, iter q̄s erāt illi de Nazareth, cū eſſent Galilæi, fuerūt in Ieruſalem die Paſchali, & vidētes miracula quę fecit Ieſus, crediderūt in eū, & ſic honorificè recepert̄. Et ad hoc pōt applicari illa litera ab illo loco: Et abijt in Galilæā, generaliter, non excipiēdo Nazareth. Et ſubdit̄ cauſa: Ipſe em̄ Ieſus teſtimoniū ꝓhibuit. i. ꝓhibuerat an̄. q. d. mutatū erat negociū in oppoſitā partē. vnde ſubdit̄: Cū ergo veniſſent in Galilæā exceperūt eū Galilęi honorificè generaliter etiā illi de Nazareth, & cauſa reddit̄: Cū omnia vidiſſent quæ Ieſus fecerat &c. Venit iterū in Chana Galilæę, nō diuertendo à Nazareth, vt dicit Chryſ. ſed de Iudæa veniendo verſus Nazareth, quia eſt in via veniendi illuc. z ¶Et erat qdam regulus Deſcriptis circunſtantijs miraculi quantum ad locum & tempus, conſequenter deſcribitur miraculi actus, cum dicitur: Et erat quidam regulus. Non accipitur hîc regulus ꝓ paruo rege, vt videtur nomen ſonare: quia Romani volētes frāgere Iudæorū ſupbiā, abſtulerunt ab eis regiā dignitatē regnū Iudæę in quatuor tetrarchias diuidentes, præcauere volētes eorum rebellionem. vnde ꝓ illo tpe nullus rex erat in Iudæa. Dicit ergo iſte re

Diuiſio

†ipi⁹ ſub. Chriſti

*Chriſtus

D

*Ieſus

*nere omne aliud negocium. e ¶Ex ciuitate autē illa multi crediderunt in eum Samaritanorum propter uerbum mulieris teſt. &c. qui licet excitati fuerunt per mulieris verbū tamen magis crediderunt per Chriſtū. ideo ſequitur: l ¶Quia iam non propter tuam loquelam credimus. per qđ ſignificatur, qđ licet doctrina philoſophica fidei noſtræ ſit in pluribus accōmoda, tamē non credimus ꝓpter illam, ſed propter ſacram ſcripturam, & potiſſimè ꝓpter Chriſti doctrinā: z ¶Et erat qdam re. Moraliter. Quilibet pctōr pōt dici regulus dimnutiuè, quia deficit in ſui ipi⁹ regimine, & tunc eius filius infirmatur, quādo ratiōi ſenſibilis appetit⁹ cōtrariat̄: q debet obedire rationi, ſicut filius ſuo patri, vt dicit̄. j. Eth. ſed cū homo per rationē Chriſtum fideliter deprecatur: tunc ille filius per virtutem Chriſti ſanat̄, ꝑ quem ſenſibilis appetitus ſub ordine rationis collocatur.

Moraliter

E longa pſidiæ infirmitate ſanet. a ℭ Et roga. Iam credens ꝙ poſſet ſanare filiũ eius, ſed quia per deitatẽ, quæ vbiq; eſt, non credit filio adeſſe, rogat vt deſcẽderet & preſẽs corpore ſanaret: vnde infidelitatis arguit᷑: Niſi ſigna & ꝓdi. vi. nõ cre. Econtrario Cẽturio laudatur, q dicit: Dic verbo & ſanabitur puer me⁹. vnde: Nõ inueni tãtã fi. in Iſrael. Vel forſitã cupiebat tẽtare q̃lis eſſet Chriſt⁹. vñ arguitur: Niſi ſigna & ꝓdigia. Poſtea aũt ꝓpter ſalutẽ filij credidit ipſe & domus eius tota.

Mat. 8. a

b ℭ Niſi ſig. In hoc redarguit᷑ de incredulitate, ꝙ nõ vbiq; credebat eũ eẽ, & ꝑ hui⁹ duriciã ſignificat᷑ duricia Iudæorũ, q nec viſis miraculis credũt. Verè econtra ꝑ Samariã ſignat᷑ fides gentiũ, q̃ ſolo v̶bo credidit. hoc aũt q̃tũ ad allegoriã à primo Chriſti aduẽtu vſq; poſt regnũ Antichriſti in perfidis Iudæis durabit.

Prodigiũ

c ℭ Et prodi. ꝓdigiũ q̃ſi porro dictũ, q̃ſi qđ aliqd ſignificat. Vel, ꝓdigiũ q̃ſi ꝓcul à digito, qa ꝑfigurat aliqđ remotũ & futurũ. d ℭ Deſcẽde. q̃ſi aliter nõ poſſet ſanare, niſi pñs eſſet. Vñ dñs indicans ſe nõ deeſſe vbi inuitat᷑, ſolo iuſſu ſanat. vñ: e ℭ Vade, fi. tu. Ad filiũ reguli nõ vadit, ne diuitias honorare videat᷑. ad ſeruũ Cẽturionis ire ꝓmittit, q naturã hoĩs nõ deſpicit: In q̊ ſupbiã deſtruit, quæ in hoĩbus nõ pẽſat naturã, ſed quæ extra patẽt. f ℭ Credi. ip. nõ alij ciues, in quo paucitas fidei Iudęorũ ſignatur, quãuis ſigna viderint. vñ infert: Hoc iterũ ſcđm ſi. fe. Ie. Sicut. ſ. multitudo gẽtiũ ſolo verbo cõuertẽdarũ in Samaritanis ſignabat᷑. g ℭ Hoc iterũ. De oĩb⁹ miraculis quæ fecit Ieſus in anno ante mortẽ Iohãnis, nõ facit Iohãnes mẽtionẽ niſi de iſtis, & de diſputatiõe Chriſti cũ Iudæis, quæ. ſ. ponit᷑. Cæteri em̃ Euãgeliſtę quæ hîc reticet, dixerunt plane.

† puerulus

※ eius

† cõmodi⁹

cuius filius infirmabatur Capharna a
¶ Iſte regulus, eſt figura Iudæorũ difficile ad fidẽ venientium.
um. Hic cùm audiſſet quia Ieſus ad b
ueniret à Iudæa in Galilæam, abijt
a ad eum, & rogabat eum, ut deſcen c
deret, & ſanaret filium eius: † incipi d
ebat enim mori. Dixit ergo Ieſus
¶ Quibus ſignis & prodigijs crediderunt Samaritani.
b c ad eum: Niſi ſigna & prodigia uide e
ritis, non creditis. Dicit ad eum re
d gulus. Domine, deſcende prius f
¶ Ne cadat in deſperationem
quàm moriatur † filius meus. Dicit g
¶ Iam incipit credere ꝙ ſermone ſanet, & ſic meruit ſalutem filio & ſibi.
e ei Ieſus: Vade, filius tuus uiuit. Cre h i
didit homo ſermoni, quem dixit ei
¶ Credendo.
Ieſus: & ibat: Iam autem eo deſcen k l
dente ſerui ※ occurrerunt ei, & nun m
ciauerunt dicentes, quia filius eius
a ¶ Non diffidit de miſericordia domini, ſed deſiderat vt virtus diuina ſeruorum confeſſione plurimis innoteſcat.
uiueret. Interrogabat ergo horam n
ab eis in qua † melius habuerat. Et
dixerunt ei, quia heri hora ſepti
a ¶ In figura ſanctiſpiritus ſeptiformis, in quo ois ſalus.
mã reliquit eum febris. Cogno
a ¶ Comparauit horam nunciantium horæ prenunciantis. ſ. Chriſti.
uit ergo pater, quia illa hora erat, in
qua dixit ei Ieſus: filius tuus uiuit: & o
f crediditipſe & domus eius tota. Hoc p
g iterum ſecundũ ſignum fecit Ieſus
cum ueniſſet à Iudæa in Galilæam.

abſẽs ſolo ĩꝑio: ꝓpter qđ dicebat: Dic tm̃ v̶bo, & ſanabi᷑ puer me⁹. ꝓpt᷑ qđ fuit à dño cõmẽdat⁹, dicẽte: Nõ iue. tãtã fidẽ ĩ Iſrl᷑. Et ſic patet ex mõ rogãdi, ꝙ iſte regul⁹ ali⁹ fuit à cẽturiõe. Quarto patet ex loco: qa ipẽ erat ĩ Caphanaũ, qñ fut rogat⁹ à cẽturione hic dicit᷑ ꝙ erat ĩ Cana Galilæę quãdo fuit rogatus à regulo. G

p ℭ Hoc iterũ. Non dr̃ ſcđm ſimplr̃, qa mlt̃a fecerat ĩ Ierl̃m, vt ꝑdictũ eſt. ſed dicit᷑ ſcđm de his q̃ fecit ĩ Galilęa. Vnde ſeq᷑: Cũ ueniſſet à Iudæa uſq; Gali. ℭ In c. iiij vbi dr̃ ĩ poſtil. Dicẽdũ, ꝙ ſitis vno mõ accipit᷑ ꝓ deſiderio alteri⁹ rei &c.

† erat em̃ mori

*ADDI.* In q̃libet Iſtorũ triũ modorũ qb⁹ ſitis accipit᷑ ſcđm Poſtil. q biberit ex aq̃ ſpũali quã Chriſt⁹ dat, iterũ ſitiet. nã ſi accipit᷑ prĩo mõ. ſ. ꝓ deſiderio alteri⁹ rei, ſic ſcđm ipm̃ oĩs res ſpũalis accepta magis gñrat ſitim ꝙ tollat. Si aũt accipiat᷑ ſitis ſcđo mõ. ſ. ꝓ deſiderio eiuſdẽ rei habitæ ad habẽdũ eã pfecti⁹, ſcđm quẽ modũ hñtes deũ ꝑ grãm, adhuc ſitiũt hr̃e ipm̃ ꝑ glĩã: Sic etiã iſto mõ ſitis remanet ĩ ipĩs q aquã ſpũalẽ. ſ. grãm Chriſti accipiũt. Si aũt tertio accipiat᷑ ſitis, ſ. ꝓ excluſiõe faſtidij à dilectiõe habita, ſic etiã bt̃i accipiẽtes aquã glĩę adhuc ſitiũt. Vñ nullo ꝑdictorũ modorũ qb⁹ ſcđm eũ ſitis accipit᷑, põt verificari v̶bũ Chriſti dicentis: Qui aũt biberit ex aq̃ quã ego dabo ei, nõ ſitiet ĩ ęt̃nũ: ĩmo autoritas Eccl. ꝑ illũ allegata nõ ſolũ applicat᷑ ſiti ſcđo mõ acceptæ, ſed etiã prĩo & tertio mõ, vt patet ĩtuẽti. Vñ ꝑdicta v̶ba Chriſti plani⁹ & veri⁹ exponũt᷑ ſecũdũ Chry. ſic ĩ hoc loco dicẽtẽ: Hãc aũt excellẽtiã hui⁹ aq̃, vt. ſ. qui ex ea biberit, nõ ſitiet ĩ æternũ. ꝑ ea q̃ cõſequũt᷑ Chriſt⁹ oñdit. Dicit em̃: Sed aq̃ quã ego dabo ei, fiet ei fõs aq̃ ſaliẽtis ĩ vi. ęter. q. d. ſicut q fõtẽ habet neq̃q̃ ĩterficiet᷑ ſiti, ſic & q hãc aquã habet quã ei dabo. Hæc ille. Autoritas aũt Eccle. vbi dr̃, Qui bibunt me, adhuc ſitient, intelligenda eſt de q̃libet trium modorum prædictormm. H

*REPLI.* In ca. iiij. vbi dr̃: Qui biberit ex hac aq̃, nõ ſitiet ãpli⁹. Poſtillator quãdã apparentẽ ſacræ ſcripturæ cõtrarietatẽ ſoluit: qa de eadẽ aq̃ dr̃ Eccl. xxiiij. c. Qui me bibent, adhuc ſitiẽt: Dicit em̃ Poſtil. ſitim vno mõ ſignificare appetitũ alteri⁹ rei ab aq̃. ſ. ſpũali, quę eſt grã, de q̃ ſermo. ꝑ cuius ſcilicet extraneę rei adeptionẽ ſitis nõ extinguit᷑, ſed poti⁹ auget᷑. Alio mõ dicit ſitim ſignificare deſideriũ eiuſdẽ rei habitæ ad habendum pfecti⁹: vt habens deũ ꝑ gratiã, deſiderat eũ habere per gloriã: & ſic vera eſt autoritas de Eccl̃iaſtico allegata. Primo autẽ modo intelligit᷑ verbũ Chriſti. Qui biberit ex aqua quã ego dabo id eſt gratia, non ſitit in æternum, appetendo. ſ. rem temporalem. quia q verè habet deum per gratiam, extra ipſum nihil cupit habere. Cum hoc ſtat, qđ dæſiderat eundem habere pfectius ſitiendo adhuc, prout ſonat autoritas Eccl̃iaſti. xxiiij. Burgen. autem quaſi nolens intelligere verba Poſtil. dicit ſecundum primũ modum ſitim non extingui, quia habẽs rem ſpiritualem magis eã appetit hr̃e. Et ecce ꝙ Bur. vl̃ nõ ĩtellexit vl̃ ĩtelligere noluit, ꝙ Poſtillator dicit, ſitim primo modo ſignificare appetitũ rei extraneæ à gratia, & illa eſt res temporalis, cuius appetitus per adeptionem gratiæ vel minuitur, vel omnino extinguitur, Nam quantò plus quiſque percipit de gratia, tantò minus ſapit ei id qđ habet natura. Inquantum enim regnum gratiæ dilatatur, intantũ pc̃ti poteſtas minuit᷑. Verba ſũt b. Bern. de li. ar. ca. xij. Gratia em̃ habẽtem trahit ad contemptum ſui & amorem dei, inquit Rich. & eſt communis ſententia ſanctorum doctorum. ſecundum appetitum igitur rei extraneæ verum eſt verbum Chriſti. Et ſi dixerit Burgen. Habens gratiam ſitit gloriã, prout in poſtil. igitur ſitis non extinguitur, Concedo quia ille eſt intellectus autoritatis Eccleſiaſti. xxiiij. Sed illa ſitis non eſt alterius rei, ſed eiuſdem: qa gloria eſt gratia cõſummata. falſum igit᷑ eſt qđ Bur. finaliter hic dicit autoritatẽ Eccl. intelligẽdã eſſe de ſiti primo mõ vt patet ex ꝑdictis. Dictũ Chry. ꝑ Bur. adductũ Poſtillatori bene ĩtellecto cõcordat, quia qui habet gratiam, habet fontẽ vnde hauriat, vt præter illud quod ad illum fontem pertinet non concupiſcat.

F *Nico. de Ly.*

☙ iſte regul⁹: qa erat officialis imꝑatoris deputat⁹ ad cuſtodiã Galileæ: ꝓpter qđ manebat ĩ Capharnaũ, quę erat metropolis illi⁹ terrę. vñ ſubdit᷑: a ℭ Cui⁹ filius. & licet eſſet gẽtilis, auditis tñ miraculis Chriſti, ſperabat ab eo impetrare ſanitatẽ filij ſui. ideo ſequtur: b ℭ Hic cum. quia Chriſt⁹ erat in alia villa, ſcilicet in Chana. c ℭ Et rog. &c. quia Capharnaũ erat in valle ſita reſpectu ſolo loci, in quo erat Chriſtus. d ℭ Et ſanaret fi. licet em̃ crederet ipſum poſſe ſanare eum: credebat tñ, ꝙ hoc nõ faceret ſine pñtia corporali. propter quod Chriſtus dure rñdit ei di. e ℭ Niſi ſig. Non em̃ reprehẽdit eũ de petitione ſalutis filij ſui, ſed de defectu fidei ſuæ. verũtñ quia ex deuotione repetit petitionẽ ſuã dicens. f ℭ Dñe deſcende. ideo exauditur à Chriſto. vnde ſequitur. g ℭ Dicit ei Ie. ua. Non enim voluit Chriſtus ire corporaliter, vt amoueret ab eo falſam ęſtimationẽ, qua putabat ipſum poſſe ſanare tantũ præſentia corporali. h ℭ Fili⁹ tu. ui. i. perfectę ſanitati reſtitut⁹ eſt de ianuis mortis, quia incipiebat mori. i ℭ Credidit hõ &c. quia fides requiritur ad obtinendũ dei beneficia. k ℭ Et ibat: ſine corporali Chriſti pręſentia. l ℭ Iã autẽ &c. quia Capharnaum eſt ſita in valle. m ℭ Serui occur. congaudendo ipſi. n ℭ Interrogabat er. &c. hoc fecit ad certificationẽ miraculi reſpectu ſui. qđ patet ꝑ hoc qđ poſtea ſequit᷑: Cog. er. o ℭ Et credidit. Hîc ponitur intenta concluſio. Ad hoc enim factum eſt iſtud miraculum, vt iſte regulus gentilis cum familia ſua crederet in Chriſtum. propter hoc dicitur: Et cre. ipſe &c. i. familia. Solet autem quæri, an iſtud miraculum ſit idem cum eo quod ſolet ſcribi Matt. viij. de Centurionis ſeruo ſanato à Chriſto: Et dicit Chryſo. ꝙ ſic. Alij autem dicunt contrarium: Quod videtur ex quatuor. Primò ex perſona infirmi, quæ hîc dicitur filius, ibi autẽ dicitur ſeruus. Secundò, ex infirmitate, quæ hic dicit᷑ febris, ibi aũt Paralyſis. vnde ibidem dicitur: Seruus meus iacet in domo Paralyticus &c. Tertiò, ex modo rogandi, quia iſte rogabat ꝙ veniret præſentialiter, credens ꝙ non poſſet curare aliter: propter quod fuit reprehenſus à Chriſto, vt dictũ eſt. Ille autẽ Cẽturio pręſentiã Chriſti repellebat, reputans ſe indignũ tãto hoſpite di. Nõ ſum di. Credebat etiã eum poſſe ſanare dum eſſet abſens

Miraculũ reguli differt à Cẽturionis in q̃tuor



A ☞ OSt hęc. Sequit᷑: Eſt au. Ie. Probaton Cap. V. Gręcè, dr̃ ouis Latinè: Probatica ergo pecualis, quia ibi abluebantur cadauera hoſtiarũ. Significat autem aqua illa ppl̃m Iudęorũ, qui mõ ſtat quiet⁹. mõ vẽtis tẽtationũ turbat᷑. q dicũt dño: Nos ppl̃s tu⁹ ſum⁹, & oues paſcuæ tuę. q qnq; porticib⁹. i. lege quę in qnq; libris eſt innuit᷑. Ibi multi infirmi, qa lex nõ ſanat, ſed ꝓdit ĩfirmos, vt aliqñ q̃rãt medicũ. Cęci ibi ſũt, q nõ hñt lumẽ fidei. Claudi, q qđ vidẽt nõ pñt opari. Aridi, q qdqd agũt ſũt ſine pinguedine charitatis. Expectabant aq̃ motũ. in q̊ ſanitas fiebat ꝑ Angelũ, qa lege cõiũcti grãm redẽptiõis deſiderabãt, Angel⁹, fili⁹ dei latẽs in carne inter Iudęos, q moti ſunt doctrinis ei⁹ ad pſequẽdũ: cui⁹ morte ſanatur vnitas q̃ ꝑ humilitatẽ deſcẽdit ad fidẽ paſſiõis. ſed q poſt. i. q ab vnitate diſcrepat nõ ſanat᷑. b ℭ Angel⁹ ãt. Ecce duo miracula. Vnũ inuiſibilr̃ ꝑ Angelũ ĩ piſcina. Alterũ viſibilr̃ à dño. In vtroq; vn⁹ ſanat᷑, vt vnitas cõmẽdet᷑. Alioquin nec in ptãte adeo magnũ, & in benignitate parũ fuit, vnũ de tot ſanari ab eo q oẽs vno poterat erigere v̶bo. Sed in his corꝑalib⁹ plus intẽdit ęternã ſalutẽ aĩarũ. c ℭ Triginta & octo. i. duobus min⁹ q̃draginta, q numer⁹ cõſtat ex quater decẽ: & ſignificat pfectionẽ operũ, in decẽ p̃ceptis legis & q̃tuor euãgelijs: à q̊ duo min⁹ habet q charitate dei & proximi caret. d ℭ Vis ſan. Nõ neſcit quid velit, ſed accendit ad amorẽ ſanitatis, de qua iã deſperabat, vnde iã cõquerebat᷑, ꝙ non haberet qui eũ mitteret in aquã.

Pſ. 94. b

† natatorium

בית אשׁחודה

† turbabat aquam

☞ Tolle

*NICO. DE LY.*

POſt hęc erat dies Cap. V. feſtus. In ſuperiorib⁹ determinauit Euãgeliſta de ſpũali regeneratione, hîc cõſequẽter determinat de beneficiorũ ad hoc cõueniẽtiũ exhibitione. In generatione em̃ carnali filij habẽt à pr̃e vitã, nutrimẽtũ & doctrinã: ita eodẽ mõ eſt in gñatione ſpũali. ideo Euangeliſta priò deſcribit vitæ collationẽ, ſecũdò ſpũalẽ nutritionẽ ca. ſeq. Poſt hæc aũt. tertiò inſtructionẽ cap. vij. ibi: Poſt hęc aũt ambulabat. Circa primũ ſciẽdũ, ꝙ mod⁹ naturalis cognitiõis hũanę eſt ex ſenſibilibus ad intelligibilia deduci: qa oĩs nr̃a cognitio orit᷑ ex ſenſu. & iõ mod⁹ iſti⁹ Euãgeliſtę vt frequẽter eſt pręmittere ſignũ ſenſibile cõueniẽs ſequẽti doctrinę. & iõ hoc capl̃m diuidit᷑ in duas partes. qa primò pręmittit᷑ ſenſibile ſignũ, ad oſtẽdẽdũ ꝙ in Chriſto ſit potẽtia vitę reparatiua. ſcđò ſubditur doctrina, ibi: Pater em̃ diligit. Prima in tres: qa primò ponit᷑ miraculi operatio, ſcđò eius impugnatio, ibi: Erat aũt ſabbatũ. tertiò cõueniens excuſatio, ibi: Ieſus aũt rñdit: Pater me⁹. Prima in duas: quia primò circũſtantia miraculi pręmittitur, ſcđò act⁹ miraculi deſcribit᷑, ibi: Erat autẽ quidã. Circa primũ ponit᷑ primò circũſtãtia tpis, cũ dr̃: Poſt hæc erat &c. ſ. feſtũ Pẽtecoſtes. b ℭ Et aſcẽdit Ie. Iero. qa viri tenebantur ibi eſſe in illo feſto: quia ter in anno tenebãtur maſculi apparere corã dño. ſ. Paſchate, Pentecoſtes, & feſto tabernaculorũ. ſecundò deſcribit᷑ cõditio loci, cũ dicit᷑: c ℭ Eſt aũt Iero. ꝓba. in q̃ aquæ pluuiales colligebãtur. & ibi lauabãtur hoſtię primò, & poſtea in luterib⁹ in atrio ſacerdotũ exiſtẽtib⁹: Iõ dicebat᷑ illa piſcina ꝓbatica, à ꝓbatõ qđ eſt ouis, & eſt nomẽ Grecũ, cui⁹ interpretationẽ ponit in Hebraico dicẽs: d ℭ Quæ cognomina. &c. Id eſt dom⁹ ouiũ. e ℭ Quinq; por. vt per plura loca poſſent lauantes hoſtias deſcendere ad aquã. f ℭ In his. ſcilicet porticib⁹. Iacebat multitu. &c. Et ſubditur cauſa: g ℭ Angelus autẽ. i. in diuerſis tpibus, interpolatione tamen facta. h ℭ Deſcendebat in pi. &c. ex deſcenſu angeli. i ℭ Et qui prior deſcendiſſet in &c. Cauſa autem deſcenſus Angeli, & huius miraculi aſſignatur à doctoribus, dicẽtibus ꝙ appropinquãte Euangelij veritate dñs voluit figurã expreſſam baptiſmi in hac piſcina oſtẽdere. quæ cõueniebat cũ baptiſmo in mũdãdo & ſanando virtute dei occulta ad motionẽ Angeli, ſicut baptiſmus ſub ſenſibili elemẽto mundat

B

Diuiſio

Cap. V.
a POſt hæc erat dies fe a
ſtus Iudæorum, & b
a ¶ Solennitatem celebrat cum hominibus homo.
aſcẽdit Ieſus Ieroſo
lymam. Eſt autẽ Ie c
roſolymis † in pro
batica, † piſcina, quę cognominatur d
Hebraicè Bethſaida, quinq; porti e
cus habẽs. In his iacebat multitudo f
magna languentium, cæcorũ, clau
dorum, aridorum, expectantium a
a ¶ i. Mortem Chriſti, & inde redemptionem.
b quæ motum. Angelus autem do g
mini ſecundũ tempus deſcendebat h i
in piſcinã, & † mouebatur aqua. Et
¶ Etſi plures ſanãtur morte Chriſti, propter vnitatem tamen vnus dicitur ſanari.
qui prior deſcendiſſet in piſcinam
poſt motionem aquæ, ſanus fiebat
à quacumq; detinebatur infirmita
c te, erat autem quidam homo ibi, tri k
a ¶ Significat multis & magnis peccatis oppreſſum.
gintã & octo annos † habens in in
firmitate ſua. Hunc autem cum ui l
diſſet Ieſus iacentẽ, & cognouiſſet,
quia iam multum tempus haberet,
a ¶ Incitat eum ad fidem, quia non niſi volens debet fieri ſanus.
d dicit ei: Vis ſanus fieri? Reſpondit m n
ei languidus: Domine hominẽ non o
habeo, ut cũ turbata fuerit aqua, mit
tat me in piſcinã. Dum uenio enim p
ego, alius ante me deſcendit. Di q

to mundat animã virtute occulta verbi: & cũ hoc aliqñ ſanat corpus miraculoſè. Verũtamen qa figura deficit à figurato, ideo iſta piſcina non ſanabat niſi corp⁹: & vna vice tm̃, & nõ ſanabat niſi vnũ: Baptiſmus aũt pertingit ad animã & ſanat oẽs quotquot veniũt ad ipm̃, niſi ponãt impedimentũ. Alij aũt dicunt, ꝙ illa miracula ibi fiebant ꝓpter præſentiã ligni dñicę crucis, qđ ibi enatauit appropinquante Chriſti paſſione. & ideo Angel⁹ illuc deſcendebat ꝓpter ligni reuerẽtiã, & enatauit tpe cõueniẽti ꝓpter eius motionẽ. Per hoc etiã oſtẽdebatur, ꝙ natura humana à morbo pc̃ti per lignũ dñicę crucis erat ſanãda. Qualiter aũt illud lignũ dñicę crucis in loco illo fuerit poſitum, diuerſimodè dicit᷑. Dicitur em̃ in hiſtoria ſcholaſtica, ꝙ regina Saba vidit in domo Salt⁹ libani Salomonis quodam lignũ, de quo vidit in ſpũ, ꝙ in illo pateretur ille ꝓpter quẽ deficeret regnũ Iſrael. Q. ſ. cũ ſignificaſſet Salomoni, ipẽ volens ſeruare durabilitatẽ regni, fecit poni illud lignũ in profundo terrę iuxta tẽplũ, vbi poſtea in ſuperficie terrę facta eſt illa piſcina: & ideo poſtea ibi illud lignum apparuit mõ prędicto. In quadã verò hiſtoria ſancte Crucis dr̃, ꝙ Seth filius Adę ex præcepto patris iuit ad paradiſum voluptatis, vnde eiect⁹ fuerat: & petijt ab Angelo cuſtodiẽte locũ illũ de oleo miſericordię. qui acceptis trib⁹ granis arboris ligni vetiti, dedit ea Seth: & ipſe plantauit ſuper ſepulchrũ patris ſui Adę: & inde ortæ ſunt tres virgulę, quæ poſtea in vnã arborem ſunt coniunctę. Poſtea tẽpore Salomonis illa arbor fuit ſecta, quia videbatur ædificationi tẽpli neceſſaria. verũtamen qñ applicabat᷑ ad opus ſemꝑ erat nimis curta vel nimis lõga: & ideo tanq; inutilis ad hoc dimiſſa fuit iuxta tẽplũ ĩ atrio quodã. hoĩes aũt veniẽtes ad tẽplũ illi ligno cœperũt facere quãdã reuerẽtiã inſtinctu diuino. de quo dolẽtes ſacerdotes fecerũt illud ꝓijci intra piſcinã quæ erat prope tẽplum. quod deſcẽdẽs ad fundũ, ibi diu latuit: poſtea verò imminẽte paſſiõe apparuit mõ prædicto. Hęc aũt ſcripſi ſine aliqua aſſertiõe. k ℭ Erat aũt. Hîc cõſequenter ponitur actus miraculi cũ dr̃: Erat aũt quidã homo &c. Ex quo patet, ꝙ diu punit⁹ fuerat: illã em̃ infirmitatem ꝓpter pc̃m præcedens incurrerat, vt patebit infra. verũtamen quia pœnã patiẽter ſuſtinuerat, ideo dignũ erat, vt ei ſubueniretur. ꝓpter hoc ſequit᷑: l ℭ Hunc aũt cum ui. &c. ſ. in infirmitate illa. m ℭ Dicit ei: uis ſanus fieri? non petit quaſi dubitans de volũtate: ſed vt magis excitet eius deſiderium, quia per hoc dignior efficitur accipere dei donum. n ℭ Reſpondit ei languidus. oſtendens ſuum deſiderium. o ℭ Dñe hoĩem nõ &c. q. d. multũ deſidero, ſed nõ habeo hoĩem qui me portet: & ego ſum ita debilis, ꝙ nõ poſſum ita cito venire ſicut alij. vnde ſequitur: p ℭ Dum uenio enim &c. hoc aũt dicebat, quia videbat Ieſum fortẽ & aptũ ad portandũ eũ, & magnũ reputaret, ſi in hoc ei ſeruire vellet. ſed ſtatim cõtulit ei maius beneficiũ, videlicet ſanitatem perfectã. vnde ſequitur: q ℭ Dicit ei Ieſus: Surge &c. reſtitutus ſanitati.

C

† ſuper, ad probatica

† morbo detentus

D

☙ Tolle grabatũ

Moraliter. a ℭ Poſt hæc erat &c. Sequitur: c ℭ Eſt autem Ieroſo. &c. Secundũ doctores catholicos piſcina hæc ſanans infirmitates inuiſibili virtute apparuit ante baptiſmũ Chriſti, ad ſignandũ virtutẽ ei⁹ baptiſmi, ſicut dixi pleni⁹ in expoſitiõe lr̃ali. e ℭ Quinq; porti ha. i. aditus. per quos ſignificant᷑ lex, ꝓphetæ, agiographa, euãgelium, & apoſtolica doctrina. Hæc em̃ qnq; mentionẽ faciũt de Chriſti baptiſmate, quaſi ad ipſum prębẽtes aditũ: tria prima figuratiuè, alia duo exhibitiuè. Per Angelũ deſcẽdentẽ in piſcinã ſignificatur Chriſt⁹ qui Iſa. ix. ſcđm tranſlationẽ. Lxx. dicit magni cõſilij Angelus. ipſe verò deſcẽdẽs in Iordane, vĩ regeneratiuã dedit aquis tactu ſacratiſſimæ carnis ſuæ. Sed qm̃ diuina virtus non eſt alligata ſacramentis, ideo ad hoc ſignificandum iſte languidus qui dicitur hic ſanatus, non fuit ſanatus per deſcenſum in piſcinam, ſed per Chriſti ſermonem, cum ei dixit:

Moraliter

F v ※ Surge

E a ¶ Tol. gra. Diligite ꝓximũ infirma eius tolerãdo, qui te infirmũ patiẽter tulit: & nõ ſolũ lętare de tua erectiõe, ſed etiã de ꝓximorũ ſollicitus eſto ſalute. Ecce angelus magni cõſilij latens in carne, turbata aqua Iudęorũ ſanũ fecit vnum. b ¶ Et am. Diligẽdo deũ feſtina vſq; ad viſionẽ eius, nec fratrem propter amorem eius ad quẽ pergis deſerẽs, nec ꝓpter fratrem ab illo quęrẽdo ceſſans. c ¶ Dicebant ergo. Iudęi obſeruatores literę, neſcientes gratiã qua lex implet. quę ab oĩ ſerui li opere id eſt à pc̃õ ceſſare iubet. vñ hĩc dicitur: Tolle grabatũ &c. d ¶ Nõ licet. Nõ calũniãtur de ſalute q in ſabbato curãt aĩalia, ſed de lecti portatiõe. e ¶ Rñdit eis. Non cedit obijciẽtibus ſed ſanatoris mandatis obediẽs, autoritatẽ ſanationis ſuæ obijcit calumniantibus. f ¶ Neſciebat quid eſ. In turba poſitus nõ agnouit Ieſum, ſed poſt in tẽplo. In quo docemur, vt qſq; vult ad viſionẽ dei ꝑuenire, fugiat turbã ſuorũ affectuũ & neq; hoim: & adeat tẽplũ internę oratiõis. g ¶ In tẽplo. Nõ in turba ſed in tẽplo. quia ſi gratiã cõditoris cognoſcere volumus, oportet vt cõuẽticula fugiam⁹, & tẽplũ efficiamur. h ¶ Noli peccare. Innuit ꝙ ꝓpter pc̃ã languebat: ſed ipſe Ieſus illũ ſicut exteri⁹, ita intus ſanauit. vnde præmonet, ne iterum peccando grauius iudicet. i ¶ Quia hæc fa. in ſab. Quaſi ſolutor legis agẽs cõtra deũ, qui requieuit in ſabbato, ſex diebus primò operat⁹. Cõtra qđ ait Ieſus: Nõ ſex diebus tm̃ vt putatis operat⁹ eſt deus, ſed vſq; mõ operat. quia qui ſex diebus cõdidit noua, à quib⁹ requieuit die ſeptimo, poſteà operat vſq; in finem gubernãdo, ſuſtẽtãdo, renouãdo, ꝓpagando, vt permaneãt cõdita. Et cũ ſemp operat de⁹, cõſtat ſacramẽtũ eſſe qđ de requie ſabbati legit. k ¶ Ieſus aũt reſp. Q. Cęci in lege cur mihi inuidetis, ſi hominẽ in ſabbato ſano, q de⁹ cũ patre ſemper operor. l ¶ Propterea ergo. Si pri⁹ ꝓ ope ſabbati, nũc magis inſidiant: qa patrẽ ſuũ deũ dicit, cũ eũ tãtũmodo hominẽ putarẽt. Ergo impõnũt ꝙ ſe facit ęqualẽ deo, qđ eſſet facere rapinam. ſed ipſe nat⁹ eſt ęqlis. m ¶ Rñdit itaq; Ieſus. Quia cõmoti ſunt de audita æqlitate ei⁹ quẽ putãt hoiem purũ, cũ deo patre, ſubdit ſe eſſe filiũ ęqualẽ pr̃i, eiuſdẽ volũtatis, eiuſdẽ poteſtatis, eiuſdem operationis. In his autem differendis hoc genere loquendi vtitur, quo mentes paruulorum poſſit excitare, & ſi non implere: & quo mentes adultorũ exercęãtur & paſcantur. Dicit em̃ de deitate filij

Geñe. 2. a

& quærebãt ipſum interficere

F

a cit ei Ieſus: Surge tolle grabatum b tuum, & ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille: & ſuſtulit grabatum ſuum, & ambulabat. Erat autem ſabbatum in illa die. Dicebant ergo Iudæi illi qui ſanatus fuerat: Sabbatum eſt, non licet tibi tollere grabatum tuũ. Reſpondit eis: Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuũ & ambula. Interrogauerunt ergo eum: Quis eſt ille homo q dixit tibi: tolle grabatum tuum & ambula? Is autem qui ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet. Ieſus autem declinauit à turba conſtituta in loco. Poſtea inuenit eum Ieſus in templo, & dixit illi: Ecce ſanus factus es, † iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo, & nũciauit Iudæis, quia Ieſus eſſet qui fecit eũ ſanum. Propterea perſequebantur Iudæi Ieſum, * quia hæc faciebat in ſabbato. Ieſus autem reſpondit eis: Pater meus uſque modo operatur, & ego operor. Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non ſolùm ſoluebat ſabbatum, ſed & patrem ſuum dicebat deum, æqualem ſe faciens deo. Reſponditi taque Ieſus, & di-

¶ A vitijs. ¶ De virtute in virtutem. ¶ Noto Ieſu non eſt piger in annunciando. a ¶ Iſte nunciat ſalutem vt ſequantur, ſed illi econtra perſequũtur. a ¶ Sapientia, per quam facit pater omnia. ¶ Quantum ad opinionem eorum. a ¶ Nõ vt nos q patrẽ eũ vocamus ſed æqualẽ ſe faciẽs deo.

h ¶ Interrogauerunt ergo. Hĩc ponit accuſatio medici. & primò in generali ante cognitionẽ determinatã de ipſo. ſcđò in ſpeciali ipſo cognito, ibi: Poſtea. Quia em̃ per ſanatã eũ iſte ſanatus cõuenienter ſe excuſabat, ideo quærebãt de ipſo ſanãte, vt ipm̃ ꝑſequerentur. & hoc eſt qđ ſequit: Interrogauerunt ergo eum, quis eſt il. &c. q. d. mal⁹ eſt hõ q præcepit talia. i ¶ Is aũt q ſan. &c. quia diu languidus iacuerat, & ſic facta Chriſti & ei⁹ famã ignorabat. k ¶ Ieſus autẽ declinauit &c. dãs exẽplũ aliqñ fugiendi volentes calũniari, & nolẽs ſe iactare de operatiõe miraculi. l ¶ Poſtea. Hĩc ponitur accuſatio medici in ſpãli habita cognitiõe de eo. & hoc eſt qđ dicit: Poſtea inuenit &c. quia ad agendũ gratias de ſanitate ſibi collata frequẽtabat tẽplum, qđ eſt locus oratiõis. m ¶ Et dixit illi: ecce ſa. &c. Ex quo patet, ꝙ infirmitas illa fuerat ſibi propter pc̃m̃ inflicta. n ¶ Ne deterius &c. incurrendo pœnã ęternã, quia in recidiuãte fiũt nouiſſima peiora priorib⁹. o ¶ Abijt ille homo &c. Dicunt aliqui, ꝙ hoc fecit malicioſẽ. Sed hoc nõ eſt verũ: qa illos quos dñs ſanauit corpe, ſanauit & mẽte. vnde de iſto dr̃. j. vij. c. Totũ hoiem ſaluũ feci in ſabbato. qđ etiã exprimit hĩc ex verbo Chriſti, cũ dr̃: Iam noli pec. q. d. prę cedẽs pc̃m̃ eſt tibi dimiſſum. Et ideo dicendũ, ꝙ iſte ſanat⁹ iuit bona intẽtione, ad publicãdũ virtutẽ Chriſti. Illi autẽ q bus hoc nũciauit, fecerũt inde dãnũ ſuũ, ſicut & de alijs Chriſti virtutibus. ideo ſequit: p ¶ Propterea pſe. tãquã violatorẽ diuinę legis: qđ tñ erat falſum, vt viſum eſt. q ¶ Ieſus aũt. Hĩc ponit miraculi excuſatio. Circa qđ cõſiderandũ, ꝙ apl̃i fuerũt hoĩes puri: & ideo Chriſt⁹ excuſauit eos de violatiõe ſabbati in cõfricatione ſpicarũ ꝑ exẽpla purorũ hominũ, ſicut Dauid & ſacerdotũ, vt habet Mat. xij. a. vbi iſta exẽpla diffuſi⁹ tractantur. ipſe aũt Chriſt⁹ erat homo & deus: & ideo aliqñ ſe excuſauit de violatione ſabbati ꝑ facta hũana, vt patet Luc. xiij. c. vbi oſtẽdit, ꝙ ĩ neceſſitate poterat bos leuari de puteo in die ſabbati, & multo magis homo ſanari, vt habetur. j. vij. c. Si circũciſionẽ accipit homo ĩ ſabbato, vt nõ ſoluat lex Moyſi, mihi indignamini, quia totũ hominẽ ſaluũ feci in ſabbato. Aliqñ aũt ſe excuſat per diuina facta, vt hic cũ ſubdit: r ¶ Pater meus &c. De⁹ em̃ nõ ſic ꝓducit res ſicut artifex domũ, qa domũ factã dimittit & non cõſeruat: & iõ domo facta ceſſat ei⁹ opatio, de⁹ autẽ ſic producit res, ꝙ eas cõſeruat ineſſe. & ideo licet ſeptĩa die q̃euerit à nouis opib⁹ cõdẽdis, nõ tamẽ quieuit à creaturis ꝓductis cõſeruandis. Pater & filius ſunt vn⁹ deus, & ideo ſicut pater cõtinuẽ operatur in cõſeruatione & adminiſtratiõe rerum, ita & filius. & ſic Chriſtus excuſatur in ſabbato operãdo. Sed qa ex hac excuſatione ſequitur, ꝙ Chriſtus ſit equalis deo patri, ideo ex hoc vbo magis pſequebant eũ Iudæi tanq̃ blaſphemũ, quia blaſphemia acrius punit in lege q̃ fractio ſabbati. & hoc eſt qđ dicit: s ¶ Propterea ergo magis quære. &c. Patet litera, ꝓpter qđ conſequẽter ſe excuſat dicens: Amen amen

Matt. 12. d.

† De pę. & remiſ. c. cũ infirmitas.

G

H

## Nico. de Lyra.

A a ¶Di.ei Si.Error Petri hīc nobis profuit.Errauit em̄ ne nos erraremus,Errauit,cum ſe totū lauendum deo obtulit,quē deus correxit,oñdens ſemel baptizatū non eſſe baptizandum. b ¶Qui lo.Ex his verbis intelligim⁹ baptizatos apoſtolos,& ſi non legimus vbi vel quando. c ¶Qui lo.Baptiſmo lotus eſt mundus. Sed quia iterum puluere terrenæ habitationis inqnať,iterum op⁹ eſt pedes lauare,quos lauat dn̄s interpellans p nobis,& nos ipi orādo.Ille etiam q in ocio ſtudet veritati,dū in alijs pulſanti ſpōſo aperire pgit,pedes inqnat,quia veritas hūiliter audiť:ſed ſine periculo non pōt prędicari,ſed hos pedes dn̄s diſcipłis lauat. c ¶Et cū recu.Sicut prius exemplo,ſic etiā nūc verbo inſtruit eos magiſter ꝟitatis.Et qd' dicit magna de ſe nō eſt arrogātia,ſed ꝟitas quę pdeſt auditorib⁹,ſicut facit & Paulus. ¶Greg.Incauti ſūt hūilesqui ſe mēdacio illaqueāt dū arrogātiam vitant;qa cōtra veritatem ſe erigūt quā relinquūt.Qui em̄ neceſſitate cogēte vera de ſe & bona loqť,tāto magis humilitati iūgiť,quātò veritati ſociať. d ¶Nō de oīb⁹. Non oēs facietis hoc vñ beati ſitis,ſed q mādücat me.pa.nō vt proficiat,ſed vt lateat,leuabit cōtra me calcaneū ſuū.i.me calcabit,vt impleať ſcriptura quę hoc p̄dixit.nō qd' cogat,ſed qa qd' futurū erat nō tacuit. e ¶Ego ſcio q̄s ele.Ad hoc vt ſequaces mei ſint btī,Elegit aūt Iudā nō ad hoc,ſed ad illud qd' de eo factū eſt.ſ.ad ſalutē aliorū.Vñ alibi:Elegi vos duodecim,& ex vobis vnus diabolus eſt. f ¶Amodo dico uobis.Q.Hucuſque toleraui & tacui,ſed iam noto proditorem antequam fiat qd' mox faciendū eſt,vt cū factū fuerit credatis,qa ego ſum ille de quo ſcriptura illa p̄dixit. ☞Amē amen

Apłi baptizati

†opus habet

ī.6.g.

B

a ¶Territus hac reſponſione,totum ſe offert abluendū turbatus amore & timore.
a mecum.Dicit ei Simon Pētrus:Do
a ¶Affectionis.
mine non tantum pēdes meos,ſed
a ¶Opera, ¶Cogitationes
b & mānus & caput.Dicit ei Ieſus:
Qui lotus eſt,non †indiget,niſi ut
a ¶Præter pedes quibus tangit terram.
pedes lauet,ſed eſt mundus tōtus.
Et uos mundi eſtis,ſed non omnes.
a ¶Quare hoc dixit,exponit euangeliſta.
Sciēbat enim quiſnam eſſet qui traderet eū.Propterea dixit:non eſtis
¶Impleta purgatione per ſanguinem.
mundi omnes.Poſtquàm ergo la
a ¶Surgens immortalis factus eſt.
uit pedes eorum,âccepit ueſtimen
a ¶Ad dexteram patris ſedens. b ¶Per ſpiritum miſſum in linguis docet.
c ta ſua.Et cum rēcubuiſſet,itērum
¶Inuitat ad ſciendum,quod prius neſciebant
dixit eis:Scitis quid fecerim uobis?
Vos uocatis me magiſter & domi
¶Quia verum eſt
ne,& bene dicitis:ſum etenim.Si er
¶Dimiſi peccata veſtra. ¶Quia deus. ¶Quia veritas
go ego laui pedes ueſtros,dominus
a ¶Alter alteri peccata dimittere & pro inuicē orare.
& magiſter:& uos debetis âlter alterius lauare pedes.Exemplum enim
¶Sicut ego patior,& vos patiamini,ſicut me humilio,ita vos humiliamini.
dedi uobis,ut quemadmodum ego
a ¶Manu vel corde.
feci uobis,ita & uos faciâtis.†Amen
a ¶Debetis facere quod ego,quia
amen dico uobis,nôn eſt ſeruus
maior domino ſuo,neque†apoſtolus maior eſt eo qui miſit illum. Si
¶Quæ feci & doceo.
hæc ſcitis,beati† eritis,ſi feceritis
¶Non omnes vos beatos dico.
d ea. Non de omnibus uobis dico.
e Ego ſcio quos elegerim.Sed ut adimpleatur ſcriptura.†.Qui manducat mecum panem,leuabit con
f tra me calcaneum ſuum.Amodo di

## Nicolaus De Lyra.

ligni vetiti primi parentis,ita ſimiliter aliqd eſt neceſſarium ad ſalutē,nō ex natura ſui,ſed ppter pręceptum dei vel prēlati,& ſic erat in pposito,Ex quo em̄ Chriſtus volebat ſimplr hoc facere,Petrus de neceſſitate ſalutis teneba ť ſuſtinere. a ¶Dñe nō &c.Pedes ſunt pars corporis inferior,manus media,caput ſuperior.& ideo per expreſſionem iſtarū partium intelligitur totū corp⁹.Eſt igiť ſenſus:Dñe nō tantū.q.d.prius ſuſtinerem à te per totum corpus lauari quā à te ſeparari.qa q̄uis eſſet durum Petro ſuſtinere ſeruitium magiſtri,tamen grauius erat ei ab ipſo ſeparari.vnde diciť in Itinerario Clementis,qd' quādocūq; Petrus memor erat dulciſſimæ ſocietatis Chriſti,reſoluebatur in lachrymas,ita qd' facies eius aduſta videbatur ex frequēti lachrymarum fluxu. b ¶Dicit ei Ie.Per baptiſmū,ex q̄ accipiť ꝙ apłi fuerūt à Chriſto baptizti,vt ſupra dictū eſt ca.iij. c ¶Non indiget.Sed eſt mūd⁹ tot⁹.Si em̄ aliquis baptizatus ſtatim moriať,euolat ad patriā,nec indiget aliqua alia lotione:tñ ſi ſupuiuat etiā ſctē,indiget lotione pedū ſpūaliū.i.affectionū mentis,qa ex cōditione mortalis vitæ,affectus eius aliqñ aliqs maculas contrahit ex tpalib⁹:ſed nō indiget lauare caput.i.ptē cōtemplatiuā quæ intendit ſupioribus & æternis,nec manus,i.vitæ actiuæ opera quæ in eo ſunt ſancta.Talis autem erat Petrus & etiā alij apoſtoli,excepto Iuda pditore,ppter qd' ſequiť:Et vos mūdi eſtis ſed nō oēs. d ¶Poſtquā er.Oſtēſa facti vtilitate in prędicta lotione,hīc inducit diſcipulos ad imitandū in opere.Et diuidiť in duas;quia primò ppoſitū declarat.ſcd'ò confirmat,ibi:Exēplum em̄ de.Diciť igiť:Poſtquā er.In hoc oſtēdit cōuenietē modū docendi,in moralibus em̄ magis mouent facta quā verba,vt poteſt haberi ex.x.Ethi.& iō Chriſt⁹ doctrię de hūilitate præmiſit hūilitatis factū. e ¶Accepit ue.Sicut enim ad miniſtrandum congruè debent veſtimenta deponi,ita ad docendum honeſtè debēt aſſumi:ppter qd' magiſtri ſolent legere in habitu ad hoc diſpoſito & ordinato,ſcd'm diſpoſitionē facultatis ſuæ. f ¶Et cum re.&c.qa ſedēdo debet doctor docere.Doctrina em̄ nō capitur niſi in qete,ppter qd' diciť.vij.Phyſi.Sedendo & qeſcēdo fit aīa ſciēs & prudēs.Sequiť doctrīa: g ¶Dixit eis:ſci.q.d.vos debetis hoc ſcire.& in hoc reddit eos attentos. h ¶Vos uoca.Aliqd em̄ dicitur bene dictū,quādo cōgruit dicenti & rei dictę.Cōgruit autē rei dictę,quando ſic eſt in re ſicut diciť.Cōgruit autē dicēti,quādo dicēs talē ſe oſtēdit facto,qualem verbo.vtroq; modo apłi bñ dicebāt,qa ſic erat in re ex parte Chriſti q ſupior erat,ſimiliter & ex parte apłorū qui facto ſe ei ſubijciebāt ſicut & verbo:ppter qd' cōtra diſcipulos ſolo verbo diciť Mat.vij.c.Multi dicēt mihi in illa die:Dñe domine,nōne in nomine tuo prophetauimus &c.& tūc cōfitebor illis,quia nunq; noui vos &c.Ex prędictis cōcludit Saluator intentū,dicēs: i ¶Si er.ego la. Multo fortius. k ¶Et uos deb.alter. Per hoc intelligiť quodlibet pietatis & humanitatis officiū pximo impēſum. Ad qd' impēdendū qlibet teneť in caſu neceſſitatis extra aūt talē caſum teneť debito honeſtatis & cōgruitatis. l ¶Exēplum.Hīc confirmat cōcluſionē prædictā,& hoc quadrupliciter.Primò exēplo ſui dicēs:Exēplū em̄.q.d.adhoc feci vt oſtēderem vos ad hoc teneri.Scd'ò confirmat per ſuā autoritatē dicēs: m ¶Amen amē di.Id eſt miſſus,quia apoſtoli fuerunt miſſi à Chriſto ad prædicādū,quibus miſſis tenebanť populi credere,multo fortius apoſtoli tenebāť autoritati Chriſti obedire.Tertiò cōfirmat eā ſequēti premio,cū dicit: n ¶Si hęc ſci. Beatitudo autē eſt maximū deſiderabile cum ſit ſtatus omnium bonorū aggregatione perfectus. o ¶Nō de oīb⁹ uo.dico.ſcilicet ꝙ debeatis eſſe beati,quia præuidebat dānationem Iudæ futuram propter qd' ſubditur: p ¶Ego ſcio. id eſt clare cognoſco. q ¶Quos elge. ſcilicet ad vitam æternā.Iudas autē non fuit electus ad ipſam,ſed tātū ad apłatū,vt ſup̄ dictū eſt ca.vj. r ¶Sed ut ad. Ex malicia & dānatiōe vnius veſtrum. s ¶Qui mandu.me.pa le.contra me.cal.id eſt conabitur me ſuppeditare.Hoc fuit impletum in Iuda,qui panē corporalem & ſacramētalem ſibi datum à Chriſto māducauit.prędicta autē ſcriptura habeť pſal.xl.Tranſlatio.Lxx.habet:Qui edebat panes meos,magnificauit ſuper me ſupplantationem.Et tranſlatio Hieronymi,accepta iuxta Hebraicum magis propinqua eſt dicto Chriſti,quæ talis eſt:Qui māducat meū panē,leuabit contra me plantā. t ¶Amodo.dico uo. Quia ego ſum.ſ.verè Chriſtus,verus homo,verus deus;quia ſcire ſecreta cordiū & prædicere certitudinaliter futura cōtingentia à libero

C

†teſtis

Moraliter

Diuiſio

D

†Mat.10.c Lucæ.6.f.

†miſſus

†Pſal.40.

*Exemplū enim dedi vobis.Qd' ergo dixit Petro:Si non lauero te,nō habebis ptē mecū:idem eſt ac ſi dixiſſet:partem mecum nō habebis,niſi à me receperis exemplū humilitatis.Et in hoc facto Chriſtus dedit ſupiorib⁹ & prēlatis exēplum verę humiliationis. d ¶Poſtquā ergo lauit pedes eorū.Per hoc oſtendens,qd' ſuperior poſt actū humilitatis debet reſumere debitum exercitiū autoritatis. m ¶Amen amen dico uobis:non eſt ſeruus ma.domino ſuo.Licet omnes Chriſtiani ſint ſerui Chriſti,tñ ſpecialiť epī q ſunt ſucceſſores apłorū:ppter qd' nō debēt ſe facere maiores ipō Chriſto,& tamē aliqui q̄tum ad aliqd faciūt contrariū,Nā pręcepta ſua & ſtatuta (licet frequēter ſint de indifferētib⁹) ſeruari ſtrictius faciunt q̄ diuina. r ¶Sed ut adimpleatur ſcriptura.ſcilicet Pſal.xl.c. s ¶Qui manducat mecum pa. Iſti ſunt prēlati,clerici,& religioſi,qui lautè viuunt de patrimonio Crucifixi,& tamē eorū plurimi leuāt calcaneū cōtra Chriſtū



*in mem

E a ¶ Amen amē di. Poſtꝙ exemplo ſuo eos docuit humiliationē & calcanei paſſiōe, ſupponit quo cōſoletur eos honore, ꝙ ipſe & pater in eis recipitur b ¶ Qui ac. In iſtis ꝟbis non vnitas naturę miſsi & mittentis, ſed in miſſo mittentis autoritas commēdatur. Quiſquis ergo ſic miſſū accipiat, vt in eo mittentē attēdat, vt in Petro Chriſtū ſcilicet ī ſeruo dñm, in Chriſto patrē ſcilicet in vnigenito genitorē. c ¶ Cū hæc di. Noſtra infirmitas in eo verè turbata eſt, nō ſua ptās. ſicut & verè paſſa. Volūtariè autē accepit turbationē, ne deſperet ſeru⁹ turbat⁹ neceſſitate. Qd' āt turbat̄ ſpū, ſignificat turbādos ſpūales ex charitate, cū vrgēs cauſa & zizania à tritico añ meſſem cogitur ſepare. d ¶ Turbat⁹ eſt. Dictur⁹ vnus ex vobis tradet me. turbat̄: nō carne, ſed ſpū, nō ꝙ tūc primum ſubitò hoc nouerit & repētinū malum eū turbauerit, ſed qa iā fuerat eum vt nō lateret expreſſurus: & ille iā erat exitur⁹ & Iudæos adductur⁹. Turbauit aūt eū īminēs paſſio & ꝓximū periculū ꝓditoris, ſicut ſupra dixit: Nunc aīa mea turbata eſt, appropinquāte paſſiōe. e ¶ In ſi. Idē qd' dicit ſupra pect⁹, ſignificat ſecretū de quo bibit diuinitatis ſacrm. f ¶ Et cū. Panis intinctio, ſignificat fictionē Iudæ, q fictus amicus venit ad cœnā. Quæ em̄ tinguntur, nō mundant̄, ſed inficiunt̄. Si autem bonū aliqd ſignificat intinctio, eidē bono ingratū, nō immerito ſequuta eſt dānatio. g ¶ Dedit Iudæ. Nō vt quidā putāt nūc Iudas corpus Chriſti accepit. Sciēdum eſt em̄, ꝙ iā omnibus dñs diſtribuerat ſacramētum corporis & ſanguinis, inter quos & Iudas fuit, deīde p buccellam intinctam, exprimitur ipſe traditor &c. h ¶ Quod facis. Non præcepit: ſed prædicit Iudæ malum, nobis bonum. quia hoc vult cito fieri, nō tam feſtinando in illius pœnam ꝙ in ſalutem fideliū.

[margin: † 2.q.1.c. vnus — Luc.22.c — Mar.14.b — ſ.12.d — F — † 1.q.1.c. Chriſtus de cō.di.2.c & ſctā.&.c. ſicut Iudas]

co uobis priuſquàm fiat, ut cùm factum fuerit credatis, quia ego ſum. Amen amen dico uobis: qui accipit ſi quem miſero, me accipit. Qui autem me accipit: accipit eum qui miſit me. Cùm hæc dixiſſet Ieſus turba- (¶ Humano. a ¶ Quod occultum fuerat.) tus eſt ſpiritu: & † prōteſtatus eſt, (a ¶ Manifeſtauit.) & dixit: † Amen amēn dico uobis, (a ¶ Numero non vinculo ſpiritus. b ¶ Exiturus.) quia unus ex uobis tradet me. Aſpi- (a ¶ Quia & ſi nota fuit cuiq; ſua conſcientia, alterius tamen ſibi erat ignota.) ciebant ergo adinuicem diſcipuli: hę- (¶ De ſe quaſi de alio dicit: vt rerum geſtarum ſcriptor. non ſui prædicator.) ſitantes de quo diceret. Erat ergò recumbens unus ex diſcipulis eius in (a ¶ Per ſinum ſignificat ſecretum. b ¶ Non plus omnibus, ſed familiarius, vt per pacem de vita exiret, non per paſsionem.) ſinū Ieſu, quem diligebāt Ieſus. In- (a ¶ Non loquendo: ſed innuendo motu corporis, poſt ſono vocis, vt quærat.) nūit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei: Quis eſt de quo dicit? Itaq; (¶ Hic eſt ille ſinus. i. ſecretum ſapientiæ.) cum recubuiſſet ille ſupra pectus Ieſu, dicit ei: Domine quis eſt? Reſpondit Ieſus: † Ille eſt cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxiſſet † panem, dedit Iudæ Simonis Scariothis. Et poſt buccel- (a ¶ Quia bona male eſt vſus, & hæc præſumptio peccatum auxit. ¶ Vt plenius poſsideret. in quem intrauerat vt deciperet.) lam intrōiuit in eum Sathanas. Et dicit ei Ieſus: Quod facis fac citius. Hoc autem nemo ſciuit diſcumbentium ad quid dixerit ei.

ꝓpinquus ex dilectiōe. ꝓpter hoc ſequit̄: g ¶ Quē diligebat. G ſpecialia ei ſigna dilectiōis oſtēdendo prę cęteris: ꝓpter mundiciā virginalē. Notandū, ꝙ Iohannes hīc de ſe loquit̄ p modū alteri⁹ ꝑſonę. Hīc em̄ eſt mod⁹ loquēdi iſtorū qui canonicas ſcripturas cōſcripſerūt, quādo in eis de ſe quis loquitur, vñ Paulus .ij. Cor. xij. a. loquens de ſeipſo dicit: Scio hominem in Chriſto &c. & Dauid. ij. Reg. xxiij. a. Dixit vir cui conſtitutū eſt de Chriſto &c. h ¶ Innuit ergo hu. ſ. Iohāni. i ¶ Simon Pe. & di. ei. &c. Quis. Petrus em̄ quodā ſigno ſignificauit Iohanni vt peteret à Chriſto ſibi familiari de quo dixerat. licet em̄ Petrus aſs ſolitus eſſet interrogare à Chriſto prę cæteris, tñ tūc nō fuit auſus petere, qa immediate fuerat reprehēſus de indiſcreta loquutione, cū dixerat Chriſto: Nō lauabis mihi pedes &c. k ¶ Cū recubuiſ. ſcilicet Iohānes. l ¶ Supra pe. Ie. i. inclinatus ꝓpè os ei⁹, & ſic erat idoneè poſitus ad interrogādū & audiendum aliquid ſecretè ab eo. m ¶ Dicit ei: Domine q̄s eſt ille. ſ. ꝓditor, n ¶ Reſpōdit Ie. Poſita occaſione denūciationis, hīc ponit̄ denunciatio proditoris. Et diuidit̄ in tres: qa primò exprimit̄ ipſa denūciatio, ſcd'ò rei denunciatę ꝑmiſſio, ibi: Et dixit ei. Tertiò ꝑmiſſionis exequutio, ibi: Cū ergo accepiſſet. In prima parte dicit̄ ſic: Reſpōdit Ie. ipſi Iohanni in ſilentio: qa ſi altè dixiſſet, Petr⁹ erat ita feruidus, qd' ſtatī inſurrexiſſet in ꝓditorem. o ¶ Ille eſt cui ego ī. &c. Per hoc notatur Iudæ fictio, qa ſicut panis intīct⁹ habet ſaporē in ſuperficie aliū quā interi⁹, ita Iudas ſe ſimulabat exterius Chriſti diſcipulū, cū tamē interius eſſet eius proditor. ¶ Vel aliter. Dedit Iudę panem intinctū, ad oſtēdendū Iudæ ingratitudinē & Chriſti manſuetudinē. Panis em̄ intinctus ſapidior eſt ad comedendū. iō Chriſt⁹ Iudæ fecit iſtud obſequium, ad declarandū ſuā benignitatem & Iudæ malignitatē q ex hoc nihil mouebatur ad cōpūctionē. Sciendū tamē qd' iſte panis intinctus nō fuit corpus Chriſti, ſed ante ipſum acceperat in pane non intincto. ideo ſtatutum eſt, ꝙ corpus Chriſti intinctum non datur fidelib⁹, vt habet̄ de conſe. diſtin. ij. Cum omne. p ¶ Et poſt bucellam ītroi. non de nouo, cum iam prius Chriſtum vendidiſſet, ſed introiuit in eum ad amplius ipſum poſſidendum, quia ingratus obſequij Chriſti factus eſt in poteſtate dęmonis magis ꝙ antè. q ¶ Et dicit ei Ieſus. Hīc ponit̄ ꝓditionis permiſſio. Nō em̄ poterat aliqd facere, niſi Chriſto permittente. ideo dixit ei: r ¶ Quod facis fac citi. Non dicit hoc pręcipiendo vel conſulendo, qa pceptum diuinū vel conſiliū non poteſt eſſe de malo, ſed tātūmō p mittendo rōne dicta. Tñ ꝟba Chriſti fuerūt alijs apoſtolis obſcura. ideo ſequitur: s ¶ Hoc aūt ne. ſci. diſcum. &c. præter Iudam. t ¶ Ad quid dixe. ei. verbum prędictū, de alijs à Iohanne nō erat mirū, ſi ignoraueīūt: qa ſoli Iohanni dixerat Chriſtus Cui dabo panē. Sed de Iohāne mirū videt̄. Ideo dicendū, qd' audito verbo Chriſti ita fuit attonitus & ſuſpēſus, ꝙ non aduertit illud qd' poſtea dictum eſt ipſi Iudæ à Saluatore. & ideo diſcipli verbum Chriſti aliter interpretabantur. & hoc eſt quod dicitur: Quidam em̄

[margin: † teſtatus — Diuiſio — H — † bucellā, offulam]

*Nicolaus de Lyra.*

tia à libero arbitrio dependētia virtute ꝓpria, eſt manifeſtū indicium deitatis. Quartò cōfirmat cōcluſionē prædictā ex dignitate eorum quorū pedes lauabitur, di. a ¶ Amē amē di. &c. me ac. id eſt ſeruitiū factū Chriſti miniſtris redundat in honorē ipſi⁹, & p cōſequēs toti⁹ trinitatis. ideo ſequit̄: b ¶ Qui aūt me ac. &c. i. honorat patrē & ſpm̄ ſctm̄ q miſerūt filiū, ſcd'm ꝙ dr̄ Iſa. xlviij. d. Et nunc miſit me domin⁹ & ſpirit⁹ eius: hæc dicit redemptor tuus Iſrael. c ¶ Cū hæc di. Poſtꝙ ſaluator propoſuit perfectiōis exēplum, hīc oſtendit defectum diſcipulorū. & primò defectum Iudæ ꝓditoris, ſecundò defectum Petri negantis, ibi: Dixit ei Simon. Prima in duas: quia primò denunciat ipſam proditionem, ſecundò ipſum proditorem, ibi: Aſpiciebant ergo. In prima parte dicitur ſic: Cum hæc dixiſſet Ieſus &c. ex horrore paſſiōis ſuæ imminentis & proditionis Iudæ. Hæc autem turbatio quę erat in parte ſenſitiua, non erat contraria rationi, ſed magis conueniens ei, ſicut dictum eſt ſupra, de alijs paſſionibus ca. præceden. d ¶ Et proteſtat⁹ eſt & di. &c. tradet me. Multiplicat autē hāc dictionem Amen, ad oſtēdēdum futuræ rei certitudinē. e ¶ Aſpiciebant. Hīc cōſequenter denunciat ꝓditorē. Et diuiditur in duas: quia primò ponitur denunciationis occaſio, ſecundo ipſa denunciatio, ibi: Reſpōdit Ieſus. Occaſio huius denunciationis fuit duplex. Prima fuit ſtupefactio & cōturbatio, quæ tangitur ibi cū dicitur: Aſpiciebant ergo adinuicem diſci. hæſi. &c. Erāt em̄ admirati, quia quilibet eorum præter Iudā ſentiebat ſe totaliter firmatum in contrarium dicto ipſius Chriſti, & conſimiliter de ſuis ſocijs ſicut de ſe cogitabat. verūtamen ꝓpter firmitatem verborum Chriſti magis eius dicto credebant, ꝙ ſuis conſcientijs. & ideo non hęſitabant de euentu rei, ſed de illo per quem hoc eueniret. Secunda occaſio fuit familiaritas Iohannis cum Chriſto, ꝓpter quam Chriſtus ſua ſecreta ei reuelabat: & hæc cauſa exprimitur, cū dicitur: f ¶ Erat ergo rec. &c. in ſi. id eſt familiariter ei propinquus

[margin: Diuiſio — Diuiſio]

in membris ſuis affligentes ea calumnijs & exactionibus iniuſtis. d ¶ Ieſus turbatus eſt ſpiritu & proteſtatus eſt &c. Virtuoſum eſt enim conturbari contra vitia. & ideo Ieſus turbatus eſt ſpiritu id eſt ex imperio rationis, quia expreſſius quàm ante volebat exprimere crimen proditionis. o ¶ Ille eſt cui ego intinctum panem porrexero. &c. Panis intinctus ſuauior eſt, ideo ſignificat euchariſtiam, cuius etiam vna pars tingitur in ſanguine quando ſumi debet à ſacerdote, qui tamen eſt Chriſti ꝓditor quando indignè ſumit, ¶ Hiero. Dic ſacerdos, dic clerice quomodo eiſdem labrijs deoſcularis filium virginis quibus deoſculatus es filiā meretricis? ô Iuda oſculo filium hominis tradis.
Cum ergo accepiſſet

[margin: Moraliter — Cōtra clericos indignè cōmunicantes]

fideliū. a ¶ Quia Io. ha. In quibus oblata ſeruabantur ſuorum neceſſitatibus & alijs indigentibus. In quo datur forma eccleſiæ ſeruandi neceſſaria, qua iubentur nō cogitare de craſtino, ne ꝓ terrenis ſeruiat, vel timore inopiæ iuſticiā deſerat. b ¶ Erat autē. Nox congruit ſacramento. Erat enim qui exiuit filius tenebrarū faciēs opa tenebrarū. c ¶ Nūc clari. ē fi. ho. Aug. Exeūte Iuda, p quo dicebat̄: Nō eſtis mūdi oēs, remāſerūt ſoli mūdi cū ſuo mūdatore. in q̄ ſignificata eſt clarificatio Chriſti. in q̄ ſeparatis malis, manebit in æternitate cum ſanctis. Sicut ergo res ſignificantes tanquam res ſignificatæ appellantur, vt petra, non dicitur ſignificabat Chriſtum, ſed erat Chriſtus ita hoc facto ſeparationis Iudæ conteſtans futuram illam ſeparationem dicit: Nunc: non ſignificata eſt clarificatio ſed clari. eſt filius. ho. quia non ipſe in ſe ſed deus in eo clarificatur. Quod quaſi exponēs ſubdit: Si deus cla. eſt. qa nō quæſiuit ille voluntatem ſuā, ſed patris. & de. cl. e. in ſe. vt hūana natura ꝟbo vnita etiā īmortali æternitate donet̄. Et hæc clarificatio eſt cōtinuo. i. īmortalis reſurrectio nō differet̄ in fine, ſicut oīm ad quā pōt referri & pri⁹ dictū, vt dicat̄ Nūc: nō de inſtāti tpe paſſiōis, ſed de ꝓxio reſurrectiōis, q̄ſi ſit factū qd' mox eſt futurū. d ¶ Filioli. Aug. Quia dixerat qd' deus eſt cito clarificatur⁹ eū, ne putarēt ꝙ nō vltra iūgeret̄ eis cōuerſando in terra, addit: adhuc mo. uo. ſum. in īfirmitate carnis, ſicut & vos vſq; ad horā mortis, ſicut poſt reſurrectionē dicit: Cū eſſem vobiſcū in carne mortali. Vel modicū vobiſcū ſum, ſi non in eadem qualitate temporali, tamē in terrena cōuerſatiōe poſt reſurrectionē. xl. dieb⁹. De præſentia autē diuina qua cū eis eſt vſq; ad conſummationem ſeculi, nō poteſt hoc accipi, quia nō conueniret qd' ſequitur: Quęre. me, &c. po. ue. Tūc em̄ implebitur: Vbi ego ſum & illi ſint. e ¶ Quo ego ua. Nūc nō poterāt apl̄i nōdū ſpiritu cōfirmati ſeq dñm. i. mori ꝓ dño & iuſticia, vl̄ venire ad vitā īmortalē ad quā ipē ibat, ſequuturi aūt erāt poſtea. Quō aūt idonei poſſint eſſe & pergere quo ille antecedit, docet: f ¶ Mandatū nouū do. Aug. Nō ꝙ hoc non ſit in antiqua lege: Diliges ꝓximū tuum ſicut teipſum: & nō ꝙ antiq ſancti nō ſic dilexerūt, ſed quia dilectio de veteri facit nouū hominē quocūq; tempore: qd' tamen non facit dilectio quæ eſt naturali neceſſitudine, vt inter cōiuges, patres & filios, & huiuſmodi, vt taceamus, de turpi quæ eſt inter amatores. Et ideo pulchrè determinat. Sicut dile. uos. perducturus ad finem ſine fine ea dilectiōe diligite, vt ſitis filij dei fratres vnico filio, quæ dilectio facit mori ſeculo. g ¶ Vt diligatis inuicem ſicut dilexi uos. Non putetur hæc prætermiſſa dilectio dei quæ eſt in dilectiōe proximi. In proximo enim nō niſi de⁹ diligitur, ſicut & Chriſt⁹ in nobis diligit deū, & nō ꝙ hoc habeam⁹, ſed vt haberem⁹ ſicut medic⁹ in ęgro, nō morbū, ſed ſalutem quam

[margin: A — Mat.5.d. — 1.Cor.10.a — † glorificatus ſuprà.5.eo. — Luce.24.f. — B — Act.1.a. — Matt.25.d. — j.17.d. — Leuit.19.c.]

Quidam enim putabant, quia † loculos habebat Iudas, ꝙ dixiſſet ei Ieſus: Eme ea quæ ſunt opus nobis ad diē feſtum: aut egenis ut aliquid (a ¶ Vt malus. ¶ Bonum) daret. Cùm ergo accepiſſet illē buccellam, (a ¶ A domino aperte recedit.) exiūit continuò: Erat autem nox. Cùm ergo exiſſet, dixit Ieſus: (a ¶ Abſente palea iam triticū quodāmodo eſt purgatum.) Nūnc † clarificatus eſt filius hominis, & deus clarificatus eſt in eo. Si (a ¶ Quia non quæſiuit niſi gloriam patris.) deus clarificatus eſt in eō, & deus clarificabit eum in ſemetipſo, & continuò clarificabit eū. † Filioli adhuc (¶ Volentes ſequi me) modicum uobiſcum ſum. † Quærętis me, (¶ Sed ſine modo.) & ſicut dixi Iudæis, quo ego (¶ Iudæi nunquam.) uado, uos non poteſtis uenire: & (a ¶ Idem dico vobis: ſed cum modo b ¶ Ne deſperent additur, modo. c ¶ Sed vt aliquando ſequimini.) uōbis dico mōdo: † Māndatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem (¶ Ideo & vos: in quo innuit ſe conferre diligendo nos, vt mutua dilectione inter nos conſtringamur.) ſicut dilēxi uos: ut & uos diligatis (a ¶ Non in alijs: quæ etiam non mei habent) inuicem. In hōc cognoſcent omnes (a ¶ Hic eſt fons, in quo alienus non communicat, vt ait Salomon.) quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilēctionem habueritis adinuicem. Dicit

conturbādos de ei⁹ receſſu. & iō primò oſtēdit gloriā quā erat adeptur⁹ p ſuā mortē. ſcd'ò denūciat ipām mortem, ibi: Filioli. In prima igitur pte dicit̄: Cū er. ex. Iudas ad procurandum Chriſti mortē. h ¶ Dixit Ie. Nunc cla. Dicit̄ em̄ aliqd iā eſſe quando incipit, paſſio autē ei⁹ extunc incipiebat, p quā fuit multipl̄r clarificatus, vt dictū eſt ca. pce. & iō dixit ſe iam clarificari. i ¶ Et deus cl. eſt ī eo quia paſſio Chriſti erat ordinata ad dei gloriam, inq̄tū ibi maxīè relucebat diuina miſericordia & iuſtitia, & inq̄tū p eā multitudo Gētiū adducta eſt ad glorificandū deū. dicit̄ aūt glorificatio q̄ſi clarificatio, quia gl̄ia eſt clara notitia cū laude: vnde gloria dr̄ quaſi claria. c. mutata in. g. k ¶ Et deus cl. e. in ſe. i. de⁹ pater per ſeipſum clarificabit filiū inq̄tum in morte eius mirabilia oſtendit, & eum à morte reſuſcitauit. l ¶ Et con. cla. id eſt ſine mora: quia nō eſt derelictus in inferno, nec caro eius vidit corruptionē, vt hr̄ Act. ij. d. qa accelerata eſt ſua reſurrectio. m ¶ Filioli. Cōſequēter hīc denūciat ſuū receſſum p mortē. Et diuidit̄ in duas: qa primò denūciat prædictum receſſum. ſcd'ò oſtēdit q̄liter poſſint eſſe idonei ad ſequēdū ipm, ibi: Mandatum nouū. Dicit ergo priò: Filioli. in quo oſtēdit teneritudinem amicitiæ ad eos. n ¶ Adhuc modi. id eſt modico tempore & ſcd'm aliquos intelligit̄ iſtud tēpus modicū vſq; ad aſcenſionē, qa vſq; tūc appuerat eis corpaliter. ſed meli⁹ dicit̄ ꝙ iſtud tempus modicū intelligit̄ vſq; ad aduentū Iudæ & militum, qa tunc fuit eis ſubtractus. o ¶ Quæretis me. id eſt deſiderabitis me habere in pſentia veſtra. p ¶ Et ſicut di. Iu. qa nō poterant me ſequi. ca. vij. ita nūc dico vobis q ¶ Quo ego. quia adhuc imperfecti eſtis. verumtamen quia iſta imperfectio erat tollenda ab eis per gratiam ſpiritus ſancti, ideo ſubdit̄: r ¶ Et uo. di. mō. q. d. licet pro nūc non poſſitis me ſequi tamen poſtea poteritis quia recepta ſpiritus ſancti gratia gaudebant in tribulationibus, & opprobrijs, vt habet̄ Act. v. g. Quādo autē dixit Iudæis ꝙ non poterant eum ſequi, non addidit hanc determinationem mō, oſtendendo ꝙ illa imperfectio & malicia, non erat ab eis tollenda. s ¶ Mandatum no. Hīc cōſequēter oſtēdit modū ſequendi ipm. ſ. perfectione charitatis. q̄ aīam facit pōere ꝓpter Chriſtū. & hoc eſt qd' dicit Mā. n. Sciēdū ꝙ mādatū dilectiōis nō dicit̄ nouū, qa p tūc fuerit de nouo datū. in veteri em̄ Teſtamēto fit mētio freq̄nter de dilectiōe dei & ꝓximi ꝓpter qd' legiſpitis rñdit Chriſt⁹: mādatū dilectiōis eſſe inter alia maximū, vt hr̄ Mat. xxij. d. Sed ꝓ tāto hīc dr̄ mādatū nouū ab affectu, qa aīam renouat. Et iterū qa differētiā noui Teſtamēti & veteris conſtituit. Licet em̄ in lege veteri fieret mētio de dilectiōe, tñ principalius inducebant̄ ad obſeruātiā legis ex timore. & eodē mō in nouo Teſtamēto bñ fit mētio de timore, ſed pricipali⁹ de amore: vnūquodq; aūt à principaliori vl̄ euidētiori denoīat̄. ꝓpter qd' vet⁹ Teſtamentū dicit̄ lex timoris, nouum aūt lex amoris. Cōſequenter oſtendit modū diligēdi, dicens: t ¶ Sicut dile. uos. i. gratuitè & efficaciter & rectè. ſic em̄ Chriſtus dilexit nos, qa in dilectione nos præuenit, vt dicitur. j. Iohan. iiij. b. Prior dilexit nos. & ſic gratuitè. Animam etiā ſuam pro nobis poſuit, & ſic efficaciter dilexit. Hanc etiam dilectionē ad noſtrā beatitudinem ordinauit, & ſic dilexit nos rectè, & hoc modo debemus nos inuicem diligere: v ¶ In hoc cognoſcēt o. quia diſ. &c. Sola enim charitas diſtinguit inter filios regni & filios perditionis, vt dicit Aug. xv. de trinitate. x ¶ Dicit ei Si. Superius declarauit Chriſt⁹ defectum diſcipuli ipſum proditurī. hic conſequēter oſtēdit defectū diſcipuli eū negaturi & priò oſtēdit hui⁹ oſtēſionis occaſio, q̄ fuit iactātia Petri de ſua conſtātia & fide

[margin: C — † marſupium — Glia quid — † De pę. di. 4. c. hāc ſocietatē. §. hoc ergo. — † 8. 7. c. & 8. e — D — † 1. Io. 2. b. — Mādatū dilectionis q̄re nouū]

*Nicolaus de Lyra.*

a ¶ Qui. & c. qu. Ie. i. portabat eleemoſynas datas ꝓ Chriſto & diſcipulis eius. b ¶ Quod di. ei. Qui imminebat in craſtino, vt dictum eſt. In talibus em̄ ſolennitatib⁹ Iudæi lautius viuebāt. c ¶ Aut egenis. Quia ad vtrūq; iſtorū pecunia portabat̄ vt ſupra dictū eſt ca. præce. d ¶ Cum er. ac. Hīc deſcribit̄ ꝓditionis exequutio. Et diuidit̄ in duas: quia primò ponit̄ dicta exequutio, ſecundò pronunciat̄ ex hoc ſequens Chriſti glorificatio, ibi: Cū ergo dixiſſet. In prima parte dicit̄ ſic: Cum ergo ac. ille. buccellam. Dicūt aliqui, quod tantū accepit in manu, ſed non comedit: quia diabolus nō pmiſit eū tādiu ſtare ibi, eo qd' nō poterat ſuſtinere pręſentiā Chriſti, & hoc nō eſt veriſimile: qa diabolus in pñtia Chriſti diu ſtetit in deſerto ipſum tētādo. iō aliter exponit̄: Cum ergo acce. i. comediſſet. accipe em̄ cibū idē eſt qd' comedere. e ¶ Exiuit con. Ad quærendum cohortē qui caperet Chriſtū. f ¶ Erat au. nox. Hoc expreſſit euangeliſta ad oſtēdendum oportunitatem temporis ad peragēdū ꝓditionē, & ad denotādū in Iuda mentis tenebroſitatem. g ¶ Cum ergo ex. Hic pręnūciatur ſequēs Chriſti glorificatio. ſciebat tm̄ diſcipulos conturbandos

[margin: Diuiſio — Matt. 4. a.]

d ¶ Cum ergo accepiſ. Quia ſacerdos Chriſti corpus ſumēs indignè magis elōgat̄ à deo. g ¶ Cum ergo exiſſet. dixit Ie. Secundum Aug. Per exitum Iudæ de ſocietate Chriſti & diſcipulorum præfigurata fuit reproborum ſeparatio tempore iudicij finalis à cōſortio Chriſti & electorū. quia tūc apparebit gl̄ia magna Chriſti. Qd' ſequitur eſt de ſe morale, ideo pertranſeo.

[margin: Moraliter]

☞ lu i ē quā venit dare. a ℭ Do.quo. Audito, ꝙ ego vado, & ītel E lecta via qua ſeq pōt.i.dilectiōe.dicit Petr⁹ vt ſeq parat⁹. Et quia hūc ei⁹ animū nouit dñs, dixit nō mō eū poſſe. in ꝙ non abſtulit ſpem futuri, ſed confirmauit. Seqris autē poſtea. b ℭ Ani.meā. Multum præſumit ꝗ animā pro eo ponere ꝓmittit, ꝗ nōdū pro Petro animā dedit, quaſi præire poſſit. ℭ Aug. Volūtatē ſuā, ſed nō vires ſuas cognoſcēs, vt infirmus voluntatē ſuam iactat, ſed inſpiciebat inualitudinē medicus. Ille promittebat, ille prænoſcebat: & ꝗ neſciebat audiebat, ꝗ præſciebat docebat. c ℭ Nō can. Gal. Petrus añ primū Gallicātū trinam negationē incipit: totā autem perficit ante ſcd'm Gallicantum.

ᵃ ei Simon Petrus: Domine quo uadis? ᵃ Reſpondit Ieſus: Quō ego uado nōn potes me modo ſequi: ſequeris autem poſtea. Dicit ei Petrus: * Quare non poſſum te ſequi modo? ᵇ Animam meam pro te ponam, Reſpōndit Ieſus: † Animam tuam pro me pōnes? † Amen amen dico tibi: non cantabit gallus, donec ter mē neges.

a ¶ Q. Non feſtines, quia nondum es indutus virtute ex alto, & ideo ne interim præſumas.

a ¶ Nunc non poterant apoſtoli, nondum ſpiritu con.&c.

b ¶ Ne deſperes.

a ¶ Qui totum nouit & docet.

a ¶ Quandoq: ſed prope eſt vt neges timore mortis vitam & occidas tuam animam.

a ¶ Chriſtum, quidquid in verbis ſones.

✱ Domine

*Nicolaus de Lyra.*

✱ tia, & fidelitate. Chriſtus enim dixerat: Quo ego vado, vos non poteſtis venire mō. ideo Petr⁹ feruid⁹ petijt ſtatim à Chriſto: a ℭ Do.quo ua.q.d. oībus modis volo te ſequi. b ℭ Reſpon.Ieſ reprimēdo eius p̄ſumptionē. c ℭ Quo e.ua.nō &c. quia adhuc erat imꝑfectus ad tolerādū cōſtāter mortē ꝓ Chriſto, ſicut patuit ꝑſequētē effectū. d ℭ Sequeris aūt po. qa finalr ꝓ Chriſto crucem gaudēter ſuſtinuit. e ℭ Dicit ei Pe. ꝓpriæ fragilitatis inexꝑtus. f ℭ Quare nō poſſum &c.q.d.imo poſſum: Hoc oſtēdit ꝑ factū. g ℭ Aīam meā. nō dixit mēdaciū: quia ꝓ tūc ſic cogitabat facere, añꝙ dimitteret Chriſtū. h ℭ Reſpō.ei.Ieſus. prædicens ei⁹ defectū. i ℭ Aīam tuā.q.d. Nō ſic erit. k ℭ Amē amē dico &c. Mar.xiiij.c. dicitur anteꝙ gallus bis vocē dederit. Sed hāc

Queſtio de cœna dñi

cōtrouerſiā ſolui Matt.xxvj. ℭ Quæritur vtrū cœna in hoc cap. deſcripta, ī qua Chriſt⁹ corp⁹ ſuū diſcipulis ſuis tradidit in ſacro fuerit facta luna.xiiij. exiſtente. Et arguitur primò ꝙ nō, per illud quod dicit Iohannes in principio huius ca. Ante diē feſtū Paſchæ, cuius prima dies erat luna.xiiij. quia tūc incipiebat Paſcha. ergo illa cœna de qua loquitur Iohānes, fuit ante lunā.xiiij. Item infra

F xviij.e. dicit Iohannes, ꝙ Iudæi nō intrauerunt prætoriū Pilati. vt nō cōtaminarentur, ſed māducarent paſcha. ergo in veſpere illius diei quo paſſus eſt Chriſtus, māducauerūt agnū paſchalem. ipſi aūt tenebātur ex lege comedere illū luna.xiiij. ergo cū cœna prædicta fuerit in veſpere præcedentis diei, patet ꝙ fuit luna.xiij. ℭ Cōtrarium dicit beatus Hiero. videlicet ꝙ Chriſtus illam cœnā fecit luna.xiiij. & paſſus eſt luna.xv. exiſtente. ℭ Rñſio. Græci dicūt, ꝙ iſta cœna facta fuit luna.xiij. ꝓpter autoritates allegatas in arguēdo ꝓ iſta parte. & dicūt ꝙ Chriſtus præuidens tēpus ſuæ paſſiōis futurū, illa die qua immolabat agn⁹ paſchalis, vt immolatio agni veri correſpōderet immolationi agni figuralis: iō p̄occupauit comedere agnū paſchalē per vnū diē. Et dicūt cōſequenter. ꝙ Chriſt⁹ corp⁹ ſuū ī pane fermētato cōſecrauit, qa in domibus eorū nō inueniebat panis azym⁹ vſq; ad.xiiij. lunā. Sed dictū

Cōtra Græcos.

eorū eſt cōtra ꝟitatē Euāgelij. qa Mat.xxvj.b. dr̄ ꝙ prīa die azymorū acceſſerūt diſcipuli ad Ieſū dicētes: Vbi vis parem⁹ tibi comedere paſcha? Itē Luc.xxij.a. Venit aūt dies Azymorū in ꝗ neceſſe erat occidi paſcha: & miſit Petrū & Iohānē.d. Eūtes parate nobis paſcha, vt māducem⁹. Ex qb⁹ patet manifeſtè, ꝙ illa cœna fuit die azymorū: & ꝑ cōſequēs luna.xiiij. exiſtente. Et ex hoc ſequit̃, ꝙ Chriſt⁹ cōſecrauit in azimo pane: qa illo tp̄e nō inueniebat panis fermētat⁹ ī domib⁹ Iudæorū ſcd'm p̄ceptū legis ꝑ.vij. dies, vt hr̄ Exo.xij.c. Sed Græci ī tātā veſaniā ꝓruperūt ꝓpter defenſionē ſui dicti, ꝙ negāt textū Euāgelij, dicētes alios euangeliſtas falſum ſcripſiſſe ꝗtū ad diē hui⁹ cœnæ: & ꝓpter hoc Iohānes euāgeliſta ꝗ ſcripſit poſterior, deſcribēs hāc cœnā eos correxit di. Añ diē feſtū Paſchæ &c. vt. s̄. allegatū eſt. Sed ad dictū iſtud ſeqt̃ deſtructio toti⁹ ſacræ ſcripturæ: & ꝑ cōſeqns toti⁹ fidei catholicæ, cū ſacra ſcriptura ſit regula fidei, ſcd'm qd' ſcribit btūs Aug. ī ep̄la. ad Hiero. Si dicat̃ à fidelib⁹, ꝙ ſcriptura ī aliꝗ ſui ꝑte cōtineat falſū, eadē rōne poterit dici ab aduerſarijs fidei, ꝙ ī nulla ſui ꝑte habeat certitudinē ꝟitatis. Præterea fides catholica tenet euāgeliſtas ſcripſiſſe nō à ꝓprio capite, ſed ſpūſſcti inſpiratiōe. vñ dicit btūs Petrus ſcd'a canonica.j.ca.d. Spūſctō inſpirati locuti ſunt ſctī dei hoīes: nullū aūt falſū pōt eſſe à ſpūſctō: & iō dicere ꝙ euāgeliſtæ ī aliquo loco ſcripſerūt falſum, eſt erroneū. Et ideo ꝓpter prædicta dixerūt aliꝗ ꝙ Chriſtus comedit agnū paſchalē debito tēpore ſcd'm legē, videlicet luna.xiiij. vt dictū eſt. Sed Iudæi circa mortē Chriſti procurādā intēti & occupati illa die nō comederūt paſcha, ſed tardauerunt per vnū diē, ſcd'm qd' dicit̃ Ioh.xix.e. quia Iudæi nō itrauerunt prætori

rūt prætorium Pilati illa die ꝗ paſſus ē Chriſt⁹, ne cōtaminarēt̃, G & īpedirēt̃ à comeſtiōe paſchæ, vt ſupra allegatū eſt. Sed iſtd' dictū nō cōſonat cū verbis Marci euāgeliſtæ dicētis ca.xiiij.b. Et prima die azimorū quādo paſcha īmolabant, dicūt ei diſcipli: Quo vis eam⁹, & parem⁹ tibi, vt māduces paſcha? Et ꝗ videt̃, ꝙ eadē die ꝗ alij īmolabant agnū paſchalē, eadē die Chriſt⁹ īmolauit agnū. & ſic cœnā diſcipulis ſuis fecit luna.xiiij. exiſtēte. Ad primū dicēdū, ꝙ paſchale feſtū apud Iudæos īcipiebat à veſpe diei ī ꝗ lūa erat.xiiij. dies aūt feſtiuus apd' eos īcipit à veſpere vni⁹ diei & durat vſq; ad veſperā diei ſequētis, ſcd'm ꝙ dr̄ Leui.xxiij.e. A veſpe ī veſperā celebrabitis ſabbata veſtra. & ſic dies ſolēnis Paſchæ erat lūa.xv. ꝓpter qd' eūdē diē quē Iohānes noīauit ante diē feſtū Paſchæ, ꝓpter diſtīctionē naturalium dierum, Marc⁹ noīat primū diē azimorū: qa à veſpa p̄cedētis diei īcipiebāt comedere azima. Quando ergo dr̄, ꝙ luna xiiij. exiſtēte erat primus dies ſolēnitatis Paſchæ. Dicēdū, ꝙ nō eſt verū: ſed ī fine illi⁹ diei incipiebat prim⁹ dies, & durabat vſq; ad veſperā diei ſeqntis. & ſit prīa dies ſolēnitatis paſchalis celeberrima, erat lūa.xv. vt patet Leuit.xxiij.d. Mēſe prīo xiiij. die mēſis ad veſperam Paſcha dñi eſt. & .xv. die mēſis hui⁹ ſolēnitas azymorū dñi eſt. Septē dieb⁹ azima comedetis. dies prim⁹ erit vobis celeberrim⁹ ſctūſq;. ℭ Ad ſcd'm dicēdū, ꝙ illd' paſcha qd' debebāt comedere Iudæi ī die paſſiōis Chriſti nō intelligit̃ de cōmeſtiōe agni paſchalis: qa illud paſcha comederāt ī veſpa p̄cedētis diei, vt dictū eſt, ſed intelligit̃ de panib⁹ azymis quos debebāt comedere ſeptē diebus cōtinuis: & nō debebāt comedi niſi ab hoībus mundis & iō nō introierūt domum hoīs Gentilis, ne impedirentur à comeſtione ipſorum.

†De pe.di.2.q vult facere

†Mar.26.d Mar.14.d. Lucæ,22.d.

ℭ In ca.xiij. vbi dicit̃ in poſt. Et cœpit lauare pedes diſcipulorū.

*ADDI.I.* Ex hoc ꝙ pedes diſciplorū lauabant̃ non ſequit̃ ꝙ haberent lutoſos pedes, nec ꝙ diſcalceati incederēt. Mos em̄ erat vt itinerātiū pedes lauarent̃. vt patet Gene. xviij.a. vbi cū Abrahā angelos ſibi occurrentes, quos hoīes eſſe credebat, inuitauit. prīò offerebat eis aquā ad pedes lauandū di. Afferā puſillū aquæ, & lauent̃ pedes veſtri, & requieſcite &c. & ſic de alijs ſimilib⁹. Quæ quidem lotio principaliter fiebat in remedium laſſitudinis quæ itinerantibus ſæpe contingit. H

ℭ In eo.ca. vbi dicit̃ in poſ. Sed ꝓ tanto dicitur hīc mandatū nouum ab effectu, qa animam renouat.

*ADDI.II.* Hæ duæ rōnes aſſignatæ per Poſtil. ad hoc ꝙ mandatū de dilectione ꝓximi hic poſitum dicat̃ nouū, nō vident̃ ſufficere. Prīa eī rō ꝗ ſumit̃ ex renouatiōe aīæ ī lege noua nō vr̄ valere. nā renouatio aīæ ꝓpriè fit ꝑ grām à deo īfuſā mediāte ꝟtute ſcr̄orū ꝗ ad hoc īſtrumētalr̄ opat̃: ſcd'm quā gratiā aīa dr̄ noua creatura. quā qdē nouitatē etiā ꝑuuli vſum rōnis nō habētes, nec ꝑ cōſeqns actū dilectiōis in baptiſmo acquirūt. vñ valde īpropriè dr̄ ꝙ mādatū dilectiōis aīam renouat. cauſalitas em̄ principalis hui⁹ renouatiōis ſoli deo attribuit̃ tāꝙ principali agēti: ſacramēto aūt regeneratiōis tāꝙ inſtrō. Vnde Aug. ſuꝑ Io. dicit, ꝙ tāta vis eſt aꝗ, vt corp⁹ tāgat, & cor abluat. Vñ ſecūdū iſtā cōſiderationē ꝓpriè diceret̃: Sacramētū nouū do vobis loꝗndo de ſacramēto baptiſmi ꝗ aīa renouat̃. Scd'a aūt rō quam īducit ad hāc nouitatē ſūptā à differētia no. & ve. Te. nihil videt̃ facere ad ꝓpoſitū. nā licet verū eſt, ꝙ lex euāgelica prīcipali⁹ īducit ad ſui obſeruationē ꝑ amorē ꝙ ꝑ tiorē, hoc ītelligit̃ ꝑ amorē dei. & ſic ſcd'm Poſtil. ad hoc deſignādū debuiſſet dicere: Mādatū nouū do vobis, vt diligatis deū. ꝑ amorē em̄ dei lex euāgelica īducit ad ſui obſeruātiā. Verba etiā euāgelij ꝗ in hoc loco nouitatē mādati teſtant̃, nō faciūt ī hoc mētionē de his ꝗ inducūt ad obſeruationē legis ſeu mādati. Vñ ad declarationē nouitatis hui⁹ mādati vlterius vr̄ aliꝗd dicēdū. Ad cui⁹ euidētiā attendēdū eſt, qd' ſcd'm Tho. ī prīa ſcd'e.q.cviij.ar.iiij. ī corꝑe ꝗſtiōis. Lex noua ꝗ eſt lex libertatis. s̄. p̄cepta addidit cōſilia ꝗ in optiōe ei⁹ cui dātur ponuntur. In veteri aūt lege ꝗ erat lex ſeruitutis, non dabantur conſilia, ſed tantum præcepta quæ neceſſitatem important. Vñ de duobus præceptis charitatis in quibus tota lex & ꝓphetæ pēdent, vt Matth.xxij.d. ea ꝗ ſunt de neceſſitate ſalutis īplenda ī veteri lege ad plenū continentur. De prīo em̄ dicit̃ Deute.vj.a. Diliges dñm deum tuū ex toto corde &c. De ſcd'o verò p̄cepto: Diliges ꝓximū tuū ſicut teipſum, Leuit.xix.c. Ea verò quæ ad ꝑfectionem impletiōis prædictorū præceptorū ꝑtinēt in lege noua, ex conſilijs continentur



A cōſilijs cōtinent̃, qd' de primo patet cū domin⁹ cōſuluit Mat.xix. c. Si vis ꝑfect⁹ eē, vade & vēde oīa quæ habes & da pauperib⁹ &c. In ꝗ cōſilio ſcd'm doctores ea quæ ꝑtinēt ad ꝑfectiōem dilectiōis dei ꝑ modū cōſilij ponūt̃. De ſcd'o ꝟò ea quæ ꝑtinēt ad ꝑfectiōem dilectiōis ꝓximi potiſſimè cōtinēt̃ ī hoc qd' dicit: Diligatis īuicē, ſicut dilexi vos. Qd' ſic patet: Nā mod⁹ dilectiōis Chriſti ad diſciplos ſeu ad hūanū gen⁹ attingit ſūmū gradū ꝑfectiōis dilectiōis ꝓximi triplr̄. Primò, ſcd'm extēſionē. quantò em̄ dilectio ꝓximi ad plures extēdit̃. tātò videt̃ eſſe magis ꝑfecta. Extēdit āt Chriſtus hāc dilectiōem nō ſolū ad amicos vl̄ ei cōiūctos ꝓpt̃ naturalis cognatiōis aut ciuil̄ vinculū, ſed etiā ad inimicos. ꝓ qb⁹ etiā in paſſione orauit, vt Lu.xxiij.e. de ꝗ extēſiōe docuerat apl̄os di. Mat.v g. Diligite inimicos vr̄os. Scd'ò. ꝗ ad intenſiōem. quantò em̄ aliquid intenſius amat̃, tātò facili⁹ maiora ꝓpt̃ ipſum cōtēnuntur. Cōtemnit aūt Chriſt⁹ ꝓpt̃ dilectionē ꝓxīoꝝ nō ſolū exteriora bona vl̄ etiā quædā corꝑalia īteriora exponēdo corp⁹ ſuū laboribus & ꝑſequutiōes maxīas tolerādo, ſed etiā aīam ſuā ꝓ eis ponēdo, qd' ſummū gradū ꝑfectiōis circa hui⁹ dilectiōis ītenſionē obtinet Iuxta illud Io.xv.b. Maiorē hac dilectionē nemo habet &c. Tertio ſcd'm effectū. quātò em̄ maiora bona ꝓximis ꝑ dilectionē īpēdūtur tātò ꝑfectior dilectio eē videt̃. Largit⁹ em̄ eſt Chriſt⁹ ꝓximis ſeu hūano generi bona ſpūalia & diuīa ſupra naturā & rōnem exiſtētia, ſ. doctrinā diuinorū, & ſacr̄orū inſtitutionē & hmōi: ꝗrum bonorū collatio ad ſingularē quādā ꝑfectiōem fratnæ dilectionis videt̃ ꝑtinere. cū ꝑ hæc bona hō vltimo fini cōiūgitur. in ꝗ ſumma hoīs ꝑfectio cōſiſtit, quæ quidē ſpūalia bona cū nō vni tm̄ vl̄ duob⁹ ſed toti multitudini exhibita ſūt, eſt ꝑfectior dilectio ſcd'm effectū. vñ iuxta ſnīam philoſophi. Bonū gētis ꝑfecti⁹ ē & diuini⁹ ꝙ bonū vni⁹ Ex qb⁹ māifeſtè patet, ꝙ ī hoc ꝙ dixit Xp̄s: Diligatis inuicē ſi.di.vos: docuit apl̄os dilectiōis ꝓximi ꝑfectionē ī ſūmo gradu, quæ ſub cōſilio cadit: nō em̄ ad præmiſſa de neceſſitate ſalutis ī ꝗlibet caſu ꝗs tenet̃. vñ Au. ī Enchi. ſuꝑ illud Ma.v.g. Diligite inimi. vr̄os, dicit: Perfectoꝝ ſunt iſta & filioꝝ dei. Ex quib⁹ ſequit̃, ꝙ hoc mādatū ꝓpriè dicitur nouū. ī ātiꝗ em̄ minimè tal̄ mod⁹ dilectiōis repit̃. Si āt dicatur, ꝙ ſcd'm hoc debuiſſet dicere: Cōſiliū nouū do vobis, nō āt mādatū nouū, cū prædicta nō cadūt cōit̃ ſub p̄cepto, vt dictū ē, ſed ſub cōſilio. Ad hoc dicēdū, ꝙ licet iſta ꝗtū ad cōem ſtatū hoīm nō cadūt cōit̃ ſub p̄cepto: Ad ſtatū autē apl̄orū ſub præcepto cadūt inꝗtū fuerūt deputati ad ædificationē toti⁹ vniuerſal̄ ecclæ. Iuxta illud ad Eph.iiij.b. Alios qdē apl̄os, alios aūt paſtores & doctores ad cōſūmationē ſctōrū ī op⁹ miſterij & ædificationē corꝑis Chriſti. ſ. ecclæ. Et iō ꝓpriè hæc ꝟba eis dirigūt̃ ꝑ modū p̄cepti. ſ. Mādatū no. do vo. qa qd' alijs cōīter eſt cōſiliū aplīs eſt p̄ceptū, qd' etiā illi mō eis cōgruēte ꝑfectè īpleuerūt, vt ex geſtis eorū patet. Si vlteri⁹ quærat̃ ꝗliter cōſilia ad primū p̄ceptū charitatis ꝑtinētia nō fuerūt data aplīs ſub p̄cepto, ſicut & p̄dicta, cū ad cōſilia vtriuſꝙ p̄cepti eadē rōne tenerēt̃. Dicēdū ꝙ huiuſmodi conſilia. ſ. ad primū præceptū ꝑtinētia iā obſeruabāt̃ ab aplīs. vñ Mat.xix.d. Ecce nos reliꝗm⁹ oīa, & ſequuti ſum⁹ te. In abiectione em̄ oīm tꝑaliū & ſeꝗlia Chriſti, ꝑfectio diuinæ dilectionis, & ꝑ cōſequēs cōſilia ad illud p̄ceptū ꝑtinētia cōtinent̃: Iuxta illud præallegatū Mat.xix.c. Si vis ꝑfect⁹ eſſe &c. vnde nō reſtabat, niſi vt informarent̃ de ꝑfectione īpletionis ſecūdi p̄cepti, vt dictū eſt.

Dilectio Chriſti ad gen⁹ hūanū fuit ī ſūmo gradu tripliciter

B

ℭ In eo.ca. vbi dicit̃ in poſtilla: Quærit̃ vtrum cœna in hoc ca. deſcripta.

*ADDI.III.* Hæc quæſtio diſputat̃ & ad plenū vt credo declarat̃ ī additiōe ſuꝑ Mat.xxvj.c. vide ibi

*REPLI.I.* In ca.xiij. vbi dicit̃: Cœpit lauare pedes: Poſtillator dicit lutoſos, qa nudi pedes ibāt. Bur. ſe opponit hic ſicut Mar.vj. vide ibi correctū Qd' hic ſpecialiter dicit de Abraham ꝗ obtulit angelis pedū loturā ꝓut dicit Gen.xxviij. a. iūcta autoritate btī Dion.xv. angelicè hierarchiæ, ē cōtra Bur. quia ibi dicit̃ angelos ſemꝑ apparuiſſe nudis pedibus.

*REPLI.II.* In eo.ca. vbi dicit̃: Mādatū nouū do vo. Poſtillator illi⁹ nouitatis dat duplicē rōnē. Vna eſt, qd' dicit̃ nouū ꝓpt̃ aīæ īnouationē. Alia, qa differētiā nouæ legis à veteri cōſtituit. Bur. hīc facit cauillacionē cōtra rōnē vtramꝙ. Cōtra primā, qa ſacramēta īnouāt aīam īſtrumētalr̄, de⁹ prīcipalit̃. ideo ꝓpt̃ īnouationē aīæ poti⁹ debuit dici, ſacr̄m nouum do vo. Hīc dico, ꝙ aliud eſt īnouare aīam effectiuè, aliud formalit̃: De⁹ effectiuè īnouat, & ad idē gen⁹ cauſæ reducit̃ īſtrumētū: qd' etiā efficit ſuo mō. ſed grā & charitas formalit̃ renouāt animā. Hæc aūt gratia & charitas ꝑ deū īfūdūt̃ ī baptiſmo. ꝑ quā tanꝙ ꝑ propriā formā meriti mādati noui fit īpletio. Innouat̃ igit̃ aīa effectiuè ꝑ charitatis infuſionē. Innouat̃ aūt formaliter ꝑ mandati exequutionē quæ fieri nō pōt ſine hītu illo īfuſo. Eſt igitur cauillatio Bur. tētatiua. ꝑ tractatio etiā ſecūdæ rationis eſt quædam tētatiua cauillatio. Nam differātia nouæ legis & veteris Teſtamēti eſt timor & amor

Innouatur aīa dupliciter

eſt timor amor. Opera em̄ legis erant ſeruilia, & quaſi mercēnaria: opera aūt gratiæ amoroſa: & ideo ꝗ ſub lege erāt, dicebāt̃ ſerui, qui autē ſub gratia, dicuntur filij & amici. Mandata illis data fuerunt deſpotica, iſtis autē ſunt data regalia & politica: qa deus illis mādata dedit, vt ſeruis: iſtis vt filijs, liberis & amicis. ex qua differētia bñ accipit̃ nouitas mādati, Ea aūt ꝗ Bur. ponit ad declarandum mādati nouitatē, nō ſunt multum probabilia. Dictū eius primum eſt, qd' nouitas illa attenditur penes cōſilia ſuꝑaddita. Nam in veteri lege vt dicit, non dabantur conſilia, ſed tantum precepta. Hoc autem dictū eſt cōtra literā veteris legis, ꝗ diſtinguit in multis locis præcepta à conſilijs. Dicitur namꝙ Prouer.j.c. Deſpexiſtis omne conſilium meum. Et ibidē.iij.c. Cuſtodi legem atꝙ conſilium. & ſic de alijs. Scd'm dictum Bur. eſt, qd' omnia de neceſſitate ſalutis pertinentia ad impletionem præceptorum charitatis, in quibus tota lex pendet & prophete, ad plenum continētur ī veteri lege. Sed hoc dictum videt̃ cōtra planā literam Mat.v.c. vbi dicit̃: Niſi abundauerit iuſticia veſtra pluſꝙ ſcribarum &c. non intrabitis in regnum cælorum. vbi glo. Iuſticia illorum mādata Moyſi, īpletio illorū iuſticia Chriſti. illa à pœna liberat, iſta ſaluat. Et infra: Mādatū Chriſti nō eſt contrariū legi, ſed lati⁹ in ſe legē cōtinēs. ꝗ em̄ nō iraſcit̃, nō occidit: ſed nō ecōtra. tolle irā, & homicidiū nō fit. Illa em̄ ſi p̄ſeruabat à pœna ſēſus, nō tñ à pœna dāni. Iō obſeruātia veteris legis nō ſufficiebat ad ſalutē ſine exp̄ſſione Chriſti ſuꝑaddita: vetera enim & noua p̄cepta eadē ſunt ſcd'm ſubſtātiā, ſed differūt ſcd'm maiorē & minorē exp̄ſſionē & vtilitatē, ſcd'm btm̄ Aug.xvj. de ciui.dei ca.xxvj. & prīo retra.ca.xij. Tertiū dictū Bur. eſt qd' ea ꝗ ad ꝑfectionē īpletionis p̄ceptorū ꝑtinēt, in leg noua in cōſilijs continētur. Sed hoc videt̃ falſum. nā ſtat aliquē ꝑfectiſſimè deū diligere, ꝗ tñ nō vendidit oīa ſua, & dedit pauꝑib⁹. ꝓut exēplificat beat⁹ Aug.j. de ciui.dei ca.x. de Paulino ep̄o Nolēſi. & Burg. idē vult ſup̄ ca.xij. in corruptorio prīo. Idcirco ſine obſeruātia conſiliorū Chriſti pōt ꝗs eſſe ꝑfectus dei amator. Cæterū ſi ꝑfectio obſeruantiæ dilectiōis ꝓximi potiſſimē cōtinet̃ ī eo qd' hic dicit̃: Diligatis inuicē ſicut dilexi vos, ꝓut Bur. dicit, tūc ſequit̃ illud fore dictū ꝑ modū cōſilij, cū tñ dicat̃ in litera: Mandatum nouū. Sed Burg. hoc volēs euadere dicit, ꝙ debet ītelligi ſolis aplīs mandatū, comunitati aūt fideliū cōſiliū ſit. Sed hoc videt̃ irrōnabilr̄ dictū, & ī nulla ſcriptura fūdatū, ſed fundat̃ ſuꝑ falſa imaginatiōe. Imaginat̃ em̄, ꝙ Chriſt⁹ dilexit nos in ſūmo gradu ꝑfectiōis, itēſiuè, extēſiuè, & effectiuè: ad quē gradū diligēdi: qa nō pōt hō de cōi lege ꝑtingere, idcirco Chriſt⁹ eū nō p̄cepit. nō em̄ Chriſt⁹ p̄cepit alicui īpoſſibile. Habet igit̃ vt dicit Bur. vim cōſilij, non p̄cepti, cū dicit̃: Diligatis inuicē, ſicut dilexi vos. Sed idē argumētū ē de aplīs, ſicut de alijs. nemo em̄ ex eis ad ſūmū gradū ꝑfectiōis ꝑtingere potuit intēſiuè, extēſiuè, & effectiuè. Oppoſitū em̄ huius dānat̃ in clemētinis. ad noſtrū de hereticis. Vñ etiam neꝙ aplīs eſſet mādatū pari rōne ꝗ cæteris nō mādatū, cui⁹ tñ oppoſitum dicit Burg. Pro Burgē. igit̃ & ſuorū imitatorū deſolatione dico, ꝙ Bur. deceptus eſt, putans eſſe ſimilitudinē currentē quatuor pedibus. Scd'm enim eundē Burg. in multis locis, nulla ſimilitudo debet vniuerſaliter accipi, quia iam nō eſſet ſimilitudo, ſed idētitas idcirco ꝑticulariter accepta hæc ſimilitudo: Sicut dilexi vos: nō cogit Burg. ad dicēdū māifeſtū p̄ceptū fore cōſiliū: qa nō ſeqt̃ Diligatis ſicut dilexi: ſed ego dilexi in ſūmo gradu ꝑfectiōis: igit̃ & vos. ſicut nō ſequit̃: ſicut ſe habet ſēſus ad ſenſibilia, ita intellectus ad intelligibilia: ſed ſenſus ꝑcipit ſua ſenſibilia materialiter ergo intellectus intelligibilia. totū antecedēs eſt verū, conſequēs impoſſibile. Sicut em̄ vniuerſaliter accipiendo ſilitudines, multi lapſi ſunt in periculoſos errores. Ita & Ioachim abbas arguebat ex illa ſimilitudine: Pater oro, vt fideles ſint vnū, ſicut ego & tu vnum ſumus: ſed fideles nō poſſunt eſſe vnū, niſi collectiuè: ergo ꝑſonæ diuinæ nō ſunt in cōi eſſentia, ſed collectiuè. ꝗ error dānat̃ extra de ſum.tri. & fi.catho. dānam⁹. Vñ btūs Greg. aliter exponit illud mādatū ꝙ Burgē. Dicit em̄: Diligite inuicem, ſicut ego dilexi vos. hoc eſt, amate inuicē ad qd' amaui vos: Sic igitur accipitur ſilitudo quo ad terminū amoris. qa amor dei erga nos ordinat̃ ad gratiā & gloriā, ita & noſter amor inuicē, etiā ꝗuis ſecūdū intēſiuū modū nō eſt nobis poſſibile Chriſto aſſimilari in dilectiōe, tñ in extendendo ad oēs etiā hoſtes, poſſibile eſt, īmo nō difficile: qa de diligēdis inimicis nemo vnꝗ ī veritate poterit ſe excuſare, vt vult btūs Augu. in ſermone cōi. Eſt igitur præceptū charitatis ſic extenſum nouū & leue reſpectu ꝓximi, multo autē leuius reſpectu dei. quia volūtas ſequēdo rectā rationem in deo nihil repire pōt niſi diligibile, quia non niſi bonū immo optimū per conſequēs ſuper omnia diligendum. Oportuit igit̃ Burgen. aliū habere reſpectum quādo circa.xx.ca. Exo. dicit præceptum de dilectione eſſe arduiſſimum. Vide ibi.

C

D

Similitudo Identitas

E a ¶De iu. quia ſi dãnatũ illũ ſequũtur, cũ eo dãnantur: & ne ſibi credãt parci, terrent ſupplicio illi⁹ ſuperbi. b ¶Om.ue. Promittit quod totum facturus eſt ſpiritus, non quod in hac vita totũ compleatur. c ¶A ſemet. Au. Quia non eſt à ſeipſo, quia ſolus pater de alio nõ eſt. Nã & filius de pr̃e nat⁹ eſt, & ſpũs de patre ꝓcedit: & tñ & filius & ſpũs ę̃qlis pr̃i eſt. Sed q̃cũq; audiet loquet̃, audiet ab eo à q̃ ꝓcedit. Audire illius ſcire eſt, idẽ eſt & eſſe. A q̃ illi ergo eſt eſſentia, ab illo audiẽtia, i. ſcĩa, q̃ nõ eſt aliud q̃ eſſẽtia &c. De ſempiterna re, ꝓpriè dicat̃ eſt, ſcd'm nos bñ dr̃: fuit erit. Fuit, qa nũq̃ defuit. Erit, qa nunq̃ deerit. Eſt, qa ſemper eſt. Nõ p̃terijt, q̃ſi q nõ maneat. Non oriet̃, q̃ſi q nõ erat. Cũ ergo nr̃a loquutio per tpa varieẽ, de eo verè dicunt̃ ꝟba cuiuſlibet tp̃is: qa nullo tpe defuit, deeſt, vl' deerit. Et iõ nõ mirũ ſi audiet, dixit de eo q audiuit & audit, i. ſemp ſciuit, ſcit & ſciet. d ¶Ille me. quia ſpũales faciendo vos declarabit, quo mõ patri fili⁹ eſt æqualis, quẽ ſcd'm carnẽ vt hoĩem nouerant. vel timorẽ tollẽdo faciet vos glĩã meã annũciare toti mũdo: q̃ nõ mihi, ſed hominib⁹ ꝓſit. e ¶De meo. Nõ q̧ ſpũs ſit minor filio. Cur aũt hoc dixit, explanat: Oĩa quæ ha.pa.mea ſunt. ꝓpterea dixi, qa de meo accipiet. Ergo de pr̃e accipit ſpũs, vñ accipit filius: qa in hac trinitate de patre nat⁹ eſt fili⁹, de patre ꝓcedit ſpũs. Qui aũt de nullo nat⁹ eſt, de nullo ꝓcedit, pater eſt ſol⁹. f ¶Oĩa quæ. Augu. de ſpũ dicit Chriſt⁹. Spũs pr̃is vr̃i qui loquitur in vobis. Et Apl̃s. Si ſpũs ei⁹ q ſuſcitauit Chriſtũ. i. ſpũs patris. Itẽ Apl̃s: Miſit de⁹ ſpm̃ filij ſui ĩ corda vr̃a. & quiſqs ſpm̃ Chriſti non habet &c. Ita aperte oſtenditur patris & filij eſſe ſpũs. g ¶Modicũ. Dixerat. ſ. ſine modicũ, ad patrẽ vado: & iã nõ videbitis me, vbi viſus eſt apte loq̃, nec quidq̃ quęſierũt. F Nũc aũt determinãs qñ iturus ſit id eſt paulopoſt, & q̃uo. ſ. per paſſionẽ: dicit, modicũ, qd' anteq̃ impleret̃ penit⁹ fuit obſcurũ. ¶Modicũ. i. ꝑuũ tẽpus reſtat vſq; ad hoc q̧ patiar, & claudar ſepulchro, & iterũ paruũ tp̃s vſq; quo me videatis reſuſcitatũ. ¶Vel paruũ tempus eſt, i. triduũ quo clauſus nõ videbo. Et iterũ paruũ. i. quadraginta dies, quo reſuſcitat⁹ videbor. ¶Quia uado. hoc eſt, quia tẽpus eſt vt depoſita mortalitate humanã naturã cęlis inferã. Vel ſpiritualiter illis quib⁹ loquebat̃ dicit: ¶Modicũ & nõ. Et ad hoc refertur: quia uado &c. nõ ad illud: Iterũ modicũ &c. quod vniuerſę promittit eccleſiæ. Dicit ergo modicum: non quia mortuus ab eis non erat videndus donec ſurgeret: ſed quia eundo ad patrem, facturus erat, vt non eum vlterius mortalem viderent: quod fecit poſtquam ſurrexit & aſcendit in cęlum. Omnibus autem communiter dicit: Iterum modicum & non. id eſt totum tempus vſq; ad finem ſeculi: & uidebitis me: ęterna viſione.

Quia plora.

†ducet vos in

†audierit

†glorificabit

†amplius

Mat.10.c 1.Pe.1.d Gal.4.a Ro.8.b

¶Futuro.
a me. De iudicio autem, quia prin- a
a ¶Foras miſſus, iudicio ignis reſeruatus.
ceps huius mundi iam iudicatus eſt. b
a ¶Quæ nemo habet determinare.
Adhuc multa habeo uobis dicere, c
a ¶Quia nondum venit ſpiritus.
ſed nõn poteſtis portare modo. Cũ d
autem uenerit ille ſpiritus ueritatis
a ¶Intus ſine ſono, ſic ſit & alijs ſanctis talias: deducet in omnem veritatem, vt dedu.in.d.in v.t
¶Saluti neceſſariam.
b †docebit uos omnẽ ueritatẽ. †Non e f
c enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæ g
a ¶Non ſolum quæ futura in tempore, ſed magis æterna, quorum amore inflammat.
cumq; †audiet loquetur, & quę uen- h i
d tura ſunt annũciabit uobis. Ille me k
¶Patre a quo ego.
e †clarificabit: quia de meo accipiet,
f & annunciabit uobis: †Omnia quę l
cumq; habet pater, mea ſunt. Pro- m
pterea dixi, quia de meo accipiet, &
a ¶Id eſt nunq̃ videbitis me mortalem.
g annunciabit uobis. Modicum, & n
†iam non uidebitis me: & iterum o
modicum, & uidebitis me: †quia ua-
¶Quia obſcure dixit
do ad patrem. Dixerunt† ergo ex
diſcipulis eius adinuicem: Quid eſt
hoc quod dicit nobis: Modicũ & nõ
uidebitis me, & iterũ modicũ & ui-
debitis me: & qa uado ad patrẽ? Di- p
cebant ergo: Quid eſt hoc quod no
bis dicit, modicum? Neſcimus quid
a ¶In hoc oſtendit ſe deum, cum ſine verbis eorum intellexit dubitationem.
loquitur. Cognouit autẽ Ieſus, quia r

## *Nicolaus de Lyra.*

in mortali corpore. a ¶De iudicio &c. i. diabolus, ſicut ſ. expoſitũ eſt ca. xiiij. b ¶Iã iudi. eſt. i. cõdemnatus diuina ſnĩa tanq̃ obſtinatus, & ꝑ cõſequẽs oẽs ei adhęrẽtes eodẽ iudicio oſtẽduntur cõdẽnabiles. c ¶Adhuc multa. Hĩc oſtẽdit efficaciam ſpũſſctĩ reſpectu apl̃orũ, quę cõſiſtit in illuſtratiõe ipſorũ de profundiſſimis & altiſſimis fidei ſecretis. Et hoc eſt qd' dicitur: Ad. mul. &c. p. por. ꝓpter veſtrã impfectionẽ & eorũ arduitatem. d ¶Cũ autẽ ue. i. ſpũſſctũs, q eſt veritas ꝑ eſſentiã & effectiuè docẽdo eã. e ¶Do. uos. ſ. neceſſariã ad ſalutẽ, nõ ſolũ ꝓ perſonis veſtris, ſed etiã ad regimen eccl̃ię & fideliũ inſtructionẽ. Et qa poſſent credere, q̧ ſpũſſctũs eſſet maior filio, eo q̧ debebat docere eos de maiorib⁹, ideo hũc errorẽ remouet dicẽs: f ¶Nõ em̃. quia ſicut nõ eſt à ſe, ſed à patre & filio, ita nec à ſe loquitur. Ideo ſequit̃: g ¶Sed quæcunq;. Quia ſuũ audire eſt ab eis procedere. h ¶Loquetur. ſcilicet vobis. Sed non intelligendũ hoc general'r de oĩb⁹ quę audit ſpũſſctũs à patre & filio: qa ab eis accipit ſcientiam

G ſcientiã infinitã, ſed de oĩb⁹ ꝑtinẽtibus ad eorũ ſalutẽ & eccl̃ię regimẽ, vt dictũ eſt. i ¶Et quæ uẽ. Multa em̃ de futuris per ſpm̃ ſanctũ reuelata fuerũt apl̃is, ſicut Iohãni ꝑ ſpm̃ſctm̃ reuelatus eſt ꝓceſſus eccl̃iæ vſq; ad finẽ mũdi in Apocal'. Et Petro ſuũ martyrium, ſcd'm q̧ ipſemet dicit. ij. Pet. j. c. Scio quia velox eſt depoſitio tabernaculi mei, ſcd'm q̧ dñs Ieſus Chriſt⁹ ſignificauit mihi. Et Paulo reuelatę ſunt futurę ſibi tribulatiões in Ieroſolymis, vt hr̃ Act. xx. e. k ¶Ille me cl. Hĩc ponit̃ efficacia ſpũſſctĩ reſpectu ipſi⁹ Chriſti, quæ fuit declaratio ipſi⁹ diuinitatis, quæ manifeſta facta eſt ꝑ ſpm̃ſctm̃ apl̃is datũ, qa ſicut p̃dictũ eſt, illud fuit ſignũ maximũ ad confirmãdũ Chriſti doctrinã. Et hoc eſt qd' dr̃: Ille me clari. A me ꝓcedẽdo. Nec eſt ꝑ hoc intelligẽdũ, q̧ ptẽ eſſentiæ filij recipiat, qa indiuiſibilis eſt: & iõ ſi aliquid capit̃, totũ capit̃. oẽ aũt verbũ ꝓcedẽs ab aliq̃ natural'r ipm̃ manifeſtat: & ſic ſpũſſctũs ꝓcedẽs à filio & totã ei⁹ eſſentiã accipiẽs, totũ ipm̃ manifeſtat. Qd' ãt ſpũſſctũs ꝓcedat ab ipo, oſtẽdit cõſequẽter dicẽs: l ¶Oĩa quę. Oĩa em̃ q̃ ſunt pr̃is, filio cõicant̃, excepta ꝓprietate pr̃na: in q̃ à filio diſtiguit̃, & ꝑ cõſeq̃ns ꝟt⁹ ſpiratiua filio cõicat̃, cũ ĩ ipa pr̃ ei nõ opponat̃. Et hęc eſt cã q̃re ſpũſſctũs ꝓcedit à filio ſicut à patre: qa ſunt vnũ in ꝟtute ſpiratiua. Et hoc eſt qd' ſubdit: m ¶Propterea di. q.d. ꝓpter hoc dixi, q̧ à me ꝓcedit. Quia oĩa q̃cũq; habet pr̃, mea ſunt: qa mihi cõicat oĩa, excepta ꝓprietate paterna. n ¶Modicũ. Hĩc explicat ea q̃. ſ. dixerat ad eorũ cõſolationẽ de ſuo reditu. Et diuidit̃ in tres: qa priò ponit̃ dicta explicatio. Scd'ò, ex hoc ſequẽs diſcipulorum dubitatio, ibi: Dixerũt ergo. Tertiò, dubitatiõis expoſitio, ibi: Cognouit ergo. In prima igit̃ ꝑte ad eorũ cõſolationẽ oſtendit, q̧ tp̃s modicũ erat futurũ vſq; ad ſuũ reditũ ꝑ reſurrectionẽ ſuã, dicens: Modicũ &c. ſcd'm Aug. ꝑ iſtud modicũ intelligit̃ tp̃s ab illa hora q̃ loq̃bat̃ Chriſt⁹ diſcipulis vſq; ad ſuã paſſionẽ & mortẽ ꝑ quã ſubtract⁹ eſt eis, & ſic nõ viderũt eũ. o ¶Iterũ mo. Per iſtud ſcd'm modicũ intelligitur tp̃s ab hora ſuę mortis vſq; ad reſurrectionẽ ſuã: qa tũc iterũ viderunt eũ. vtrũq; aũt tp̃s modicũ fuit. ſcd'm verò Chryſo. aliter exponit̃, qa ꝑ primũ modicũ intelligit̃ tp̃s ab hora paſſionis vſq; ad tp̃s reſurrectionis. Et tunc eſt ſenſus: Modicũ & nõ. q.d. Tẽpus in quo nõ videbitis me ꝑ ſubtractionẽ à vobis ĩ mea morte erit modicũ: & iõ nõ debetis deſolari. Per ſcd'm modicũ, cũ dr̃. Iterũ modic. intelligit̃ tp̃s ab hora reſurrectiõis vſq; ad aſcẽſionẽ, in qua apparuit eis loquẽs de regno dei, vt habet̃ Act. j. a. Et illud tp̃s fuit modicũ reſpectu tp̃is ſequentis vſq; ad finẽ mundi. Ideo ſubitur: p ¶Quia ua. &c. q.d. qñ in cęlũ aſcendã, extũc nõ videbitis me cõiter loquẽdo, niſi in generali reſurrectiõne, ꝓpter qd' dicitur Act. j. b. Viri Galilęi quid ſtatis aſpicientes in cęlũ? hic Ieſus qui aſſumpt⁹ eſt à vobis in cęlũ, ſic veniet quẽadmodũ vidiſtis eũ. q.d. amplius non videbitur in terra pręſentia corpali, vſq; quo veniet ad iudiciũ. Qd' em̃ aliqb⁹ ſctĩs appuit pòſtea, fuit ex ſpeciali gratia, ſicut apparuit Iohãni euãgeliſtę ante mortẽ ſuã, vocãs eũ ad cęleſtẽ gloriã. Sil'r & Petro apparuit ante crucifixionẽ ſuã dicens ei: Vado Romã iterum crucifigi. quia in crucifixiõe Petri futura dicebat ſe Chriſtus crucifigi. ſicut in perſequutione fideliũ dicit ſe perſequutionẽ pati: Act. ix. a. Et ſimiliter apparuit Paulo qñ fuit proſtrat⁹ de cęlo, vt habet̃ ibidẽ. Et iſta expoſitio Chryſo. magis eſt cõſona verbis Chriſti, vt poſt videbitur magis. q ¶Dicebãt. Hĩc ponit̃ diſcipulorũ dubitatio, quia in verbis Chriſti erat obſcuritas ex hoc q̧ ibi videbatur quædã cõtradictio in hoc q̧ dixerat: Modicũ & nõ videbitis me. Et poſtea: Iterum modicũ & videbitis me. & ideo dubitauerũt de intellectu iſtorũ verborũ. Et patet litera. r ¶Cognouit. Hĩc ponitur dubitatiõis ſolutio. Et diuiditur in duas, quia primò dubitatio eorũ ſoluitur. Secũdò, exemplũ ad propoſitũ inducitur, ibi: Mulier autem. In prima parte dicitur ſic: Cognouit autem Ieſus &c. Hoc enim cognouit Chriſtus inquantum deus, cuius

eſt propriũ

†De cõſecr. di.5.c. vlti.

†Mat.11.d Lu.10.d.

†8.14.b

Diuiſio

†autem

H

Diuiſio



a ¶Qu.p. Me occiſo, de q̃ inimici gaudebunt. Similiter plorãt A omnes boni in ęrũnis huius ſeculi: ſed mundi amatores gaudent. Boni autẽ cõpant̃ pariẽti quę genuit in partu, ſed lætat̃ de fructu: & plus gaudet de aduẽtu futuræ prolis, q̃ triſtis eſt de pręſenti dolore. b ¶Si quid. Auguſtin⁹. Ita ſane intelligẽdũ eſt, qd' ait: dabit vobis, vt ea beneficia ſignificata ſciantur quę ad eos qui petũt ꝓpriè ptinẽt. Ex audiuntur em̃ ſctĩ ꝓ ſeipſis, nõ aũt ꝓ oĩb⁹ alijs amicis, vel inimicis. c ¶Dabit uo. In futuro ñ rogabitis, ſed mõ petite, & dabit̃ vobis, qd' ad vos ꝑtinet: & ſi nõ oĩb⁹ illis quibus petitis. & iõ dicitur vobis. d ¶Hæc in pro. Quæ hucuſq; dixi q̃ſi in ꝓuerbijs (q̃ ſolent hoĩes audire, ſed non intelligere) dixi: quia animales eſtis. Aĩalis autẽ q nõ ꝑcipit quę ſunt ſpiritus dei, quæcunq; dicuntur de incorporea & ĩmutabili ſubſtantia, habet quaſi prouerbia. Sed venit hora, qua dato ſpiritu faciam vos ſpirituales, vt certiſſima intelligẽtia mentis (& ſi nõ vt in futuro) deũ videatis & tũc palã de patre nũciabo, vt ipm̃ & me eiuſdẽ ſubſtãtiæ intelligatis. & tũc in no.me.pe. quia tunc verè cognoſcetis & ſcietis q̧ ſi vt homo rogo patrẽ, vt deus exaudio cũ patre. vnde dicit: Et non dico vobis, qm̃ ego ro.pa. ¶Hæc in ꝓ. Quo mõ pñt petere plenũ gaudiũ, ſubdit, quia de animalib⁹ quod ſũt faciet ſpirituales, vt ablatis omnibus imaginibus corporũ, pura facie mentis ſynceræ luci cohęreãt. e ¶Ipſe e. Amat nos pater, qa amamus filium, cũ à patre & filio accepimus vt amemus patrem & filiũ: data charitate ꝑ ſpm̃, quẽ & ipſum amam⁹ cũ pr̃e & filio: prior amãs facit in nobis q̧ amet̃.

Iterum re

†lamentabimini

†Iaco.4.c. 1.Cor.2.d.

uolebant eum interrogare, & dixit a
eis: De hoc quæritis inter uos, quia
dixi: Modicum, & nõ uidebitis me:
& iterum modicũ, & uidebitis me.
a ¶Exponit quod dixerat. ſ. ſe moriturum & reſuſcitandum.
a Amen amẽn dico uobis, quia plora- b
bitis & †flebitis uos, mũdus autem c
gaudebit. †Vos autem contriſtabi-
mini, ſed triſtitia ueſtra uertetur in d
¶In reſurrectione & aſcenſione.
gaudium. Mulier cùm parit triſti- e
a ¶Pariendi vel parturiendi.
ciam habet, quia uenit hòra eius. Cũ
a ¶Non fœminam, ſed maſculum, quia ad fructum æternæ contemplationis cunctæ actiones referuntur, non ad molliciem huius ſeculi.
autem peperit pùerum, iam non me
minit preſſuræ propter gaudium:
a ¶.i. in vitam æternam.
quia natus eſt homo in mùndum. f
a ¶Adapptat ſimilitudinem.
Et uos igitur nũc quidem triſtitiam g
a ¶Poſt triſticiam viſio impugnatore remunerabo.
habetis. Iterùm autem uidebo uos, h
a ¶Quia gaudium ipſorũ Chriſtus eſt, qui iã nõ moritur.
& gaudebit cor ueſtrũ, & gàudium i
ueſtrum nemo tollet à uobis. Et in k
a ¶Æternæ viſionis, quod non in hac vita ¶Non petetis vel interrogabitis, quia tunc erit plena cognitio & ſufficientia.
illo diẽ me non interrogabitis quid l
b quam. †Amen amen dico uobis, †ſi m
¶Quod ſi aliquid non nihil.
quid petieritis patrem in nomine
¶Conſilij meæ præſentiæ.
c meo, dabit uobis. *Vſq; modo nõ n o
a ¶Quod aliquid ſit comparatione rei permanentis.
b ¶Quod non cognouiſtis ſicut cognoſcendum eſt.
petiſtis quidquam in nòmine meo.
a ¶Nunc autem peti. vt gau. veſtrum. ſit ple. quod eſt in æternis, & vere accipietis.
Pètite & accipietis, †ut gaudiũ ue- p q r
d ſtrum ſit plenũ. Hæc in prouerbiis
loquutus ſum uobis. Venit hora, s
cũ iam non in prouerbiis loquar uo- t
a ¶Intus in corde, non aure.
bis, ſed palam de patre meo annũ-
ciabo uobis. In illo die in nomine v
a ¶Quia nihil tunc deerit, & ſi nunc rogo.
meo petetis. Et nõ dico uobis, quia x
e ego rogabo patrẽ de uobis. Ipſe e-
¶Ideo ita exaltamini.
nim pater amat uos, quia uos me

## *Nicolaus de Lyra.*

†Mat.21.c. Mar.11.c. B

eſt ꝓpriũ ſecreta cordium cognoſcere ꝓpria ꝟtute. Cognouit etiã hoc ĩ q̃tũ hõ qa anima Chriſti videt in ꝟbo oĩa q̃ de⁹ videt ſcĩa viſionis. a ¶Et dixit eis: De hoc quæ. inter uos. Ad hoc reſpondendo præuenit eorũ interrogationẽ, vt oñderet ſe ſcire mentis eorum intentionem. b ¶Amẽ a. di. uo. qa plo. & fle. uos. q.d. ꝑ illud qd' dictũ eſt: Modicũ & non videbitis me, intelligit̃ tempus meæ paſſionis vſq; ad reſurrectionẽ meam: ĩ quo flebitis ꝓpter meam abſẽtiã. c ¶Mundus autẽ gau. qa ĩ triduo mortis Chriſti Iudęi mundialiter viuẽtes ſunt gauiſi, credentes extinxiſſe totam ſectam Chriſti. d ¶Sed triſtitia ue. uer. ĩ gau. In hoc exponit illud qd' ſupra dixerat: Iterũ modicum & videbitis me, quia in tempore ĩ q̃ eis apparuit poſt reſurrectionem ſuã gauiſi ſunt viſo domino. (Iohan.20.e) Et ſic patet ex verbis Chriſti expoſitis qd' ſuprà dixerã: q̧ expoſitio Chryſo. propinquior eſt lr̃æ q̃ expoſitio Augu. e ¶Mulier. Declarat qd' dixerat ꝑ exemplũ mulieris in dolore partus triſticiã patientis: ſed in natiuitate pueri gaudium ſupueniens abſorbet præcedentem triſticiam. Mulier iſta, eſt eccleſia ſeu apoſtolorum collegiũ, in quo pro tunc erat tota eccleſia fideliũ. Triſticia partus eſt dolor de paſſiõe Chriſti, qui fuit ĩ illo collegio. Natiuitas hoĩs eſt reſurrectio Chriſti, q̃ Chriſtus de nouo proceſſit ad vitam ĩmortalem, quãtũ ad corpus qd' prius fuit mortale: & ideo ad hoc deſignandum dixit Saluator: f ¶Quia na. eſt hõ in mun. & nõ dixit, puer: qa Chriſt⁹ hõ perfect⁹ vitã ĩmortalem inchoauit ꝑ ſuã reſurrectionem. Sequit̃: g ¶Et uos ergo nunc q. tri. habe. ſ. tpe meæ paſſionis & mortis. h ¶Iterum au. ui. uos & gau. cor ue. poſt meam reſurrectionem. i ¶Et gaudi. ue. nemo tol. à uo. quia vita Chriſti q̃ fuit materia huius gaudij immortalis erat, non amplius auferenda ꝑ mortem, qa Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur &c. vt dr̃ Ro. vj. b. Iſtud verò gaudiũ apoſtolorũ de Chriſti viſiõe

fuit inchoatum

C fuit inchoatũ poſt reſurrectionem Chriſti: ſed poſtea conſummatũ ĩ glĩa cæli. k ¶Et in illo die. Hĩc explicat Chriſt⁹ qd' ſ. dixerat de acceſſu diſcipulorũ ad patrẽ. Et diuidit̃ in duas: qa primò explicat erga diſcipulos pr̃is familiaritatẽ. ſcd'ò, ſubiũgit ſui dicti rõnẽ, ibi: Hæc ĩ ꝓuerbijs. Dicit igit̃ priò ſic: Et ĩ il. d. i. in tpe poſt reſurrectionẽ meam. l ¶Me nõ inter q. q.d. ex p̃ſẽtia ſpũſſctĩ vobis à patre miſſi ſic eritis illumĩati, q̧ nõ ĩdigebitis q̃rere ſicut mõ, neq; edoceri. Sed cõtra hoc videt̃. Pro illo tpe petijt à Chriſto Petrus de Iohanne: Hĩc autẽ qd? vt hr̃. j. vlti. cap. Sil'r apl̃i petierũt à Chriſto: Dñe, ſi in tempore hoc reſtitues regnũ Iſrael? vt habetur Act. j. a. Dicendũ q̧ intelligit̃ de quæſtionibus ſic irrationabilibus ſicut ante reſurrectionem apl̃i faciebant Chriſto, q̃lis fuit q̃ſtio Philippi. ſ. poſita. xiiij. b. Domine oñde nobis, &c. & cõſimiles queſtiones q̃ frequenter leguntur in euangelijs ab apoſtolis factę. Poſt reſurrectionem ꝟò Chriſtus aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, Luc. xxiiij. g. Et ideo fuerunt edocti de multis quæ prius ignorabãt & propter hoc non indigebant quærere ſicut ante: & ſi aliq̃ quærebant rõnabilius quęrebãt. iõ ꝑ verba ſupradicta non intẽdit Saluator excludere ab apl̃is oẽm queſtionẽ: ſed exprimere eorũ inſtructionem ꝑ intellectũ ſcripturarũ, vt dictũ eſt. ¶Aliter expõit Aug. In illo die me ñ interrogabitis qdq̃. i. ĩ ęterna beatitudine, q̃ eſt dies vna cõtinua, vbi vidẽt beati clarè ĩ diuia eſſẽtia q̃ expedit eos videre nec optet aliqd eos interrogare. Pria tñ expoſitio ꝓpinquior eſt lr̃ę p̃cedẽti & ſubſequẽti vñ ſequit̃: m ¶Si quid petieritis patrem in nomine meo. id eſt pertinens ad ſalutem: qa Ieſus quod eſt nomen Chriſti ſalus interpretatur. n ¶Dabis uob. ſuppoſitis tñ cũ hoc alijs duabus cõditionib⁹ ſupradictis. ca. xv. ſ. q̧ petitio fiat ꝓ ſe, & pſeueranter. o ¶Vſq; modo non petiſtis. Apl̃i em̃ añ reſurrectionẽ Chriſti ita nõ cognouerũt ꝟtutẽ noĩs Chriſti, ſicut poſt, & iõ adhuc ignorabãt, q̧ oĩs eorũ petitio eſſet exaudibilis ĩ noĩe Chriſti. p ¶Petite & accipietis. hic grãm ĩ pſẽti. q ¶Vt gaudium ueſtrum ſit plenum. i. futura beatitudine: qa ad eius cõſequutionem debent ordinari omnes preces eccleſiæ. r ¶Hæc in prouerb. Hĩc reddit cauſam ſui dicti, videlicet quare diſcipuli habebant talem acceſſum & familiaritatẽ ad patrẽ poſt reſurrectionẽ. Duo enim faciunt familiaritatem cũ aliq̃. ſ. eius noticia, & amor. Poſt reſurrectionẽ ãt & ſpũſſctĩ receptionẽ apl̃i fuerũt pfecti in noticia & amore dei. Et hæc eſt cauſa quare fuerũt magis familiares ei q̃ añ. & hoc ẽ quod dicitur: Hæc in prouerbijs loquutus ſum uo. q.d. añ paſſionẽ meam parabolicè & obſcurè loquutus ſum vobis, ſicut patet ex decurſu euangelij. s ¶Venit hora cum iam non in prouer. i. obſcurè. t ¶Loquar uobis: ſed pa. de pa. m. annun. uo. quia Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam clarius & expreſſi⁹ docuit apoſtolos de regno dei quã ante. Ipſi enim erant magis capaces, quia habebant ſenſum apertum ad intellectum ſcripturarum, vt habetur Lu. vlti. g. v ¶In illo die in nomie meo pe. Quia ſicut dictum eſt, poſt reſurrectionem Chriſti cognouerunt magis virtutẽ nominis Chriſti quã ante. & ideo ſuas petitiones in Chriſti nomine formabant. & propter hoc orationes eccleſiæ in fine formantur in Chriſti nomine, dicendo: per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c. vel aliquid ſimile. x ¶Et non dico uobis: qa ego rogabo patrem de uobis. q.d. non dico qd' ſit tunc vobis neceſſe habere me interceſſorem medium in petitionibus veſtris, ſicut modo. Ante paſſionem em̃ Chriſti, apoſtoli tantũ confidebãt de p̃ſentia corporali eius q̧ in omnibus ad ipſum recurrebant: ſed

L poſt paſſionẽ

Diuiſio

D

†q̧ quęcũque

*Sed

†1.Ioh.1.b

a ℭIterum re. Reliquit mundum cor porali præſentia. Vadit ad
E patrem: qa hũanitatem ad inuiſibilia pa ternę maieſtatis induxit.
Reliquit mũdũ, quia ab aſpectu amatorũ mũdi, qđ viderãt abſtu
lit. Redit ad patriã, quia amatorib⁹ ſuis ſe æqualẽ credẽdũ docuit
patri. b ℭDicunt. Cũ nõdũ veniſſet hora, quam promiſit; Ecce
nũc palam loqr. Illa q̃ dñs ſcit non intel-
ligentibus eſſe ꝓuerbia: illi vſq̃ adeo nõ
intelligũt, vt nec ſaltẽ ſe non intelligere ĩ-
telligãt. De qua eorũ ĩfirmitate admonẽs
rñdit; Mõ creditis. &c. c ℭNunc ſcim⁹.
Apertè oñdũt, qa loq̃ns de eis, ad eos ma
ximè agebat q̃ illos delectabat audire: &
q̃ ipſi interrogare volebant, hæc ipſe præ
ueniẽs vltrò proferebat: & ideo illum qa
cogitationes nouerat, cõfitentur ſcire oĩa
q̃ſi deũ & dei filiũ. d ℭEt non o. eſt. Cũ
ſcias oĩa, nõ eſt opus vt interroges aliquẽ
à q̃ aliqđ ſcias: Vł etiã ĩterrogeris ab aliq̃,
p̃ſciẽs qđ ille velit. Si ãt aliqñ ĩterrogauit
vł ĩterrogatus eſt, nõ eis, ſed alijs op⁹ fuit.
e ℭMõ cre. Vt paruuli, quibus q̃cũque
alta adhuc ꝓuerbia ſũt creditis: ſed venit
hora paſſionis, & iã ꝓpè eſt, in q̃ ita ꝑtur-
bemini: vt qđ mõ creditis, relinquatis, nõ
mõ corpore, ſed etiã mentis fide, vñ: Spe-
Luc. 24. c. rabamus, q̃ redẽpturus eẽt Iſrael. f ℭEt
non ſum. Ecce profecerũt: ſed ad maius
vult eos extendi, vt cũ dixerint, à deo exi-
ſti, dicat: Pater mecum eſt: nec ſic putent à
deo exiſſe, vt putent etiam receſſiſſe.
g ℭQuia pa. Dixerat: relinquo mun. &
vado ad patrem, nunc dicit: Pater mecũ
eſt, qđ intelligenti eſt verbum, non intel
ligẽti ꝓuerbiũ, Cui ſi non ẽ cib⁹: tñ lactis
F eſt alimẽtũ. Ex q̃ ẽ, q̃ ſciebãt eũ noſſe oĩa.

a ℭCarne ſumpta, non tamen deſerui.
amaſtis & credidiſtis, quia à deo ex
ℭAutem. ℭViſibiliter.
iui. Exiui à patre, & ueni in mundũ. a b
a ℭCorporali diſceſsione, non gubernatione præſentiæ.
Iterum relinquo mũdum, & uado c d
a b ad patrem. Dicunt ei diſcipuli eius: e
ℭPalam loqui æſtimant, cum dictorum eius ne-
queant comprehendere myſteria.
Ecce nũc palam loqueris & prouer f
c bium nullũ dicis. Nũc ſcimus, quia g
ℭDocenti qui ſponte omnia dicit, ſciens quid quæ-
ſiturus velit, alijs opus eſt interrogare, quia aliter
neſciret quid quæſitor ſcire vellet.
d ſcis omnia, & non opus eſt tibi, ut h
ℭQuod ſcis omnia.
quis te interroget. In hoc credimus i
quia à deo exiſti. Reſpondit eis Ie- k l
ℭVt paruuli.
e ſus: Modo creditis: †Ecce uenit ho- m n o
ra, & iam uenit, ut diſpergamini u-
a ℭIn veſtræ infidelitatis corporem.
nuſquiſq; in propria, & me ſolum p
f g relinquatis: & non ſum ſolus, quia q
pater mecũ eſt. Hæc loquutus ſum r
uobis, ut in me pacem habeatis. In s t
a ℭContra preſſuras hortatur.
mundo preſſuram habebitis, ſed v
a ℭQuod fecerunt dato ſpiritu, & vicerunt, non vt
prius reliquerunt ſolũ. b ℭVici in me & in meis.
ℭEgo caput veſtrum vici. magna ſpes membris.
confidite, ego uici mundum.

rem, vt habeť Matth. xix. d. Ecce nos reliquimus oĩa, & ſequuti ſu- G
mus te. ita ecõtrario ꝓpter infirmitatẽ eorũ ĩ fide, ĩminẽte Chriſti
morte diſperſi ſũt ab ĩuicẽ, & à Chriſto: q̃rentes ꝓpriũ cõmodũ. iõ
ſubdiť. p ℭEt me ſo. re. qđ factũ eſt in captione q̃ ĩminebat de ꝓ
ximo. Verũtñ ex fuga eorũ nullũ detrimẽtũ accidit Chriſto. iõ ſub
ditur. q ℭEt non ſum ſo. qa pa. me.
eſt. qa humanitas remanſit deitati cõiũ-
cta, in qua deitate pater & filius ſunt vnũ
q. d. in mea paſſione non indigeo veſtra
præſentia, cũ habeã præſentiam patris oĩ
potentis. r ℭHæc loquutus ſum. Hĩc
cõcludiť cõcluſio principaliť intenta. Ad
hoc eñ dixit Chriſtus p̃dicta oĩa, vt apľi
firmarentur cõtra tribulatiões ĩminẽtes
& hoc eſt qđ dicitur: Hæc loquut⁹ ſum
uobis. ſ. ad hunc finem. s ℭVt in me
pa. ha. aduenientibus tribulationibus fu
turis: quia ſicut graue quietatur ĩ loco ꝓ
prio, ita cor humanũ in deo. t ℭIn mũ-
do preſſuram ha. i. à mundanis hoĩbus
vos pſequentib⁹: In me pacem ha. Sc̃ti
eñ viri nõ habent puras tribulatiões, qa
habent conſolationẽ dei admixtã: ſed ma
li habent eas puras, nõ habentes conſola-
tionẽ vllã. v ℭSed confidite, ego ui-
ci mundum. q̃tũ ad concupiſcentiã car-
nis per auſteritatem, q̃tũ ad cõcupiſcenti †Mat. 26. c.
am oculorum ꝑ paupertatẽ, q̃tũ ad ſup- Marc. 14. c.
biã vitæ ꝑ hũilitatẽ. In hac victoria Chri Zach. 13. c.
ſti debẽt confidere ſc̃ti qa cõſideratiõe ei⁹
armati faciliter ſuperãt tribulatiões mũ-
di. Propter qđ dicit Petrus. j. epľa. iiij. a. Queſtio
Chriſto in carne paſſo, & vos eadẽ cogita
tione ar. &c. ℭOccaſione cuiuſdã dicti in
hoc ca. quæritur, vtrũ plenitudo ſpũſſc̃ti
debuit dari immediatè poſt aſcenſionem
Chriſti? ℭEt arguiť primò q̃ nõ, immo
debuit dari ante, qa plenitudo gratiæ de
buit dari in temporis plenitudine. ſed ple
nitudo tpis ĩcepit à natiuitate Chriſti, ſe- H
cũdum q̃ dicit Apľs ad Gal. iiij. a. At vbi venit plenitudo tpis, mi
ſit deus filiũ ſuũ factũ ex muliere, factũ ſub lege, &c. ℭItẽ arguiť,
q̃ adhuc plenitudo grãe non ſit data, quia ſicut filius eſt à patre, ſic
ſpũſſc̃tũs ab vtroq;. Status autem veteris teſta. corrñdet patri, in q̃
intendebant pr̃es generationi. Siľr ſtatus nouæ legis corñdet filio
in quo clerici intendentes ſapiæ, filio appropriatæ: habent ppłm
regere ergo videtur qđ futurus ſit ali⁹ ſtatus, ſpũiſc̃tõ correſpon-
dens. In tpe autẽ ſpũſc̃tõ correſpondente debet plenitudo grãe da
ri ergo, &c. ℭContra vtrũq; p̃dictorũ arguiť ꝑ illud qđ dicit Sal-
uator diſcipulis ſuis in litera: Si non abiero, paracletus non veniet
ad vos. Ex quo patet, q̃ ante aſcenſionẽ Chriſti non fuit data ple-
nitudo ſpũſſc̃ti. Sequitur: Si autem abiero, mittã eũ ad vos. Ex q̃
patet, q̃ ſpũſſc̃tũs cito poſt Chriſti aſcenſionẽ fuit datus. ℭRñſio
Error Manichæorũ Circa hãc quæſtionẽ errauerunt Manichæi occaſione verborum
Chriſti, ſecundum q̃ dicit Aug. in li. contra Fauſtum Chriſtus eñ
ĩ hoc ca. loq̃ns de aduẽtu ſpũſſc̃ti, dixit apľis; Cũ ãt venerit ille ſpũs
veritatis, docebit vos oẽm veritatem. Apľi autẽ omnem veritatẽ
non cognouerũt, ſc̃dm qđ dicit apľs. j. ad Cor. xiij. c. Ex parte co-
gnoſcimus, & ex parte ꝓphetamus. ideo dixerũt, q̃ ꝓmiſſio ſpũſſã
cti nõ fuit impleta in apoſtolis. ſed in ipſo Manichæo, qui fuit po
ſterior ipſis: & ſc̃dm eos cognouit plenitudiem veritatis. Propter
qđ Manichęi non recipiũt librũ Actus Apoſtolorum; quia ibi ex
preſſè ponitur miſſio plenitudinis ſpiritusſancti ſup apľos, vt pa-
Cõfutatio tet Act. ij. a. Sed dictum iſtorum Manichæorũ manifeſtè patet fal-
ſum, quia Manichæus quem dicũt omnem veritatem cognouiſſe
non ſolũmodo multa falſa, ſed etiam abſurdiſſima dixit: vt patet
intuẽti eius errorem, & erroris reprobationem à doctoribus nr̃is.
ij. ſententiarũ. & iij. & in pluribus alijs locis, quod omitto proſeq
rõne ꝓlixitatis vitandæ, & quia hæreſis Manichæi & eius reproba
Plenitudo ſpũſſc̃ti cõpleta ĩ apoſtolis. tio ſunt ſatis notæ. Propter quod dicendũ, q̃ plenitudo ſpũſſc̃ti ſe
cundũ q̃ Chriſt⁹ ꝓmiſerat; fuit cõpleta in apľis q fuerũt ipſi Chri-
ſto ꝓpinquiſſimi; in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis. Ve
Col. 2. b. tũtamen non fuit data iſta plenitudo apľis ante aſcenſionẽ Chriſti
Cuius ratio eſt, quia ad hoc datur ſpiritusſanctus hominib⁹, vt cor
da eorũ trahantur ſurſum per appetitum cæleſtium. Appetitus ãt
hominis nõ tẽdit efficaciter ad aliqđ: niſi illud apprehendať poſſi-
bile: & ideo poſſibilitas pueniendi ad cæleſtia debuit prius homi-
nib⁹ declarari, q̃ dareť plenitudo ſpiritusſſc̃tanctĩ. Illa autẽ poſſibi
litas fuit

## Nicolaus de Lyra.

poſt paſſionẽ ipſimet ſuas petitiones
ad deũ formabant: iõ Chriſtus ꝑ illa vba
vult exprimere, q̃ ſecurè poſſent hoc fa-
cere propter familiaritatem patris ad ipſos. vnde ſimilis eſt modus
loquẽdi, acſi dixiſſet Chriſtus apľis: Tantã familiaritatem habebi-
tis ad deũ, q̃ ꝑ voſipſos poteritis accedere ad eũ & impetrare. non
tñ per hoc excludit ſuũ adiutoriũ, ſed exprimit cũ quanta ſecurita
te poterunt orare deum. Conſimili modo loquebať ſc̃tã Agatha
iã gľioſa in cælis, beatæ Luciæ exiſtenti in terris: Soror mea Lucia
vgo deo deuota, quid à me petis qđ ipſa poteris præſtare? &cæ.
Non eñ excludebat à beata Lucia ſuum adiutorium, ſed exprime
bat cum quanta ſecuritate poſſet rogare deum. Et hoc mõ Chri-
ſtus loquebatur apoſtolis, ad exprimendum erga eos amicitiã dei
patris. propter hoc ſequitur: Ipſe enim pater amat uos &cæ.
Sequitur. a ℭExiui à patre. non per loci mutationẽ, ſed ꝑ ęter-
nam generationem & perſonalem diſtinctionem. b ℭEt ueni
in mundum. per carnis aſſumptionem. c ℭIterum relinquo
mũdum. q̃tũ ad corporalem præſentiam. d ℭEt uado ad pa-
trẽ. faciendo naturam mortalem paternæ gloriæ conſortem, ſicut
s̃. expoſitum eſt ca. xiij. e ℭDicunt ei diſcipu. Poſtq̃ Chriſt⁹ ex
plicauit rõnes ſupra poſitas ad diſcipulorum conſolationem, hĩc
conſequenter oſtenditur effectus prædictæ explicationis, qui ẽ ple
Diuiſio nior cognitio apľorũ. Et diuidiť ĩ duas: qa primò ponitur iſta ple-
nior cognitio. ſc̃dò, ſubdiť ipſorũ infirma diſpoſitio, ibi: Rñdit Ie-
ſus. In prima igitur parte dicitur ſic: Dicunt ei diſcipuli ei⁹. cla-
rius intelligentes q̃ añ. f ℭEcce nunc palam loqueris: & pro-
uerbium nul. di. Clarius eñ loquebať de ꝓceſſu eius à patre, &
de aduẽtu ei⁹ ĩ mũdũ ꝑ carnis aſſumptionem, q̃ fecerat ante. & iõ
deitatẽ clarius intelligentes dicũt; g ℭNunc ſcim⁹, qa ſcis oĩa.
Ex doctrina eñ ei⁹ & miraculis pleni⁹ eius deitatẽ cognoſcebant.
h ℭEt non opus eſt tibi, ut quis te interro. Hoc eñ videbãt
ex hoc, q̃ præuenerat eos rñdendo ãñq̃ interrogarent, vt dictum
eſt. i ℭIn hoc credi. i. ex dictis & factis præteritis. k ℭQuia à
deo exiſti. & ſic fidem quam habebant in corde, confitentur ore.
l ℭReſpõdit Ie. Hĩc prædicitur eorũ conditio infirma, ne ex ple
niori cognitione habita eleuent, & cautiores contra pericula red-
dantur. cũ dicitur: m ℭMõ creditis. q. d. parũ ſtabitis in hac fi-
dei cõfeſſione. n ℭEcce uenit hora, & iam uenit. quia extunc
incipiebat tempus ſuæ paſſionis, de quo loquebatur. o ℭVt diſ
pergamini unuſquiſq; in pro. Sicut eñ ꝓpter fidẽ Chriſti apľi
ꝓpria reliquerãt, & adinuicẽ & cũ Chriſto colligati erant ꝑ amo-
rem, vt



litas fuit declarata in Chriſti aſcenſiõe, ſecũdũ q̃ dicitur, Mich. ij. d.
A Aſcẽdit añ eos pãdẽs iter. & iõ plẽitudo ſpũſſc̃ti nõ debuit dari añ
aſcẽſionẽ Chriſti. ꝓpť qđ diciť ſupra Io. vij. f. Nõdũ erat ſpũſſãct⁹
dat⁹, qa nõdũ fuerat Ieſus gľificat⁹. Sc̃da rõ ẽ ad hoc, qa ſpũſſan-
ct⁹ ẽ amor ſpũal. & iõ apľi pri⁹ debuerũt diſponi ꝑ aliquẽ ſpũalẽ
amorẽ ad Chriſtũ ãñq̃ reciperẽt plenitudinẽ ſpũſſc̃ti. Talis autem
diſpoſitio facta eſt ſubtracto amore carnali ad Chriſtum, q cauſa-
bať ex pręſentia corpali ipſi⁹ Chriſti cũ apľis. quę qdẽ p̃ñtia ſubtra
cta ẽ ĩ ei⁹ aſcẽſiõe, iõ &c. Tertia rõ ẽ ad hoc, qa Chriſt⁹ nõ dat ſpm̃
ſc̃tm̃ inq̃tũ hõ, ſed ĩq̃tũ de⁹. & iõ pri⁹ debuit declarari ei⁹ diuini-
tas ꝑ aſcẽſionẽ ad patris ęq̃litatẽ q̃ daret ſpũſſc̃ti plenitudinẽ. Itẽ
nõ debuit retardari tal plenitudo ꝑ magnum tp̃s. quia ſicut iã di-
ctũ eſt, decẽs erat illi q erãt vt primi fũdatores eccľię poſt Chriſtũ,
poſt ip̃m in maiori plenitudĩe haberẽt ſpm̃ ſc̃tm̃: q̃bus ſtatim ĩmi-
nebat tp̃s pręedicãdi vitatẽ euãgelij ꝑ orbẽ vniuerſũ. tñ de plenitu
dĩe p̃tãtis diuinę põt dari plenitudo ſpũſſc̃ti indifferẽter in q̃libet
Plenitudo gratię qñ ĩcepit tpe. ℭAd primũ dicẽdũ, q̃ plenitudo gratię ĩcepit à Chriſti cõce-
ptiõe, qa eius aĩa extũc plenitudĩe gratię fuit repleta. verũtñ illa
plenitudo non erat extũc ad alios deriuãda: ſed poſt aſcenſionem
& glorificationem Chriſti, vt patet ꝑ prædicta. Non enim opor-
tet q̃ à principio plenitudinis tpis deť oĩs plenitudo grę, ſed ſc̃dm
ordinatũ ꝓceſſũ diſpoſitiõis diuinæ. ℭAd ſc̃dm dicẽdũ, q̃ lex no
ua ſucceſſit veteri, ſicut pfectũ ĩperfecto: ſed nõ eſt ali⁹ ſtat⁹ expe-
ctãdus pfectior ſtatu nouę legis, cũ noua lex vltimã pfectionẽ poſ
ſibilẽ ĩ via cõtineat, & iõ nõ eſt expectãda alia lex vel alius ſtat⁹ ma
gis correſpõdens ſpũſc̃tõ, q̃ ſtat⁹ nouæ legis. Potiſſimè, qa lex no
ua eſt amoris. amor ãt appropriať ſpũiſc̃tõ ſicut & filio. ꝓpť qđ di
cit Apľus Ro. viij. a. Lex ſpũs vitę ĩ Chriſto Ieſu. Et eodẽ mõ lex ve
tus nõ correſpõdet pr̃i ſolũ, ſed etiã filio, inq̃tũ fuit ibidẽ p̃nũciat⁹
& præfigurat⁹. Propť qđ dixit Saluator. s̃. v. g. Si crederetis Moy
ſi, crederetis forſitã & michi de me eñ ille ſcripſit. ℭIllud aũt qđ
adducebãt Manichæi ꝓ ſe: Cũ venerit ille ſpũs veritatis, docebit
vos omnem veritatem, ſolutũ eſt exponendo literã, qa cognoue-
rũt oẽm veritatem eorũ ſtatui decentẽ. ℭQuod autẽ dicit apľs. j.
Cor. xiij. c. Ex parte cognoſcimus. loquitur de cognitione viæ re-
ſpectu cognitionis patriæ. & iõ non valet: quia apoſtoli cognoue
runt ea quæ decuit eos ſcire pro ſtatu viæ, vt dictum eſt.
B ℭIn ca. xvj. vbi dicitur in poſtil. Omnia bona & mala corpo-
ralia, minora videntur, & minus ponderantur pręſentia q̃ futura.

ADDI. I. Mala fiũt magis terribilia ex duob⁹. priò ex ma C
gnitudine mali, qđ timeť. Sc̃dò ex debilitate ti-
mẽtis, cũ min⁹ poſſit reſiſtere. Ad vtrũq; aũt iſtorũ operať, q̃ repẽ-
tinũ malũ cauſet maiorẽ timorẽ: q̃ malũ prouiſum. Ad primũ eñ
qa mala & bona corporalia præſentia minora videnť quã futura.
Ad ſecundũ vero, qa repentinũ malũ magis ſubtrahit remedia q-
bus homo ſe poſſet præparare ad repellẽdũ futurum malũ: qđ fa
cere nõ poſſet, cũ repente ex improuiſo malũ occurrit. Primũ iſto-
rũ videť declarare Tulli⁹, vt in poſtil. Ad ſecundũ verò magis vi-
dentur declinare verba Grego. vnde licet eãdem concluſionẽ te-
neãt, non tñ eiſdẽ medijs, vt bene inſpicienti patere potuit.
ℭIn eod. ca. vbi dr̃ ĩ poſtil. Cũ venerit ille arguet mundum.
ADDI. II. Ad maiorẽ declarationẽ horũ verborũ. ſ. cum
venerit ille arguet mundum de peccato, & de
iuſticia, & iudicio, &c. Notandũ, q̃ mũdus q Chriſtũ nõ cognouit
vt. s̃. j. ca. qđ ĩtelligiť de mũdanis, q̃ ĩ trib⁹ ĩpugnauerũt Chriſtũ
Priò ĩ ei⁹ doctrĩa, q̃ eſt vitas, quã nõ crediderũt. Sc̃dò ĩ ei⁹ vita, q̃ Mundani Chriſtũ in tribus im-pugnauerũt
eſt iuſticia, quã multipliciť exprobrauerũt. Tertiò ĩ ei⁹ potẽtia, quã
ꝑ iudiciũ definitiuũ q̃tũ in ipſis fuit ſupplãtauerũt, eũ morti cõdẽ
nãdo. Vñ de iſtis trib⁹ ſpũſſc̃tũs ĩ apoſtolos veniẽs mũdũ arguit.
De priò, qa ꝑ eos vitas doctinæ Chriſti ꝑ orbẽ fuit publicè diuul
gata & miraculis cõfirmata. De ſc̃dò, qa ꝑ ei⁹ aſcẽſionẽ ſeu reditũ
ad patrẽ teſtificata eſt iuſticia ei⁹ ꝑ apľos. ꝓut poſtilla. dicit. & hoc
eſt qđ dicit, de iuſticia, quia ad patrem vado. Et ne fortè qs crede-
ret q̃ Chriſt⁹ in cælum aſcendẽs iterũ ad vitam mortalẽ rediret, iõ
ſubiũgit: Et iã non videbitis me. De tertio. ſ. de iudicio mundus ar
guiť, qa ſicut crediderũt Chriſtũ iudicãdo totã ei⁹ p̃tãtẽ euacuare,
ſic ꝑ oppoſitũ princeps huius mundi. i. diabolus fuit iudicat⁹, &
eius p̃tãs totaliť ablata reſpectu electorũ. qđ apľi ꝑ ſpm̃ ſc̃tm̃ in eis
manẽtẽ frequẽter oñderũt, eijciẽdo dęmonia, & deregendo illuſio-
nes ſeu errores, eorum vt ſepiſſimè in eorũ geſtis habetur.
ℭIn eod. ca. vbi dr̃ ĩ po. Sed dictũ iſtorũ Manichęorũ patet falſũ.
ADDI. III. Nõ ſolũ Manichę⁹ incidit ĩ iſtũ errorẽ, vt di-
cit Aug. ſed fortius & periculoſi⁹ Mahume-
tus: q ſimiliter fundauit errorẽ ſuũ in his vbis Chriſti & ĩ alijs, ĩ q-
b⁹ ꝓmittit ſe miſſurũ aliũ paracletũ, vt Ioh. xiiij. b. Ego rogabo pa
trẽ meũ, & aliũ para. mit. vo. vñ & ipſe vocat ſe miſſum à deo, vt
patet ĩ ſuo Alchorano, ĩ q̃ falſiora & magis abſurda cõtinẽtur, vt
patet eundẽ librũ legẽti, ꝓut poſtil. etiã tangit, infrà ſequẽti capi.

## GLOS. ORDI.

HEc loquu. Nõ ſo Cap. XVII.
lũ q̃ ĩ cœna, ſed etiã q̃ ab initio.
Sed maxiè q̃ ĩ cœna, hac de cã di
cit dicta, vt in illo pacẽ haberẽt. Hæc pax
ẽ ꝑ q̃ Chriſtiani ſum⁹, ꝑ qua ſacramẽtis
imbuimur, ꝑ q̃ oĩmodis erudimur, ꝑ q̃
ſpm̃ in pign⁹ accepim⁹: ꝑ q̃ in eũ credim⁹
& ſperam⁹, & amore ei⁹ accẽdimur: Hęc ẽ
p̃ſſuris cõſolatio & liberatio, vt in hac li-
beremur, ĩ fine feliciter regnemus. in hoc
ergo ſermone cõcludit; b ℭPa. ue. h. Po
tuit orare ſilentio, ſed in orando eſt etiã
doctor, & notã facit orationẽ: quæ & pręe
ſentiũ & futurorũ eſt ædificatio. Venit
ho. nõ vrgẽte fato, ſed diſponẽte deo, q
ſine tempore ordinauit omnia quę fiant
per tempora ordine cõgruo. c ℭClarifi
ca fi. hũilitas in paſſione, claritas ĩ reſurre
ctione cœpit. Venit hora paſſionis, ſeminandæ humilitatis, nõ dif
feras gloriam reſurrectionis. Vt filius tuus cla. te. Et ſic claritas
Pſal. 75. a. patris nec augeri, nec minui poteſt in ſe. Apud hoĩes minor erat,
dũ in Iudæa ſola notus, ſed per reſurrectionem filij vbiq; ĩnotuit.
d ℭVt fi. tu. cla. In cognitiõe hoĩm, ſicut dediſti. vſq;, vt cogno-
ſcãt te & quẽ miſiſti. Non eñ poteſt cognitione hominũ clarifica
ri pater, niſi

Cap. XVII.
ℭFinito ſermone ad diſcipu-
los, ad patrem verba conuer-
tit, & orare cœpit.
a HÆc loquutus eſt Ie a
ſus, & ſubleuatis b
b oculis* in cælum, di
xit: Pater, uenit c
a ℭQuam conſtitui tecum.
c d hora, †clarifica filium tuum, ut fili- d e
a ℭNotum faciat omni carni, ſicut ei ſecundum ho-
minem dediſti poteſtatem car. i. hominis: ſic etiam
dediſti vt omne quod dediſti ei, det eis vitã æternã.
† glorifica us tuus †clarificet te. Sicut dedi- f
†glorificet ſti ei poteſtatem omnis carnis, †ut g
a ℭFilio.
omne quod dediſti ei, det eis uitam h

## NICO. DE LYRA. Cap. XVII.

HEc loquutus eſt. Poſtq̃ confortauit diſcipulos ſuos ꝑ
doctrinæ beneficiũ, hĩc cõſequẽter eos conſolatur ꝑ ora-
Quõ cõuenit Chriſto orare. tionis ſuffragiũ. Circa qđ notãdũ, q̃ oratio eſt petitio de
cẽtũ à deo, ſc̃dm Dama. li. iij. Et iõ orare nõ cõuenit Chriſto ſecũ-
dum diuinitatem, ſed magis orari: quia ſic eſt ęqualis deo pr̃i. Se-
cũdũ hũanitatẽ ãt ĩ q̃ minor eſt pr̃e, cõuenit ei orare, & ꝓ alijs & ꝓ
Diuiſio ſe. Diuidiť ergo p̃ſens capľm ĩ tres ptes; qa primò Chriſtus orat ꝓ
ſeipſo. ſc̃dò, ꝓ apľorũ collegio, ibi: Manifeſtaui. tertiò, ꝓ toto fide
li ppľo, ibi: Nõ ꝓ eis tm̃. Prima ĩ tres. qa primò ꝓmittit ſuã orõnẽ
ſc̃dò, remouet q̃ndã dubitationẽ, ibi; Hæc eſt vita æterna. tertiò,
ſubiungit exauditiõis rõnẽ; Ego te clarifi. Circa primum ſciendum
q̃ Chriſtus

## Nicolaus de Lyra

q̃ Chriſtus nõ tm̃ orauit ad aliqđ ĩpetran D
dũ, ſed etiã ad dandũ nobis orãdi exẽplũ.
& iõ orõ ſua hĩc deſcribiť optimis circũ-
ſtãtijs diſpoſita. priò reſpectu pręcedẽtiũ
cũ dicit: Hęc lo. eſt Ie. qa poſt diſcipľorũ * ſuis
ĩſtructionẽ cõuertit ſe ad orõnem, ad oñ
dẽdũ q̃ cõplemẽtũ boni opis eſt à deo re
qrendũ. ſc̃dò, reſpectu p̃ñtiũ, cũ dicitur:
b ℭEt ſub. ocu. ĩ cæ. Inter alias ptes cor
poris diſpoſitio interior mẽtis maxiè re-
lucet ĩ oculis. In oratione ãt mẽs debet in
deũ eleuari, qa ſc̃dm Dam. orõ eſt aſcen- Oratio
ſus mẽtis ĩ deũ. & iõ ad hoc denotãdũ Sal
uator orando p̃ñtialiter oculos leuauit †De pœn.
ad cælũ. tertiò reſpectu ſequẽtiũ, iminen diſ. 4. c. ſi ex
te eñ tribulatione debet hõ recurrere ad bono. cir-
deũ. & iõ Chriſtus in principio ſuæ orõis ca mediũ.
exprimit tp̃s ſuæ paſſionis imminẽtis. d ℭPater ue. ho. ſ. paſſõis
meæ. d ℭClarifica fi. t. In paſſiõe eñ clarificat⁹ eſt à pr̃e. Priò ꝑ
ſigna diuinit⁹ oñſa, q̃ ſunt, ſolis obſcuratio, terręmotus, veli tẽpli Mat. 27. f.
ſciſſio, & hm̃õi. qb⁹ viſis cẽturio q erat gẽtilis, dixit; Verè filius dei
erat iſte. Sc̃dò, ꝑ paſſionẽ fuit clarificat⁹, inq̃tũ ꝑ ipſã meruit cor-
poris gloriã & exaltationẽ. Tertiò: qa ꝑ hoc venit ĩ toti⁹ mũdi no
ticiã ꝑ gẽtiũ credulitatẽ. Granũ eñ frumẽti mortuũ attulit hunc
multiplicẽ fructũ. Hãc igiť triplicẽ clarificationẽ petit hic Ieſus. Ve
tũtñ qa gľia filij redũdat ĩ gloriã patris, iõ ſubdiť: e ℭVt fi. tu. c.
te. & nõ ſolũ redũdat in patrẽ, ſed in oĩb⁹ adhærentib⁹ Chriſto per
fidem, qa bonum capitis ad membra deriuať. ideo ſubdiť: f ℭSi
cut dediſti ei poteſtatẽ. omnis carnis. i. oĩs humanæ naturæ.
g ℭVt omne qđ de. ei. per adhærentiã fidei. h ℭDet eis ui-
ſte. qa ꝑ meritũ Chriſti habem⁹ ĩtroitũ ad gloriã, quã amiſeram⁹
per Adam
Moraliter Moraliter. a ℭHæc lo. eſt Ie. & ſub. o. ĩ cæ. In hoc docuit nos
ad cælũ cũ oramus leuare oculos. quia ſecundum Dam. Oratio eſt
eleuatio mentis in deum. c ℭPater ue. ho. cla. fi. tu. Per hoc oñ
ditur, quòd per patientiam in tribulatione hõ clarificať. ꝑ patiẽtię
virtutem. Et deus clarificatur, nam patiens ſuſtinet ad ei⁹ honorẽ.


* Hæc eſt autem

☞ri pater: niſi ille cognoſcat̃ p̄ quẽ clarificat̃.i.pp̄lis ĩnoteſcat. & hęc ẽ clarificatio patris, quæ nõ circa ſolos ap̄ſos, ſed etiã circa oẽs credẽtes fit. a Hęc ẽ au. Ordo: Vt cognoſcãt te, & quem miſiſti.i. Chriſtũ cũ ſp̄ũ, qui eſt amborũ eſſe vnũ & ſolũ verũ deũ. Si ergo eo mõ te clarificat fili⁹ ſicut dediſti ei p̄tãtẽ oĩs creaturę: & ſic dediſti vt oẽ qd' dediſti ei, det e.vi.æ. Et hęc eſt vita æterna, vt cognoſcant te. Sic te ergo filius clarificat, vt oĩbus q̃s dediſti ei, te cognitum faciat. b Vt cognoſ. Qd' hĩc eſt ex parte, ĩ futuro erit plenè. Qui ergo p̄ficit ĩ cognitiõe magis viuere tẽdit. Qñ autẽ erit plena cognitio, erit ſine fine laudatio. Et hæc eſt illa clarificatio, ſed prius hĩc clarificat̃, dũ innoteſcit fidelibus. vnde Ego te clarificaui ſup̄ terrã. c Opus c.i. ac ſi apertè futurũ diceret: clarificabo, gẽtibus prædicando. Opus conſummabo, q̄a iã factũ p̄deſtinatione, & p̄ iã facto eſt habẽdũ, qd' certiſſimè eſt futurũ. Hãc prędeſtinationẽ ĩ ſua clarificatiõe manifeſti⁹ aperit, dicens: Quã habui apud te priuſq̃ mũdus eẽt.i. ſicut tũc ĩ p̄deſtinatiõe habui apud te añ t̄pa, ita nũc ĩ re faci mũdo ĩ tẽpore. d Dedi.mi. In q̃ notat̃ gr̃a. Nihil em̃ habet ĩ hoĩe, qd' nõ accepit. Cũ reſtet paſſio, dicit: Cõſũmaui, q̄a ſe certiſſimè nouit cõſũmaturũ. ſicut p̄pheta ait: Eccle.3.c. Qui fecit q̃ futura ſunt. Quãuis ergo videat̃ hĩc dicere, q̄ prior patrẽ gl̄ificauerit, & poſt à patre eẽt claricandus, dicẽdo: Et nũc clarifica me pater apud temetipſũ, tñ de futuro eſt vtrũque, & eo ordine vt.ſ̄. Pater clarifica filiũ tuum, vt fi.te cla. Eadẽ em̃ eſt ſñia, niſi q̄a hic dict⁹ eſt clarificationis modus, q ibi erat tacit⁹: quõ pater clarificet̃ & fili⁹ clarificat p̄rem ſup̄ terrã, pat̃ filium apud ſeipſum. e Homini. Pñt hæc oĩa dici de oĩb⁹ fidelib⁹ futuris. Et eſt hæc clarificatio q̃ clarificat⁹ fili⁹ clarificat patrẽ ſup̄ terrã, ſcd'm q̄ eſt præteritũ pro F futuro. Sed credibilius eſt de his dici, qui tũc erãt diſcipuli. cũ poſt dicat: Cũ eſſẽ cũ eis ſer.e.ĩ no.t. & nullus perijt, niſi fili⁹ perditiõis.i. Iudas, q de.xij. perijt. Vbi addit: Nũc ad te ve. In q̃ oñdit corporali p̄ſẽtia ſe fuiſſe cũ eis, q ĩ aſcenſione ab illis abijt. De cæteris poſt addit: Nõ p̄ his tm̃ rogo, ſed p̄ his q credituri ſũt p̄ vbũ eorũ. f Tui e. Aug. P̄ris erãt hi ſicut oĩa, nõ ſine filio oĩa tenẽte cũ illo. Sed ſolet ei à q̃ ẽ tribuere q̄d quid habet. Mihi eos dediſti ſcd'm hoĩem, q nõ ſemp̄ fuit, ſed accepiſſe eos dicit. Habuit aliqñ dei fili⁹, qd' nõdũ habuit idẽ homo filius, q̄a nõdũ erat hõ. g Cognouerũt. Ne putaret̃ cognitio iã facta per ſpeciem, addit: Crediderunt verè, non eo modo quo cum dixit: Mõ creditis, venit hora vt diſpergamini. Sed nec adhuc tales erant, ſed prænunciat quales ſint futuri accepto ſpiritu, ſine q̃ nec ſeruauerunt ſermonem quẽ dixerat. h Ego pro eis rogo. Pri☞ma oratio

a æternam. Hæc eſt autem uita æter- a
b na, ut cognoſcant te ſolum deũ ue-
rum, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtum.
Ego te clarificaui ſuper terram, o- b
c d pus conſummaui quod dediſti mi- c
a ¶Vt te clarificem.
hi, ut faciam. Et nunc clarifica me tu d
a ¶Ad dexteram tuam collocando.
pater apud temetipſum claritate
a ¶Ab initio ſic præordinatum eſt, vt deus ſic hominem illum exaltaret.
quam habui priuſquàm mũdus fie-
a ¶Non q̄ iam ſit perfecta manifeſtatio ſine prouerbiis, ſed quod certiſſime futura. b ¶Non quo diceris deus, quod erat notum in Iudeis: ſed quo diceris pater meus, quod ſine filio non noſcitur.
ret apud te. Manifeſtaui nomen tu- e
a ¶Apoſtolis: & fere omnibus gentibus. b ¶Inſtruendos. ¶Homini.
e um hominibus, quos dediſti mihi
a ¶De quo iam non ſunt. b ¶Præſcientia.
f de mundo. Tui erant, & mihi eos f g h
a ¶Ad docendum. b ¶In fide permanſerunt.
dediſti, & ſermonem tuum ſeruaue- i
a ¶.i. cognouerunt, quia a te ſum: Simul enim pater dedit omnia, cum genuit qui haberet omnia.
g runt. Nunc cognouerunt, quia o- k
mnia quæ dediſti mihi abs te ſunt.
¶Per hoc cognouerunt: quia acceperunt. ¶Intus.
Quia uerba quæ dediſti mihi, dedi l
¶Intellexerunt & tenuerunt.
eis. Et ipſi acceperunt, & cognoue- m n
a ¶Similiter vere.
runt uerè, quia à te exiui, & credide-
¶Quod eſt idem quod a te exiui.
h runt, quia tu me miſiſti. Ego pro eis o
a ¶.i. deditis mundo.
rogo, non pro mundo, ſed pro his, p
a ¶Per quod iam non ſunt de mundo, pro quo non rogo.
quos dediſti mihi, quia tui ſunt. q

## Nicolaus de Lyra

☞ p̄ Adã. a Hæc eſt au. Hĩc remouet quãdã dubitationẽ poſſent em̃ aliq credere, q̄ iſta vita æterna p̄ eũ fidelib⁹ danda cõſiſteret in carnalibus bonis, ſicut dicunt Saraceni, q expectãt ĩ alia vita ĩ voluptatibus carnalibus & diuitijs & conſimilib⁹ p̄miari, ſcd'm qd' dr̃ ĩ Alchorano Mahumeti: q̃ tñ vita ſcd'm Philoſophũ dr̃ vita pecudũ.j.ethi. Propter qd' ipſe Auicẽna hoc cõſiderãs dixit, q̄ p̄pheta quẽ vocãt Mahometũ, p̄mittit eis talẽ felicitatẽ ĩ premiũ, quã multi ſapiẽtes nõ attẽderũt. Sil'r Iudęi reſurrectionẽ futurã expectãt ad vitã carnalẽ. Et iõ felicitatẽ vitæ futuræ credũt conſiſtere in bonorũ t̄paliũ plenitudine, & pacis trãquillitate. Hoc aũt remouet Saluator d. Hæc eſt au.ui.æter.ut co. Vita æterna in quo conſiſtit. Vita em̃ ęterna ſiue b̄titudo cõſiſtit eſſentialiter ĩ aſpectu claro ipſi⁹ diuinitatis, p̄ut tñ habet adiunctã fruitionẽ, q̃ eſt cõpletiua felicitatis: ex conſequenti verò cõſiſtit in aſpectu hũanitatis Chriſti, q̃ eſt inſtrumentũ nos introducens ab b̄titudinẽ principalẽ. B̄titudo aũt hoĩs cõſiſtit in cõiunctione ad vltimũ & optimũ: & iõ nõ p̄õt cõſiſtere ĩ cõiũctione ad aliqd' bonũ t̄pale vl' corporale, vt dicunt Rudes Saraceni & Iudæi: ſed in adeptione ipſi⁹ primi & ſummi boni per aptã viſionẽ & fruitionẽ. Conſiderandũ etiã, qd' cũ dicit fili⁹ loq̄ns ad patrẽ: Hæc ẽ au. ui.æter.ut co.te ſo.de. Per hoc enim nõ hr̃ q̄ ſolus pater ſit de⁹, & filius ſit creatura, vt dicebat Arri⁹: quia hęc dictio

dictio excluſiua ſol⁹, nõ determinat ly te, vt ſit ſenſus, q̄ ſol⁹ pater ſit de⁹, ſed determinat ly deũ. Et eſt ſenſus, q̄ illa eſt ſola deitas vera q̃ eſt in p̄re: & ſic ab ea non excludit̃ fili⁹, ſed magis includit̃: q̄a vna eſt deitas in vtroq; ſed excludit̃: vera deitas ab his q à gentib⁹ colebantur. ſ. Ioue Saturno, & cõſimilib⁹. Dato etiã q̄ hæc dictio G ſolus determinat ly te. Et ſit ſenſ⁹, q̄ ſol⁹ pater ſit de⁹, nõ tñ p̄ hoc excludit̃ filius à deitate, ſed magis includit̃: q̄a ſcd'm Philoſophum, ſolus eſt idẽ q̄ nõ cũ alio: & iõ tm̃modo excludit illud quod alietatẽ dicit: Fili⁹ aũt nõ eſt ali⁹ à p̄re ĩ eſſentia, ſed tantũ ĩ p̄ſona. & iõ qñ hæc dictio ſol⁹ addit̃ vni p̄ſonæ reſpectu termini eſſential̃, ſicut eſt ĩ p̄poſito, nõ excludit aliã p̄ſonã ſed magis includit. Et hoc patet p̄ autoritatẽ Saluatoris Matth.xj.d. vbi dicit: Nemo nouit filium niſi p̄r, neq; patrẽ q̄s nouit niſi fili⁹. Si em̃ hæc dictio niſi, addita vni p̄ſonæ reſpectu termini eſſentialis excluderet aliã, ſequeret̃ q̄ pater nõ cognoſceret ſe ſed tm̃ filius: nec filius cognoſceret ſe ſed tm̃ pater, qd' eſt abſurdũ dicere. b Ego te clarifi. Hĩc ſubdit rõnẽ, q̃re ſua oro debeat exaudiri, videlicet q̄a fuit p̄fectè obediẽs deo p̄ri carnẽ aſſumẽdo, & veritatẽ fidei inter homines docendo. & hoc eſt qd' dicit: Ego te clarifica. ſu.ter. Et nõ ſolũ eſt exaudibilis p̄pter p̄dicta, ſed etiã q̄a ad cõſũmationẽ myſterij ſuæ incarnationis mortẽ cõſtãter ſuſtinebat. iõ ſubdit̃: c Opus con. qd' dediſti mihi, ut f. Dicit cõſummaui, quia iã ei⁹ paſſio incipiebat: q̃ pacta dixit: Cõſummatum ẽ: vt habetur. j. xix. f. d Et nunc clarifi. me tu pa. apud temetip. cla. quã habui priuſq. mun. fie. ap. te. H i. illi⁹ gl̄æ quã habeo æternaliter tecũ ſecundũ diuinitatem, fac participem naturam mortalem quã aſſumpſi p̄pter hominum ſalutem. e Manife. no. tu. h. Hĩc conſequenter orat pro collegio apoſtolorum. Et diuitur in duas, quia primò Diuiſio oſtendit q̄ debet p̄ eis deprecari. ſecũdò, format ſuam orationẽ deuotè, ibi: Pater ſancte. Circa primum ponit quatuor rões, adoñdẽdũ, q̄ debeat p̄ ap̄ſis deprecari. Quare Chriſt⁹ debebat pro apoſtolis orare. Pr̃ia accipit̃ ex p̄te Chriſti, q̄a erat eorum magiſter, & ipſi eius diſcipuli. Bonus autẽ magiſter debet zelare pro diſcipulis ſuis, & eos dirigere. & hoc eſt quod dicitur: Manifeſtaui no. tuum homi. quos dedi. mi. de mun. quia apoſtoli fuerẽ ſp̄alit̃ coniuncti ipſi Chriſto. f Tui erant. ſecundum æternam prædeſtinationem. h Et mihi eos de. vocando temporaliter ad fidem & apoſtolicam dignitatem. g De mundo. quia ante vocationem ſuam apoſtoli erant mundialiter viuentes, ſicut & cæteri homines. Secunda ratio accipitur ex parte apoſtolorum, qui fuerunt ſerui obedientes. & hoc eſt quod dicitur. i Et ſermonem tuum ſeruauerunt. corde ſcilicet & opere. k Nunc cognouerunt &c. abs te ſunt. id eſt à te procedẽtia. l Quia uerba quæ dedi. quia à plenitudine ſcientię Chriſti facta eſt redeundantia in apoſtolis. m Et ipſi acceperũt. doctrinam Chriſti recipiendo. n Et cognouerunt uerè. hoc em̃ cognouerunt per doctrinam Chriſti & per miracula. verumtamẽ quia talis cognitio eſt fidei, ideo ſubditur: Et crediderunt, quia tu me. Tertia verò ratio accipit̃ ex parte cuſtodiæ Chriſti, cui apoſtoli erant ſpecialiter commiſſi. & hoc eſt quod dicitur: o Ego pro eis rogo. hoc dicit, quia efficacia ſuæ orationis tm̃mõ ſe extẽdit ad electos. Quãuis enim ſit efficax pro omnibus, tamen mali ponunt ſibi impedimentum ne ſint participes ipſius, ideo ſubdit: p Sed pro his & cæ. ro. quo ad efficaciam. q Quia tui ☞ ſunt

Moraliter

a Hæc eſt autem uita æterna. Per hoc excluduntur errores omnium in aliquo bono creato beatitudinem obiectiuam ponentium. c Opus conſummaui: quod dediſti mihi. hoc legant & retineant inſtabiles qui bona frequenter inchoãt, ſed non perſeuerant. Huius ca. reſiduum eſt oratio Chriſti pro ſuis diſcipulis præſentibus & futuris. Et in hoc Chriſtus dedit exemplum prælatis eccleſiæ & curatis: vt pro ſuis ſubditis deuotè orent & attentè. Nec moralitas alia mihi nunc occurrit ſuperaddenda.



☞ma orõ fuit: Clarifica fi. vt fi. cla. te. & de his exequut⁹ ẽ & cõcluſit A in fide credẽtium. Iã p̄ eis rogat vt p̄r ſeruet eos q̃s ip̄e corp̄e reliquit. a Et mea om. Non enim quia filio dedit pater amiſit cum fili⁹ adhuc addat: mea oĩa tua & tua mea ſunt. Vnigeniti filij ſunt oĩa quæ patris, per hoc q̄ etiã de⁹ ẽ ip̄e, etiã de patre natus p̄ri eſt ęqualis. b Et tua m.ſ. Sc̄ti de q̄bus hoc dicit, nõ p̄ñt eſſe niſi ei⁹ à q̃ creati & ſc̄tificati ſũt.i.p̄ris & filij: & p̄ hoc oĩa q̃ ipſorũ ſũt, neceſſe eſt, vt ſint ei⁹ cui⁹ & ipſi ſũt, qd'.ſ̄.dixit de ſp̄ũ. Sup.16.c. Oĩa q̃ habet p̄r m. ſ. p̄ptera dixi, de meo accipiet, de his dixit q̃ ad ipſam p̄tinent patris deitatẽ, in quibus illi eſt æq̄lis, oĩa q̃ habet habendo, nõ poſſidendo, neq; em̃ ſp̄ũs de creatura accipiet, q̃ ſubdita eſt p̄ri & filio, ſed de patre de q̃ procedit ſp̄ũs, de quo natus eſt filius. c Et cla. Sup̄ petebat de futuro, clarifica me apud temetipſum: hĩc factã dicit & in eis. Sed & hęc futura cũ eis innoteſcet, & p̄ eos oĩb⁹ credentib⁹ q̄ ad dexterã patris ſit gl̄ificatus. d Serua eos. vt ſint vnum in natura ſua, ſicut & nos in noſtra ſumus vnũ: & iõ nõ ait, vt ſint vnũ nobiſcum, aut vt ſim⁹ vnũ ipſi & nos ſicut nos vnũ ſum⁹, q̄a nõ ſunt eiuſdẽ naturæ cum deo, ſicut filius ſcd'm q̄ deus vnũ eſt cum patre. e Cũ eſſem. Nõ debemus intelligere, q̄ pater & filius alternatim ſeruent quaſi alter poſt alterum. Sil'r em̃ ſeruãt pater & filius & ſp̄ũſſc̄tũs q eſt vn⁹ de⁹. Sed ſcriptura nos nõ leuat, niſi ad nos deſcendat. B Cũ ita loq̄tur intelligamus diſtinguere perſonas, non ſeparare naturam. Gaudium quod. ſ̄. expreſſit, vt ſint vnum ſicut & nos: hæc eſt pax illa & beatitudo in futuro ſeculo, p̄p̄t quã oĩa fiũt, p̄p̄t quã ſe eſſe loquutũ dicit ĩ mũdo. f Sc̄tifica. Sicut ex gr̃a tua incepta eſt ſc̄tificatio, †Sup.15.c. p̄ quã iã non ſũt de mũdo, eadẽ gr̃a fac ſãctiores, vt perſeuerẽt in veritate cui⁹ vmbra fuerũt veteres ſanctificantioes.i.ĩ me qui ſum veritas. quod ſubdendo aperit: Sup.14.a. Sermo tu⁹ ve.eſt, qd' eſt: ego ſum veritas Græcè logos, Latinè vbũ vel ſermo, q eſt vnigenitus p̄ris. g Et p̄ eis ego ſum. Supra.1.a. i. vt p̄ eis p̄ſit ego me hoĩem ſc̄tifico ĩ me vbo, qd' eſt ab initio incarnatiõis ſuæ qñ vbũ factũ eſt caro. Ita ãt illis p̄deſt, q̄a & ipſos q ſũt ego, q̄a caput & corp⁹ ſũt vn⁹ Chriſtus: ſc̄tifico ĩ meipſo. vnde addit: ut ſint & ipſi. ſicut ego: ſc̄tificati in ue. & ĩ me. *tua h Nõ p̄ e. Iã nõ de ſolis apoſtolis, ſed de cæteris membris incipit: Nõ autem orat p̄ his qui iam ſunt in fide ei⁹ defuncti, ſed p̄ his qui ſunt ĩ tentationibus. ☞ Sed & pro

a b Et mea omnia tua ſunt, & tua mea a
¶Tantum.
c ſunt: & clarificatus ſum in eis. Et b c
a ¶Quia cito futurum. b ¶Et ſi prius fui.
iam non ſum in mũdo, & hi in mun- d
a ¶Corporali preſentia. ¶Quia tardius exituri. b ¶Exponit quomodo dixit, non ſum in mundo, ſciens aliquos tantum mouendos. c ¶Vt homo rogat patrem pro diſcipulis. ¶Pater iam prope eſt aſcenſio, & ideo commendo tibi corporaliter quos relinquo.
do ſunt, & ego ad te uenio. † Pater e f
a ¶Sed non ſine me ſpirituali potentia.
d ſancte ſerua eos in noĩe tuo, quos g
¶Homini. vel verbo gignendo pater omnia dedit
dediſti mihi: ut ſint unum, ſicut & h
a ¶Modo ſerua in tuo nomine, in quo eos ſeruabam. b ¶Corporaliter. c ¶Ego filius homo.
e nos. Cum eſſem cum eis *ſeruabam i k
¶Sed non ſine te ſpirituali cuſtodia.
eos in nomine tuo. Quos dediſti mi-
hi ego cuſtodiui, & nemo ex eis per- l
¶Iudas prędeſtinatus perditioni. a ¶Quæ hic de illo prophetauit.
iit, niſi filius perditionis, ut ſcriptu- m
a ¶Peracta obedientia.
ra impleatur. Nunc autem ad te ue- n
a ¶Electis filijs per quos prædicatio impleatur. b ¶Quia adhuc corpore in mundo.
nio, & hæc loquor in mundo ut ha- o p
a ¶Id eſt a me eis collatum.
beãt gaudium meum impletũ in ſe-
a ¶Autem. b ¶Hoc abiens reliquit eis, & hęc eſt cauſa odij.
metipſis. Ego dedi eis ſermonẽ tuũ, q
a ¶Hoc de ſequuturis paſſionibus dicit. b ¶Cur?
† & mundus eos odio habuit, quia r
a ¶Me liberante eos natus de ſpiritu. ¶Renati ex ſpiritu b ¶De quo nati. c ¶Natus de ſpiritu.
non ſunt de mundo, ſicut & ego nõ
¶Orat pro ſuis contra odia mundi. ¶Et ſi mundus odit tamen.
ſum de mundo. Non rogo ut tollas s
a ¶Vbi adhuc neceſſarij ſunt, & ſi non ſunt de eo
eos de mũdo, ſed ut ſerues eos à ma- t
lo. De mũdo nõ ſunt ſicut & ego nõ
a ¶Ideo. ¶Sic ſeruabantur ab illo malo quod orabat.
f ſum de mundo. Sanctifica eos in v x
ueritate *: ſermo tuus ueritas eſt. y
a ¶Quia ¶In carne non peccati.
Sicut tu me miſiſti in mundum, ita z
a ¶Vnde apoſtoli dicuntur. b ¶Liberatos a labe peccati.
g & ego miſi eos in mundum. Et pro a b
eis ego ſanctifico meipſum, ut ſint c
h & ipſi ſanctificati in ueritate. Non d
a ¶Vt ſeruentur a malo, vt ſanctificentur.
pro eis autem rogo tantum, ſed &

## Nicolaus de Lyra.

☞ ſunt. ſecũdũ æternam prædeſtinatiõnẽ. a Et m. oĩa tua ſunt. q̄a p̄pter inſeparabilẽ vnionẽ humanitatis & diuinitatis in Chriſto fit idomatũ cõicatio, attribuendo ea q̃ ſunt hoĩs Chriſti deo, & ecõuerſo. Sicut enim demõſtrato Chriſto, hæc p̄poſitio eſt vera. Iſte homo creauit ſtellas, ita hæc p̄poſitio eſt vera: Deus mortuus eſt, q̄a p̄pter vnitatẽ ſuppoſiti oĩa quæ ſunt dei, cõicãt̃ hoĩ & ecõuerſo mõ prædicto. b Et clari. ſum in eis. Hoc dicit, q̄a ap̄li gloriã ei⁹ iã partim cognoſcebãt, & de propinquo plus cognoſcituri erant. Quarta rõ accipitur ex neceſſitate imminente ap̄ſis, q̄a Chriſtus cito receſſurus erat ab eis, cuius corporali p̄ſentia erãt delectati & cõfortati. & iõ p̄ tũc indigebãt ſp̄ãliter deo patri p̄ orõnem Chriſti recõmẽdari. & hoc eſt qd' dicitur: c Et iam non ſũ ĩ m. i. ſum in p̄pinquo receſſu ab eis. d Et hi in mun. ſunt. remanẽtes ĩ tribulationib⁹ mũdanis. e Et ego ad te ue. q. d. p̄pter Diuiſio hoc p̄ eis oro. f Pater ſan. ſer. eos. Poſitis rõnibus q̄b⁹ debet p̄ eis orare, hĩc cõſeq̄nt̃ format ſuã orõnẽ. Et diuidit̃ in duas: quia p̄riõ orat eis cõſeruationẽ à malo. ſcd'ò, p̄fectionẽ in bono, ibi: Sãctifica eos. Dicit ergo primo ſic: Pater ſancte ſerua eos in noĩe tuo.i. in fide & cõfeſſione nominis tui. g Quos dedi. mi. per ſp̄ãlẽ amicitiã eos mihi coniungendo. h Vt ſint unum, ſi. & nos.i. vt ſint

nos.i. vt ſint vniti p̄ charitatẽ, ſicut nos ſumus vnũ p̄ naturũ: Ita C q̄ ly ſicut nõ ĩportet ęqualitatẽ, ſed quandã imitationẽ longinquã. Et allegat cõſequẽter apoſtolorũ neceſſitatẽ reſpectu hui⁹ conſeruationis diuinæ, dicens: i Cum eſſem cũ eis. p̄ſentia corporali. k Seruabam eos in nomine. &c. cuſtodiui. i. firmiter & ſecurè. l Nemo ex eis perijt, niſi filius perditiõis. Hoc dicit, q̄a ſua perditio nõ fuit ex defectu cuſtodiæ Chriſti, ſed ex malicia ſua: ſicut dicitur aliquis filius mortis eo q̄ facit aliqd dignum morte. m Vt ſcriptura im. Ly vt hic tenetur cõſequutiuè, q̄a p̄ proditionẽ Iudæ ſequuta eſt impletio ſcripturæ, q̃ de hoc loq̄tur pſal. xl. & cviij. vt. ſ̄. allegatũ eſt. xiij. ca. n Nũc au. ad te ue. p̄ mortem meã. o Et hęc loquor ĩ mũ. Hoc dixit p̄pter hoc qd' ex dictis ei⁹ aliq poſſent credere, q̄ nõ haberet p̄tãtẽ cuſtodiendi eos ĩ abſentia ſicut ĩ p̄ſentia. ideo hoc remouet di. Et hæc lo. in mun. ſ. exiſtẽs in præſentia corporali. acſi diceret: Sic loquor nõ p̄pter defectũ virtutis, ſed ad oſtendendũ vitatẽ humanæ naturæ cõpatiẽtis eis. ideo ſubditur: †De ſũ.tri. & ſi.ca.c. dãnam⁹, de ce.miſ.c.cũ Marthę. ſ. q̃ſiuiſti. *in mũdo, ego p Vt ha. gau. me. imp. ĩ ſemet. Gaudiũ em̃ Chriſti eſt de vniõe hũanitatis ad diuinitatẽ, p̄ quã illa hũanitas habet gratiæ & gl̄ię plenitudinẽ, vt ſup̄ dictũ eſt ca. j. Ad hoc aũt erat intentio Chriſti orãtis, vt ap̄li venirẽt ad gloriã verę fruitionis, ĩ q̃ apertè viderent vnionẽ in ipſo deitatis & humanitatis. Alia aũt rõ q̃re ap̄li indigebãt à deo ſp̄ãliter conſeruari, eſt, quia erãt Iudęis odioſi p̄pter doctrinã Chriſti, & hoc allegat Saluator di. q Ego dedi eis ſer. tu. cuſtodiendũ & prędicandũ. r Et mundus eos odio habuit q̄a non ſunt de mundo, ſicut & ego nõ H ſum de mundo. quantum ad affectionem, licet ſint de mundo quantũ ad corporalem præſentiam. s Non rogo, ut tollas eos de mun. quia nõ expedit fideliũ ſaluti, donec fides ſit publicata per totum mundum. t Sed ut ſerues eos à malo. dando eis conſtantiam in tribulationibus imminentibus de proximo. v Sanctifica eos. Hĩc conſeq̄nter orat ap̄lis perfectionem ĩ bono di. Sãctifi. e. i. confirma. Sc̄m̃ enim vno modo ſignificat, idem qd' firmum. x In ue. ſ. fidei catholicæ. y Sermo tu. ue. eſt. i. doctrina mea quã dedi eis, q̃ etiã tua eſt ſicut ſupra dictũ eſt ca. vij. Iſta aũt confirmatio ap̄lorũ facta eſt à deo p̄re, qñ in die Pẽtecoſtes miſit eis ſpiritumſanctũ. Et neceſſitas huius confirmationis ſubditur, cũ dicitur: z Sicut tu me mi. ĩ mun. ad veritatem ſalutis æternæ docendũ. a Et ego mi. eos in mun. ad hanc doctrinã vbique prædicandum. Et notandũ q̄ dicit, miſi. i. mittam, loquendo de futuro p̄ modum præteriti propter certitudinem euentus futuri, q̄a apoſtoli non ſunt miſſi ad prædicandum per mundum, niſi poſt acceptionẽ ſp̄ũſſc̄ti, licet ante fuiſſent miſſi ad prædicandum in ciuitatibus Iudææ Iudæis tantum. b Et pro eis ego ſanctificabo meip. i. ſacrificium in carne offero tibi acceptum. c Vt ſint & ipſi ſanctificati in ueritate. Sicut enim vetus teſtamentum per ſanguinis effuſionem confirmatum eſt, ſic confirmatio noui Teſtamẽti facta eſt per effuſionem ſanguinis Chriſti, vt oſtendit Apoſtolus ad Heb. nono. d Non pro eis autem rogo tantum. Hĩc conſequenter Saluator orat pro toto fideli populo. Et diuiditur in duas: q̄a Diuiſio primò orat pro eis conſequutionem gratiæ, & ſecundò gloriæ, ibi: Pater quos dediſti mihi. Dicit ergo primò ſic: Non pro eis autem rogo tantum &c. vt omnes vnum ſint, in vnitate charitatis, in qua vnione conſiſtit perfectio Chriſtianæ religionis, q̄a per hoc membra eccleſiæ coniunguntur ad inuicem & capiti homini Chriſto, & vlterius ipſi deo. quia qui adhæret deo vnus ſpiritus eſt, vt dicitur. j. Corin. vj. d. & ſic per conſequens primũ principium qd' eſt de⁹, coniũgitur homini, qui eſt q̊dãmõ oĩa creatura. Mar. vlt. d.

a ¶ Sed & ꝑ e.q. vſq; in finē mūdi: vł iā credūt vbicūq; ſūt, nō tñ
E tā ꝑfecte, vt poſt credituri ſūt poſt reſurrectionē. b ¶ Per uerbū.
Per verbum euāgelij, qḋ eſt eorum, nō ꝙ per eos tm̄ ſit prædicatū, ſed & ꝑ Paulū & alios q̄ſlibet: ſed qa eis primò & pr̄icipaliter
Luc.23.f. cōmiſſum ſit ad prędicādū. Hoc ē v̄bū fidei, v̄bū dei, per qḋ cre-
Act.9.a. didit latro, credidit Paul⁹, & quicūq; credit. c ¶ Vt oēs unū ſ. Nō ait, oēs vnū ſum⁹, ſed vt illi oēs vnū ſint, ſicut tu pater in me & ego ī te, ſubaudi vnum ſum⁹. Ita & pater ī filio & filius ī p̄re, vt vnum ſint, qa vni⁹ ſubſtātiæ. Nos v̄ò poſſum⁹ eſſe ī patre & filio & ſpūſctō. Vel pater & filius & ſpūſſctūs ī nobis eſſe p̄nt, vnū tñ cū deo eſſe non poſſumus: qa nō vni⁹ ſubſtātiæ. De⁹ verò ī nobis eſt, vt in tēplo, nos ī illo vt creatura ī creatore. d ¶ Vt & ipſi. In nobis dicit, vt ꝙ vnū ſunt fide & charita-
Eph.5.b. te, gratiæ dei tribuant, vt nunc autē lux in dñō. e ¶ Vt mund. Mundus hîc accipiť ꝓ oībus illis q vnū ſunt. Nec hoc ꝙ ſūt facit cām vt credant, quia potius credendo vnū ſunt, q q̄uis vnum eēnt natura, diſſētiendo tñ ab vno, nō erant vnum. ſed orādo dixit, vt mundus credat: ſicut orādo dixit vt oēs vnum ſint: acſi tertiò ſubaudiatur: rogo, vt mūdus credat. f ¶ Ego i e. Nō qn & pater ī nobis, & nos ī patre. Sed hîc mediatorē ſe oñdit, ex cui⁹ ꝑſona hoc
1.Cor.3.d. dicitur, ſicut hoc ꝙ apl's ait: Vos Chriſti, Chriſt⁹ autem dei. Vt ſint cōſummati: oñ
F dit eo ꝑduci recōciliationē ꝑ mediatorem vt ꝑfecta btītudine fruamur, vbi cognoſcet mund⁹ ꝑ ſpeciē qḋ mō ꝑ fidē. Ego ſū in eis ad q̄s me mi. & tu ī me, mundū tibi ꝑ me reconciliās. Vnde eſt etiā hoc qḋ ſeqtur: Dilexiſti eos, quia in filio etiā membra ei⁹ diligit, ſicut & me: nō ꝙ æqualiter ſed qa & me & illos. vel ꝓpter me illos, ſicut ſupra. Sicut miſiſti me, miſi eos. i. quia me miſiſti, miſi illos. g ¶ Quos dediſti. i. traxiſti ad me, ſic & ego elegi eos de mūdo, alij nō ſunt dati ei, nō ſunt ſui, & ſi poteſtas ſit ei oīm. h ¶ Volo. Nō pōt nō fieri qḋ vult oīpotēs: ſed illa volūtas eſt ho
Matt.26.d. minis, de qua dicit: Nō ſicut ego volo.
†Mat.11.d. i ¶ Vt ubi. i. ī cælo: vbi in carne mox fu-
Luc.10.d. turus ſū. vł ſicut dicit Nicodemo: Nemo aſcendit in cælū, niſi fili⁹ hominis q eſt in
Supra.3.d. cælo. Nō dixit erit, ſed eſt, ꝓpter v̄itatē ꝑſonæ, in q̄ & de⁹ hō eſt, & hō deus. Vt ubi ego ſū deitate, nō & quęrať vbi: qa deitas vbiq; eſt, cū q̄ tñ bonus eſt, & ſi non vbiq; ſicut ille. vt latroni dicit: Hodie mecū eris
Luc.13.f. ī paradiſo. Vnde & hîc non ſatis fuit dicere: vbi ego ſum, ſed addit, mecum: qa miſeri p̄nt eſſe vbi ille eſt qui nuſq; deeſt: ſed ſoli btī ſunt cum illo, q non ſunt btī niſi ex eo. Cū illo, qa fruunť illo, vident illum ſicuti eſt. Mali non ſunt cum illo, vt cęci in luce non ſunt cū luce. Nec boni nunc
† Mat.26.d ita ſunt cum eo, & ſi aliquo modo per fidē
Marc.14.c. ſunt cū eo. k ¶ Videant. Cū in forma
Luc.22.d. ſerui clarificata viderint iudicantem bonum & malū, tolleť impius ne videat cla-
Iſa.26.b. ritatem dei qua de⁹ eſt, quā ſoli mūdi cor
Mat.5.a. de videbūt, qḋ erit eis vita æťna. l ¶ Vt dile. Dilectio q̄ pater diligit filiū eſt in oībus iuſtis, qa mēbra ei⁹ ſūt, & diligūť ī illo q totus diligiť. iō ſubdit: Et ego ī ipſis ſū. Q. Quia ego ſum ī ipſis, aliť eſt ī nobis vt ī tēplo, nos ī illo aliť: qa nos ſum⁹ ille, cū ſcḋm hoīem eius capitis ſumus corpus.

¶ Pro illis quorum fides iam incepta reſurrectione & aſcenſione confirmabitur.

pro eis qui credituri ſunt per uerbū
a ¶ Quid rogas? b ¶ Quod ſupra de ſolis apoſtolis hoc de omnibus ſimul. ¶ In fide, in charitate, in pace: quia in vnum regnum ſunt futuri, de quo poſtea ſupponet.

c eorum in me, ut omnes unum ſint,
¶ Rogo.
d ſicut tu pater in me, & ego in te: ut
a ¶ Vnitas ſanctorum hic vel in futuro non eſt cauſa fidei, ſed merces. b ¶ Ita ſint vnum. c ¶ Pro eis vt homo rogo: & vt deus facio quod rogo.
e & ipſi in nobis unum ſint, ut mundus credat, quia tu me miſiſti. Et ego
¶ Immortalitatis. a ¶ Dabo tecum ego deus.
claritatē quam tu dediſti mihi dedi
a ¶ In charitate ſicut ſupra in fide. b ¶ Vt ſint vnum per me vnum mediatorem.
eis, ut ſint unum ſicut et nos unum
a ¶ In claritate. b ¶ Supra tantum vt ſint vnum, hic conſummati: ibi credat, hic cognoſcat.
f ſumus. Ego in eis, & tu in me: ut ſint
a ¶ .i. ipſi conſummati. ¶ Hoc & ibi & hic, qui inſeparabilem charitatem patris & filij modo credimus, tunc cognoſcemus.
conſummati in unum, & cognoſcat mundus quia tu me miſiſti: & dilexiſti eos, ſicut & me dilexiſti. Pater
a ¶ Quia dilexiſti eos in me, recipe eos mecum. b ¶ Conſummandos in tantam ſpem erigit, qua maior non ſit.
g h i quos dediſti mihi, uolo ut ubi ſum
a ¶ Ita mecum. b ¶ Non ait, credāt, quia hoc eſt merces fidei, non fides.
k ego, & illi ſint mecū, ut uideant claritatem meam quam dediſti mihi:
a ¶ Poſt crucem mihi homini, vel mihi deo, cum me genuiſti tibi æqualem.
a ¶ Videant: quia di. m. in quo & nos dilexit, & prædeſtinauit tunc, quod in fine mundi faciet.
quia dilexiſti me ante conſtitutionem mundi. † Pater iuſte mundus
¶ Ideo hoc eis volo, quia hi ſoli de mundo cognouerunt te. ¶ Iniquus. ¶ Iuſtum. ¶ Mediator.
te non cognouit. Ego autem te cognoui, & hi cognouerunt, quia tu
a ¶ Per me. ¶ Per hoc cognouerunt, quia tu me miſiſti. ergo gratia nouerunt.
¶ Per fidem.
me miſiſti. Et notum feci eis nomen
¶ Per ſpeciem.
l tuum, & notum faciam, ut dilectio qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in ipſis.

Cap. XVIII.

m † HÆc cùm dixiſſet
n Ieſus, egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis trans Torrētem
¶ Non ante, ſed iſtis finitis. non quod in hortum mox introiret. ¶ Tranſiens de Iudæis ad Gentes. ¶ Quia bibit de torrente huius ſeculi.

a ¶ Sicut tu. pa. & c. u. ſint. Nō eſt ibi vnitas ęqualitatis, ſed G
cuiuſdam imitatiōis: qa Chriſti hoīs & dei eſt vnitas ꝑſonaľ: aliorū āt hoīm à deo ē tm̄ vnitas charitatis. b ¶ Vt m. cre. qa tu me mi. hoc addit, qa ex magna charitate & vnitate q̄ fuit ī primitiua ecclia, multi cōuerſi ſūt ad v̄itatē fidei, vt hr̄ Act. ij. & iiij. Et qa ꝑ p̄dicta poſſet aliqs credere ꝙ fili⁹ ñ eēt cā ꝑfectiōis apl'or: ſicut & pr̄. iō hoc remouet c ¶ Et e. cl. q. t. d. m. d. e. qa ptās miraculor ꝑ quā declarata ē diuinitas Chriſti, data eſt apl'is à Chriſto, vt patet Lu. x. c. & Mat. x. a. tñ aliť dedit eis hāc ptā tē, q̄; ipſe habuit. qa Chriſt⁹ v̄tute ꝓpria miracula fecit: apl'i āt nō propria v̄tute, ſed v rtute Chriſti miracl'a faciebāt. ꝓpť qḋ ī miraculis faciēdis nomē Xpi īuocabāť. d ¶ Vt ſint u. i. vt ſint ī v̄a vnitate ecclię & abſq; ſchiſmate. e ¶ Ego ī e. & c. ī u. qa ꝑ vnionē hūanitatis Chriſti ad deū facta ē vnio toti⁹ creaturæ, vt dictū eſt. f ¶ Et co. m. & c. ſi. & me di. Per opa em̄ miraculorū ab eis facta adduct⁹ ē mūd⁹ ad fidei charitatē, & cognouit diuinitatē Chriſti & familiaritatē ſiue amicitiā dei ad apl'os, qb⁹ aderat diuina v̄tus ī opibus miraculoſis. g ¶ Pa. q. de. mi. hîc orat fideli ppl'o ꝑfectionē glię di. Pa. q. de. mi. ꝑ verā fidem: h ¶ Volo. i. oro, & deſidero. i ¶ Vt u. e. ſ. & il. i. ī ętna btītudīe, ī q̄ iā erat Chriſtus actualiť q̄tū ad aīam, q̄ eſt principalior ps hoīs. k ¶ Vt ui. cl. m. q. d. m. i. diuinitatē meā, vł aliť, claritatē corpis mei glificādi. qa vtrāq; claritatē habet filius à p̄re. vnā ętnaliter, aliā ex tpe. l ¶ Quia di. me añ c. m. hoc patet q̄tū ad Chriſti deitatē, ſiľr q̄tū ab hūanitatē, ī q̄tū de⁹ pr̄ ętnaliter p̄deſtinauit ipſū ad hāc gl'iam & exaltationē. Et cōſeqnť oñdit Saluator, ꝙ ſua orō ſit exaudibilis, di. m ¶ Pa. iu. mū d⁹ te nō co. Licet em̄ Philoſophi deū cognouerūt q̄tū ad eēntiæ vnitatē, nō tamē q̄tū ad ꝑſonalē diſtinctionē, & iō nō cognouerūt ꝓpriè loqndo deū patrē. Siľr Iudęi licet de hoc habuerūt aliquā cognitionē ꝑ ſcripturas ꝓphetarū loqntes de diſtinctiōe ꝑſonarū ī diuinis, illa tñ fuit ī eis obſcurata ex īuidia & odio ad Chriſtū vt ſ. dictū ē. & iō nō cognouerūt deū patrē, niſi largè loqndo de paternitate ī q̄tū pater eſt oīm creatione. n ¶ Ego au. te co. qa ī q̄tū de⁹ cognoſcit p̄rem noticia cōprehēſiōis: & ī q̄tū hō pleni⁹ cognoſcit q̄ aliqs angel⁹ q̄tūcūq; beatus. o ¶ Et hi. co. qa tu me mi. qa apl'i ꝑ doctrinā & miracula Chriſti habuerūt noticiā, ꝙ ipſe eſſet miſſus ꝑ ſalute mūdi. p ¶ Et no. fe. e. n. i. nomē paternitatis ꝓpriè dictæ ī diuinis, & ꝑ cōſeqns toti⁹ trinitatis. quia cognita vna ꝑſona, & alię cognoſcunť. Iſtud enim nomē ſctiſſimę trinitatis q̄d erat alijs ignotū, vt p̄dictū ē, ꝑ doctrinā Xpi fuit apl'is reuelatū. q ¶ Et no. f. qa poſt reſurrectionē Xpi qñ apuit apl'is ſēſū, vt ſcripturas ītelligerēt, & poſt miſſionem ſpūſſctī, apl'i pleni⁹ cognouerūt myſterium trinitatis. r ¶ Vt dile. q. d. me ī ip. ſit. i. ſpūſſctūs, q ē amor p̄ris & filij. s ¶ Et ego ī ip. qa ꝑ grām ſpūſſctī facti ſūt tēplū & habitaculū Chriſti. ¶ In ca. xvij. vbi dicitur in poſtil. Similiter etiam Iudæi reſurrectionem futuram expectant, &c.

ADDI. Licet em̄ Iudęi moderni multas erroneas opiniōes hñt circa futurā vitā, ſiľr circa ſtatum reſurrectiōis: antiq tñ cor & autētici ñ credūt felicitatē vitę futurę cōſiſte rei bonorū tpaliū plenitudīe, vt. ſ. declaraui ī additiōe ſup Luc. xiiij. ca. — Iudęorū error de reſurrectione generali.

GLOS. ORDI. Cap. XVIII.

HAec cū di. Seqť: n ¶ Egreſſus eſt cū di. ſu. Iam apoſtolis ī agro culto & fructuoſo opere ꝑ aſſiduam prędicationē cōſtitutis, tempore paſſiōis ī hor-
Mat.4.b. tū paradiſi īroducit, vbi fruct⁹ eſt abūdātior: & q
Luc.23.f. ī deſerto tētatus vicerat, ī horto ſuos coronat. Vñ ait latroni. Amē dico tibi, ho. me. eris in paradiſo
☞ Vbi erat

NIC. DE LYRA. Cap. XVIII.

HAec cū dixiſſet: Hîc incipit euangeliſta deſcribere Chriſti paſſionem & mortem. ipſa autem fuit per Iudæos inchoata & ꝑ gentiles
Moraliter Mora. ¶ Hæc cū di. & c. trās tor. c. q īterp̄tať triſtis mœror.
⁂ Per hoc igitur



☞ a ¶ Vbi er. In horto capiť vt deleret peccatū cōmiſſum in hor-
A to deliciarū, in quē hui⁹ ſęculi torrētem trāſiēs, diſcipulos introduxit. b ¶ Cohor. Non Iudęorū, ſed militū à præſide ſeruato ordine legitimæ ptātis, vt illis tenētibus nullus auderet reſiſtere: vel etiam ſi qs auderet, cōtra tot nō poſſet. c ¶ Ve. il. Nocte tradiť, vt ſine turbis q̄ in die freq̄ntes aderāt inueniretť. d ¶ Stabat aūt & Iudas qui tradebat eū cū ipſis. De oſculo hîc tacet, qḋ alij euāgeliſtæ dicūt. e ¶ Ego ſum. Hac vna voce tot feroces & fortes moritur⁹ ꝓſtrauit virtute latentis deitatis: quia volebat qdē cōphendi, ſed nō niſi qñ voluit. f ¶ Abierūt re. & ceci. ī ter. Sic mō ꝑ euāgelium vbiq; dicit Chriſtus, ego ſū, & Iudęi expectātes Antichriſtū retro abeūt, & in terrena q̄ amāt, cadunt. g ¶ Sinite hos abire. Aug. faciūt quòd iubet ſinunt eos abire q̄s non vult perire nō qn poſt ſint morituri, ſed quia ſic nōdū credebāt, q̄uo credūt qui nō pereunt. h ¶ Percuſſit. Seru⁹ ſignificat populū legis ſeruū, auris pro dñō amputata, & à dñō ſanata, auditū amputatū, à vetuſtate renouatū, vt ſeruiat liber in nouitate ſpi-
Ro.7.b. ritus, nō in vetuſtate literę. Vnde dicitur malchus. i. regnaturus cū Chriſto. Qḋ ſignificatū quia nō cogitauit Petr⁹ ſed magiſtrū defendere voluit, dñs improbat factum, & monet eum ad patientiam. Illud tamē myſticè & fieri debuit & ſcribi.

Nicolaus de Lyra. ☞ Mitte

ꝑ gētiles cōſūmata. ſcḋm qḋ Chriſt⁹ p̄dixerat Mat. xx. c. Fili⁹ hoīs tradeť pr̄icipib⁹ ſacerdotū & ſcribis, & cōdēnabūt eū morte, & tradēt eū gētib⁹ ad illudēdū & flagellādū & crucifigendū. Et iō
B euāgeliſta primò oſtēdit, qd Chriſtus à
Diuiſio Iudæis ſit paſſ⁹, ſcḋò qd à gentib⁹ ſe. ca. Tūc ergo ap. Pr̄ia ī tres, quia priò deſcribit euāgeliſta q̄liť Chriſt⁹ à miniſtris Iudęorū fuit capt⁹: ſcḋò, q̄liť à miniſtris fuit pōtificib⁹ tradit⁹, ibi: Cohors q̄q;. tītiò q̄liť à pōtificib⁹ corā Pila. ē accuſat⁹, ibi: Adducūt ergo. Circa primum euāgeliſta tria deſcribit. primò ꝓditiōis locū. ſcḋò ꝓditoris appatū, ibi Iudas ergo. tētiò animū Chriſti ad ſuſtinēdū p̄paratū, ibi: Ieſ⁹ itaq; ſciēs. Circa primū ſciēdū, ꝙ Chriſt⁹ iuit ad locū extra ciuitatē, ad quē ſciebat vēturū ꝓditorē, vt oſtēderet ſe volūtariè ſubire mortē: & hoc ē ꝙ dicitur: Hæc cū dixiſſet & c. trās tor-
Cedron rētē Cedron. Cedron nomē eſt torrētis inter ciuitatē Ieruſalem & montē Oliueti, currēs ꝑ vallē Ioſaphat q̄ eſt intermedia. Et dicebať ille torrēs Cedrō, eo ꝙ in ripa illius fluminis, ſiue illius torrētis naſcebātur multi Cedri. hic em̄ fluui⁹ appellabať torrēs, pro eo ꝙ admodū torrētis qñq; habet aq̄s: qñq; nō. a ¶ Vbi erat hort⁹. & ſic erat loc⁹ clauſus cōueniēs ad capiēdū illos q eſſent ītra ipm. ¶ In quē ī. ipe: & di. ci⁹. offerēs ſe captioni. c ¶ Sciebat autē & iu. qui. tra eū lo. Ex quo patet aptitudo loci ad capiendū Chriſtū ex trib⁹ primò quia erat à ciuitate remot⁹, & ipi q̄rebāt eū cape ſine ſtrepitu turbatū vt hr̄ Luc. xxij. a. ſecūdò quia erat clauſus: & tertiò quia proditori cognit⁹. d ¶ Iudas ergo. Hîc deſcribiť proditoris apparat⁹: quia Iudas de trib⁹ ſe muniuit Primò de magna ſocietate forte & autētica: & iō diciť. e ¶ Cum accepiſſet cohortē. ſ. militū à p̄ſide aſſignatā, vt ſic multitudo populi ſi ſupueniret nō auderet īpedire eius ꝓditionē, ꝓpter iuſticiæ publicæ timorem. f ¶ Et à pō. & pha. miſtros. vt ſic haberet fulcimētū ab vtraq; curia. ſ. pontificis & imperatoris. Secūdò muniuit ſe Iudas de lumīe cōtra noctis tenebras qḋ notať cū dicitur: Venit illuc cum laternis & facib⁹. Tertiò muniuit ſe de armis ſi vellēt ei⁹ ꝓditioni reſiſtere. ideo ſubditur: Et armis: g ¶ Ieſus itaq;. Hîc oſtendiť ꝓmptitudo Chriſti ad patiēdū. & hoc dupliciť. primò quia Chriſt⁹ ſe non occultauit. ſecūdò quia defenſionē ꝓhibuit ibi: Simon ergo. In prima igitur pte dr̄ ſic: Ieſus ita. ſci. oīa q̄ ē. erāt ſu. eū, ꝓceſ. & dix. h ¶ Quē q̄ri. Ex quo manifeſtè patet, ꝙ ſua voluntate capt⁹ eſt: quia cū ſciret oīa futura, vt ſuprà declaratū fuit. j. ca. nō ſe occultauit: ſed magis quęrentibus eum obuiā iuit. i ¶ Reſpōderūt ei: Ieſū. Virtute C em̄ diuinitatis factū eſt, ꝙ veniētes ad capiēdū eū priò nō cognoſcerent eū, etiā ſu⁹ diſcipul⁹ qui venerat ad tradēdū eū. vnde ſubdiť: k ¶ Stabat autē & Iu. vt ꝑ hoc ſcḋò oñdereť, ꝙ de volūtate ſua capetur: quia ex q̄ eis erat incognit⁹, poterat ab eis recedere. & non ſolū patuit hoc ꝑ p̄dicta: ſed etiā manifeſti⁹ ꝑ hoc qḋ ſubdiť: l ¶ Vt ergo di. eis: ego ſū: abierūt ret. & cecide. in terrā. Si em̄ vno verbo oēs proſtrauit de facili poterat ab eis euadere. Oīa enī iſta facta ſunt ex diuina ordinatiōe, vt declarareť virtus diuinitatis eius per p̄dicta ſicut fragilitas humanitatis ꝑ captionē eius ſequētē & paſſionem. m ¶ Iterum ergo inter. eos quē q̄ri. Hoc fuit factū interuallo à prima interrogatione: quia †Mat.26.e
q̄diu iacuerūt ꝓſtrati, nō mouit ſe de lo- mar.14.e
co: vt magis declarareť ſua volūtaria ca- Luc.22.e
ptio. n ¶ Illi autē dixe. Ieſum Naza. †pr̄icipib⁹
Non enim cognoſcere poterāt eū, nec ca- ſacerdotū
pere donec ipſe vellet: propter hoc ſub- †Lucernis
diť: o ¶ Dixi uobis quia ego ſum. & tūc habuerūt ipſi⁹ noticiā & capiendi eū licentiā, ꝓpter q̄d ſubdiť p ¶ Si ergo me q̄ri. ſinite hos ab. q. d. ſic do vobis ptātē me capiendi, vt tñ meis diſcipulis nō faciatis aliqd mali. q ¶ Vt ī pleretur ſer. quē di. ſ. ca. p̄cedēti: r ¶ Quia quos dedi mi. & c. Iſtud em̄ verbū dixerat Ieſus nō tātū de ſalute ſpūali ſuor diſcipu- Mat.27.a.
lorū, ſed etiā de ſalute corpali cor. quod pater ex hoc, ꝙ inde excepit Iudā q ꝓdit⁹ eſt & ſpiritualiť & corpaliť, quia ex deſperatiōe ſe ſuſpēdit. & iō euangeliſta appli- D
cās v̄bū p̄dictū ad ꝓditionē corpalē, nō diſcedit ab intētiōe lr̄æ: s ¶ Simō ergo Hîc oñdiť ꝓmptitudo Chriſti ad patiendū ex hoc, ꝙ defenſionē ꝓhibuit & hoc ē qḋ dr̄: Simō er. Petrus hñs gla. edu. eū. Dicūt hîc aliq, ꝙ diſcipuli emerāt gladios de p̄cepto dñi: ſcḋm ꝙ hr̄ Luc. xxij. d. vbi diciť ſic: Et q nō habet, vēdat tunicā ſuā, & emat gladiū. Sed nō ē veriſil'e: quia ibidē dr̄, ꝙ apl'i ſtatim rñderūt: Ecce duo gladij hîc & Chriſt⁹ dixit: Sufficit. Ex quo patet, ꝙ añ illos gladios hēbāt: Dicēdū igiť, ꝙ apl'i fuerūt piſcatores: In piſca- †24.q.1.c.
tione autē oportet aliqñ rętia cū paxill' Si Petrus
affigere, & cū particis nauiculas dirigere Luc.22.e.
& iō in talib⁹ & cōſimilib⁹ vſus magnor cultellorum eſt neceſſarius. Et probabile eſt, ꝙ aliq de apoſtolis illos cultellos ſibi retinuerāt ad ſcindēdū cibaria: vñ etiā cū illis carnes agni paſchalis cōſciderāt. Petr⁹ autē vnum ex illis retinuerat apud ſe, quia erat magis prōptus ad defenſionem ſui magiſtri ꝙ alij. t ¶ Et percuſſit pontificis ſeruum. qui magis de propè ſe ingerebat ad Chriſtū capiēdum
Et abſcidit

¶ Cedron obumbratio eorum.
a Cedron ubi erat hortus: in quem in- a b
a ¶ Non ſtatim. ſed quibuſdam interpoſitis, quæ alij narrant. b ¶ Vbi ipſe lupus inter oues locū prę notauerat.
troiuit ipſe & diſcipuli eius. Sciebat c
autem Iudas, qui tradebat, eum locum: quia Ieſus frequenter conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis. † Iudas d
b ergo cum accepiſſet cohortem, & à c f
¶ Iudæos.
† pōtificibus & Phariſęis miniſtros
a ¶ Nox enim erat, in qua ideo cum lucernis & facibus vt ſi latere vellet his quæreretur. ¶ Ipſi accenderunt ſibi lumen pœnale.
c uenit illuc cum † laternis & facibus
a ¶ Vt his ſi qui eum defendere vellent, expugnarētur.
& armis. Ieſus itaq; ſciēs omnia quę g
uentura erant ſuper eum, proceſsit,
¶ Non ignorans quid vellent, ſed vt ſcirēt eum eſſe quem quærebant.
& dixit eis: Quē quæritis? Reſpon- h i
derunt ei: Ieſum Nazarenum. Dicit
a ¶ Non abſcondit ſe: ſed oſtendit
d eis Ieſus: Egò ſum. Stabat autem & k
a ¶ Quaſi neſcius facti eorum: vel potius vt ſigno oſculi eum traderet.
Iudas qui tradebat eum cum ipſis.
e f Vt ergo dixit eis, ego ſum, abierūt l
retrorſum, & ceciderunt in terram.
¶ Vt bene eum cognoſcant, ne errent in captione.
Iterū ergo interrogauit eos: Quem m
quæritis? Illi autē dixerunt: Ieſum n
Nazarenū. Reſpondit Ieſus: Dixi o
uobis, qa ego ſum: Si ergo me quæ- p
g ritis, ſinite hos abire. Vt impleretur q
ſermo, quem dixit: quia quos dedi- r
ſti mihi, non perdidi ex eis quemq;.
¶ Ardentior cęteris diſcipulis. ¶ Cultellum. ſ.
† Simon ergo Petrus habens gladi- s
h um eduxit eū, & percuſsit pontificis t
ſeruum.

⁂ Per hoc igiť quòd Chriſtus iuit illuc īminente ſua † paſſione, Moraliter
ſignificatur, ꝙ Chriſtianus ire volēs ad martyrium. debet immi- † captione
nens ſupplicium præcogitare, & per patientiam ſe armare. Vnde dicit Gregorius. homelia. xxxiij. Minus enim feriunt iacula quę præuidentur & nos tolerabilius mala mundi ſuſcipimus, ſi contra hæc per prouidentiæ Clypeum munimur. c ¶ Sciebat autem & Iudas qui tradebat, eum locum, quia frequenter Ieſus conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis. inter quos erat Iudas. vt Chriſtum traderet. ſicut Sathan fuit inter filios dei. vt
Iob.1.b. ſanctū Iob afflictiōib⁹ moleſtaret. g ¶ Ieſ⁹ itaq; ſciēs oīa quæ uentura erant ſuper eum proceſſit & dicit eis. Quæſitus
Ioh.b. autem à turbis, vt facerent eum regem fugit ſolus in montem docens in hoc fugere mundanos honores & promptum eſſe ad labores. l ¶ Vt er. dixit eis, ego ſum, abierunt retrorſum & ceciderunt in terram. Ille qui cadit retrorſum, non videt ſui caſus periculum. ſic etiam labentes in culpam, non vident ſui lapſus miſeriam. q ¶ Sinite hos abire. Per hoc oſtenditur, ꝙ ſuperiores debēt ſuos ſubditos fideliť adiuuare, & ſe mortis periculo exponere pro ipſorum defenſiōe. ſ ¶ Simō autem Petrus habens gladium eduxit eum, & percuſſit pontificis ſeruum, & c. Exponatur ſicut. ſ. Mat. xxvj. & Mar. xiiij. & Luc. xxij.


⁂ Erat aūt ſer

a ❡Mit. Ac ſi diceret: Quieſcat vindicta. Aliter: Cõuerte gladiũ
E in locũ ſuum.i. verbũ prædicatiõis conuerte ad gentes. vbi ſecu͂m
Matt.26.c. Paulũ oſtiũ apertum & ĩgẽs ĩueniat. Aliter. Poſtq̃ plenitudo ſub
intrauerit, dicit Petro, per quẽ tot⁹ ordo prædicatorũ deſignatur
Mitte verbum prædicatiõis ad Iſrael. Om̃is eñ qui gla. ac. gla. pe.
Geñ.3.d. Quo gladio? Illo q igneus ꝟtitur ante paradiſum: & gladio ſpiritus, q in dei ſcribitur armatura. b ❡Cohors au. Mos erat Iudęis, vt quẽ morte dignũ iudicarẽt, vinctum præſidi traderẽt. c ❡Et adduxe. eum. Erãt eo tpe duo ſacerdotũ prĩcipes (vt Lucas ait) Annas & Caiphas, q viciſſim annos ſuos agebãt. Sed tunc erat Annus Caiphæ, & voluntate ei⁹ primũ ductus eſt Ieſus ad Annã, nõ qa collega, ſed quia ſocer eius erat. Vel domus ſic erant poſitæ, vt non deberet Annas à tranſeũtibus præteriri. d ❡Et alius di. Quis ſit iſte, qa hic tacetur, non temerè diffiniatur. Solet tñ iſte Iohannes ſic ſe ſignificare.
e ❡Dicit il. nõ ſum. Augu. Non ſolum negat Chriſtum, q dicit eũ nõ eſſe Chriſtũ
Mat.26.d. ſed qui etiam negat ſe eẽ Chriſtianũ: & ita hoc impletur qđ dñs dixit: Ter me negabis. f ❡Palã.i. multis audiẽtib⁹, nõ qđ q̃
Sup.16.f. dicit palã, eſſẽt cognita turbis. Cũ & apl̃is dixerĩt: Hęc in ꝓuerbijs loquut⁹ ſum. Sed
† perdi venit hora, cũ palã annũciabo vobis. Eis etiã ſecreta exponebãt, q̃ alijs ꝑparabolas dicebat. Sil'r qđ dicit: Nihil ĩ occulto ſum loquut⁹, nõ ꝙ nõ eſſet occulta intelligentia, ſed qa corã tot hominibus dixerat: Ea etiã q̃ paucis dixerat, nõ ſunt in occulto, qa ad hoc dixerat, vt p̃dicarent ſuꝑ tecta,
Mat.10.c. nõ vt tacerent. Ea aũt q̃ audierãt, & non
F intellexerãt talia erãt vt non poſſent iuſtè criminari: Et q̃ties interrogãdo tẽtauerũt vt accuſarẽt, ſic rñdit, vt oẽs calũniæ fruſtrarẽt. iõ dicit: Quid me ĩter. g ❡Quid me ĩ.i. à q̃ veritatem audire nõ deſideras. Interroga magis eos de q̃rũ dictis nõ habeas inuidiã. Ita temperat rñſionẽ, vt nec veritatẽ taceret, nec defendere ſe videret. h ❡Hec autẽ. Obijcit: cur nõ fecerit qđ docuit. Debuit non ſic reſpondere, ſed alteram maxillam prębere. Sed veraciter & manſuetè & iuſtè reſpondit, & nõ modo maxillã, ſed totũ corpus ferienti parauit. Et ☞hinc po-

k ❡Et aduxe. eũ ad Annã primũ.i. primò. Cui⁹ cã ſubditur: G
l ❡Erat enĩ ſocer Cai. Et quia eũdo ad domũ Caiphę habebãt trãſire ante domũ iſtius Anne, iõ ĩtroierũt demũ ei⁹: ꝓpt̃ ei⁹ reuerẽtiã. Alia aũt rõ fuit, qa põtificat⁹ tũc ſingul'ãnis vẽdebat, & iſti duo, ſcilicet Annas & Caiphas q̃ſi alternatim erãt põtifices: ꝓpter qđ q̃ſi põtifex hẽbat, qa ãno p̃cedẽti fuerat. Tertiò rõ ẽ, vt Chriſt⁹ corã iudicibus pl'ib⁹ cõdẽnat⁹, videret magis dign⁹ morte. m ❡Qui erat p. an. il. &c. Iſta ſũt expoſita. s̃. xj. ca. n ❡Seq̃. ãt. Hĩc ĩponit prima negatio Petri, cũ dicit: Seq̃ba. aũt Ie. Simõ Pe. & ali⁹ di. ſ. Ioh. Licet eñ iſti ſicut & alij priò fugiſſẽt, tñ poſtea ſequuti ſunt Ieſũ, qa feruẽtiores erant alijs. o ❡Diſcipu. ãt il. e. no. põ. Dicũt aliq ꝙ Iohã. erat perit⁹ ĩ lege & ꝓpt̃ hoc hẽbat noticiã cũ põtifice. Sed hoc nõ ẽ veriſile: qa piſcator erat, & de naui à Criſto vocat⁹ fuerat vt hr̃ Mat. iiij. d. vñ dicit Hie. in epl'a ſua ađ Paulinũ: Ioh. ruſtic⁹ piſcator ĩdoct⁹ &c. & iõ alia fuit cã ſuę notitię cũ põtifice, qa forte miſſ⁹ à pr̃e ſuo pluries portauerat piſces ad domũ põtificis. vel forte qa aliqs de cognatione ei⁹ ibidẽ ſeruiebat vel aliq̃ alia cã q̃ aliq aſſignãt, qa deſcẽderat de Dauid. & ſacerdotes hẽbãt iſtas genealogias. p ❡Et ĩtro. cum Ie. &c. ꝓpt̃ noticiã p̃dictã ꝑmiſſus ẽ ĩtrare. q ❡Pe. ãt ſta. ad o. fo. tãq̃ ĩcognit⁹. tñ ꝓpt̃ Iohãnẽ ꝑmiſſus ẽ ĩtrare. r ❡Dixit er. Pe. an. oſti. nũ. & tu ex di. es ho. iſti⁹? q.d. videt ꝙ ſic. Vidit eĩ eũ timide intrantẽ, & ſic habuit de eo ſuſpitionem. s ❡Di. ille: nõ ſũ. Ex q̃ patet fragilitas Petri, qa ita cito negauit, & ad vocẽ vni⁹ mł'ieris q̃ ñ loq̃bat acrit̃. Nõ eñ dicebat es tu de familia huius ꝓditoris? vel aliqđ hmõi, ſed hois iſti⁹, q̃ſi cõpaſſiuè loq̃ndo
H t ❡Sta. ãt ſer. &c. quia fri. e. ſicut ſolet eẽ ĩ Marcio poſt mediã noctẽ. Et calefa. ſe &c. v ❡Põti er. Hĩc põit Chriſti examinatio. Et diuidit ĩ tres: qa priò ponit dicta examinatio. ſecđò Chriſti rñſio, ibi. Rñdit ei Ieſ⁹. t̃tiò, rñſiõis reprobatio, ibi: Hęc aũt cũ dixiſ. Circa primũ ſciendũ, ꝙ Chriſt⁹ reputabat à Iudęis ſeductor hominũ & doctor falſę doctrię. iõ examĩat⁹ fuit de vtroq̃. & hoc eſt qđ dr̃. Põti. er. ĩter. Ie. Dicit ãt Annas põtifex, ñ qa eẽt actu ſed qa añ fuerat, & qa ſocer era põtificis, vt dictũ eſt. x ❡De di. ſu. vt videret & poſſet eũ dep̃hẽdere, ꝙ fuiſſent ab eo ſeducti. y ❡Et de do. ad vidẽdũ ſi poſſet ibi ĩuẽire falſitatẽ vł calũniã, & aliqđ dictũ cõtra legẽ. z ❡Reſ. ei Ie. hĩc põit Chriſti rñſio. De diſcipul' ãt ſuis nihil poterat ꝓ tũc bõi rñdere, qa pricipaliorẽ ĩt̃ eos ſtarĩ audierat ipm ĩ ſua p̃ñtia negaſſe. Sed de doctrĩa ſua rñdit, oñdẽs ꝙ ñ erat mala vł ſuſpecta, ſed ſana. Qđ declarat ex duob⁹. Priò ex loco, cũ dicit a ❡Ego palã lo. ſũ mũ. &c. Doctrĩa ãt ſuſpecta ĩ ãgul' & laterib⁹ docet, nõ in loco publco & ſacro. Scđ'ò ex auditorũ teſtimonio, dicẽs: b ❡Interroga eos q audie. &c. quaſi.d. Paratus ſum teſtimonium eorum ſubire, qđ eſt tibi magis credibile, quã meum dictum: quamuis ſecundum veritatem deberet eſſe contrariũ. c ❡Hæc autem cum dixiſſet. Hĩc ponitur huius reſponſionis reprobatio. Et hoc dupliciter. Primò per factum, cum dicitur: Vnus aſſiſtens miniſtrorũ dedit alapã Ieſu. Scđ'ò ꝑ verbum cũ ſubditur:

Diuiſio †mat.26.g Mar.14.g Luc.22.f. †mat.26.f. Mar.14.f. Luc.22.f. †igitur †mat.26.f. Mar.14.e. Luc.22.f.

ſeruum, & abſcidit eius auriculam dextram. Erat autem ſeruo nomen Malchus. Dixit ergo Ieſus Petro: Mitte gladium tuum in uaginam.
❡Paſsionis. a ❡Vt apoſtolus ait: Pro nobis omnibus tradidit eum. b ❡Q. Cur reſiſtis?
Calicem quẽ dedit mihi pater nõn uis ut bibã illum? † Cohors † autem & tribunus & miniſtri Iudæorum comprehenderunt Ieſum & ligauerunt eum, & adduxerunt eum ad
a ❡Cur ad⁹ eum? b ❡Voluit ad illum primo duci, vt minoris culpæ videretur, ſi alterius quoq̃ ſacerdotis dãnaretur ſententia.
Annam primũ. Erãt enim ſocer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphas qui conſilium dederat Iudeis, quia expedit unum hominem † mori pro populo. Sequebatur autem Simon Petrus Ieſum, & alius diſcipulus. Diſcipulus autem ille erat notus pontifici, & introiuit cum Ieſu in atrium pontificis. Petrus autem ſtabat ad oſtium
❡Ex deuotione.
❡Foris ſtabat qui negaturus erat.
foris. Exiuit ergo diſcipulus alius, qui erat notus põtifici, & dixit oſtiariæ & introduxit Petrum. † Dixit ergo Petro ancilla oſtiaria: Nũquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dicit ille: Non ſum: Stabãt autẽ ſerui & miniſtri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant ſe. Erat autem cum eis & Petrus ſtãs & calefaciens ſe. Põtifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis, & de doctrina ei⁹. Reſpondit ei Ieſus: Ego palam loquutus ſum mundo. † Ego ſemper docui in ſynagoga & in tẽplo quo omnes Iudęi cõueniũt, & in occulto loquut⁹ ſum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid loquutus ſim ipſis: ecce hi ſciũt quid dixerim ego. Hęc autem cũ di-
❡Infidelitatis.

## Nicolaus de Lyra.

a ❡Et abſcidit auri. eius dex. Credidit eñ eũ magis lædere: ſed diuina ordinatione ictus declinauit. b ❡Erat autẽ nomen ſeruo Malch⁹. Hoc addit euãgeliſta ad oſtendendũ certitudinẽ rei geſtę, exprimẽdo propria noĩa. c ❡Dixit ergo Ieſus Petro, mitte gladium tu. in uagi. q.d. noli vti ad defenſionẽ meã. Et ſubditur cauſa: d ❡Calicem, quem dedit mihi pater, non uis ut bi. illũ. quaſi dicat, paſſionem quã ordinauit pater cęleſtis ad ſalutem humani generis debeo patienter tolerare. & ideo non eſt locus defenſionis & reſiſtẽtiæ, ſed magis patientiæ. e ❡Cohors quoque. Hĩc oſtenditur qualiter Chriſtus à miniſtris comprehenſus pontificibus præſentatur. Et diuiditur ĩ duas: qa priò deſcribitur ipſius p̃ſentatio Annæ. ſecundò, Caiphę, ibi: Et miſit eum Annas. Prima in duas: quia primò ponitur Chriſti præſentatio. ſecundò eius examinatio, ibi: Pontifex ergo. Prima adhuc in duas: quia primò deſcribitur prædicta præſentatio, ſecundò incidenter põitur prima Petri negatio, ibi: Sequebatur autem. Dicitur igit̃ primò ſic: Cohors au. ſ. militum. f ❡Et tribunus. qui eis præerat: & illi erant gentiles. g ❡Et miniſtri Iudæo. iſti erant Iudæi: h ❡Comprehenderunt Ieſum. Ex quo patet obſtinatio eorum, quia non fuerũt auerſi à ſuo malo viſis prædictis ſignis, ſed magis attribuebãt artibus magicis. i ❡Et ligauerunt eum. quaſi morte dignum. Illi enim q reputabantur morte digni, iudicibus pręſentabant ligati.
Diuiſio
Et adduxerunt

Moraliter ❧ Sic reſpon.
*b ❡Erat autem ſer. nomen Malchus. qui iterp̃rat rex eoꝝ. & ideo ꝑ abſciſionem auriculæ ſuę, ſignificata fuit abſciſio regalis & põtifical' eminentiæ Iudæorũ. k ❡Et adduxerunt eum ad Annã primũ. q̃rentes ei placere, qa cũ Caipha fuerat in cõſilio de Chriſti morte. Sic multi faciũt q̃rentes de malis placere hominibus peruerſis. a ❡Ego palã locu. ſum mũdo tanq̃ habens ſanam doctrinam, contra hæreticos qui magis docent in occulto
* Nunquid &



☞ hĩc pori⁹ oſtẽdit præcepta patiẽtiæ, nõ oſtẽtati õe corporis, ſed cor
A dis præparatiõe faciẽda: põtem qs maxillã viſibilit̃ præbere irat⁹. Melius ergo reſpõdet verè placatus, & ad ferẽda grauiora trãq̃llo aĩo parat⁹. a ❡Si ma. lo. Malè loquit̃ q cõtra ꝟitatẽ loq̃t. Et eſt: Si male loquut⁹ ſũ, da teſtimoniũ q̊ ꝓbes mẽdacẽ. b ❡Erat au. Aug. Dicto, ꝙ Annas miſit Ieſũ ad Caiphã, redit ad locũ narratiõis, vbi reliq̃rat Petrũ vt explicet qđ ĩ domo Annę de trina Petri negatiõe cõtigerat. c ❡In p̃to. ideſt vbi p̃ſes Pilatus habitabat. Sed ſi ad Caiphã, quõ ĩ p̃toriũ? forſitã aliq̃ cã vrgẽte de domo Annæ ad audiẽdũ Ieſum ambo cõuenerãt, Caiphas prexit ad p̃toriũ p̃ſidis, & ſocero ſuo Ieſũ reliq̃t ad audiẽdũ, vel ĩ domo Caiphę Pilat⁹ accepat p̃toriũ. & rãta erat dom⁹, vt ſeorſũ habitaret dñs, ſeorſũ Pilat⁹. d ❡Vt nõ cõ. quia dieb⁹ azymorũ cõtamĩatio erat illis in alienigenæ habitaculum intrare.

## Nico. de Lyra

☞ Nobis

a ❡Sic rñdes põtifici. Ille eñ miniſter ſceleris accepit rñſionẽ Ieſu, quaſi notaſſet põtificẽ de ſtulta interrogatiõe. b ❡Reſpõ. ei Ie. humiliter veritatem oſtẽdẽdo. c ❡Si male loquut⁹ ſum, teſ. ꝑhi. de malo.i. potes ꝑhibere, & nõ me iniuſtè ꝑcutere. Sed videt̃ ꝙ hĩc Chriſt⁹ fecit cõtra doctrinã ſuã, qa Matt. v. f. dicit: Si qs te ꝑcuſſerit ĩ maxillã dexterã, p̃be ei & alterã. Ipe aũt hoc non fecit, ſed magis ꝑcutiẽtẽ ſe correxit. Dicẽdũ ꝙ illđ Chriſti p̃ceptũ, & plura alia q̃ ibi ponũt̃, nõ dãt abſolutè, ſecu͂m ꝙ dicit Aug. ſed magis ſecu͂m p̃parationẽ animi, qa hõ debet hr̃e animũ ſꝑ p̃ꝑatũ ad hoc faciẽdũ, vbi videret hoc expedire ad honorẽ dei,
B & vtilitatẽ eccl'ię: al's ãt ñ. ĩmo aliq̃ñ expedit ĩiuriãtib⁹ rñdere, ad ipſorũ & alioꝝ ĩſtructionẽ: ſicut fecit hĩc Chriſt⁹: & aliq̃ñ etiã facto reſiſtere, ne det̃ occaſio mal' male agẽdi.
Diuiſio d ❡Et miſit. Hĩc oſtẽditur q̃lit̃ Chriſt⁹ p̃ñtat⁹ ẽ Caiphę. Et diuidit̃ ĩ duas: qa priò deſcribit̃ dicta p̃ñtatio, ſecđò, ſubdit̃ ſecũda & tertia Petri negatio, ibi: Erat aũt. In prima igit̃ pte dr̃ ſic & miſit eũ Annas ligatũ: q̃ſi morte dignũ: & iã corã eo cõdẽnatũ. e ❡Ad Caiph. põtificẽ. Tũ qa ad ipm ꝑtinebat principaliter Chriſti examĩatio. Tũ vt videretur Chriſt⁹ magis morte dign⁹, q fuiſſet corã iudicibus plurib⁹ cõdemnatus. Sciẽdum tñ, ꝙ Iohannes hĩc tacet q̃lit̃ Caiphas eũ examinauit, & qualiter Caiphas veſtimẽta ſua ſcidit, & q̃liter Chriſt⁹ in domo ei⁹ illuſ⁹ fuit quia alij euãgeliſtæ hoc ſufficienter exp̃ſſerãt. f ❡Erat autẽ Simõ. Hĩc reuertit̃ euãgeliſta ad narrãdũ de negatiõe Petri: & iõ quaſi eadẽ verba q̃ dixerat in fine primæ negatiõis reaſſumit di. Erat autẽ Simõ Petrus ſtãs & cale. ſe. Ille eñ q narrat hiſtoriam aliquã quãdo occurrũt aliq̃ ĩcidẽtia narrãda, ĩterrũpit principale ad illud ĩcidẽs narrãdũ: q̊ facto reuertit̃ ad propoſitum. & ſic facit hĩc Iohãnes. vt dictum eſt. g ❡Dixerũt ergo ei mi. ad ignẽ ſtãtes: h ❡Nũq̃d & tu ex di. e. es? q.d. Sic. qa videbãt eũ timidũ & pauidũ. i ❡Negauit ille & di. nõ ſum. De iſta ſecũda negatione Petri videt̃ Matthæ⁹ contradicere Iohanni. Primò quo ad ꝑſonã. quia dixit ipm ſecũdò negaſſe ad vocẽ alteri⁹ ancillæ. Matth. xxvj. g. Iohãnes autẽ hĩc dicit, ꝙ fuit ad vocẽ miniſtrorũ ad ignẽ ſtantiũ. Scđ'ò q̊ ad locũ: qa Mat. dicit, ꝙ ſecđò negauit in exitu ianuæ, hĩc ãt dr̃ ꝙ ſtãs ad ad ignẽ. Propt̃ qđ ſciẽdũ, ꝙ principal' intẽtio euãgeliſtarũ erat exprimere trinã Petri negationẽ: & in hoc oẽs cõueniunt. De ꝑſonis aũt accuſãtib⁹, ſeu de negationis loco nõ erat eorũ principal' intẽtio. & ꝓbabile eſt, ꝙ multi ad verba Petri cõcurrebãt circa eũ: & cõſil'ia ꝟba dicebãt, ĩproperando ei magr̃m ſuũ: & iõ vn⁹ euãgeliſtarũ exprimit vnã ꝑſonã accuſãtẽ, & ali⁹ aliã, & vterq̃ dicit veꝝ. Vñ ſecu͂m veritatẽ hiſtorię videt̃ ꝙ prima negatio ſit facta ad vocẽ ancillę oſtiariæ, Petro domũ ĩtrante. Secũda ãt negatio facta ẽ ĩ domo, qa poſt primã negationẽ Petr⁹ timuit diu ſtare int̃ Iudęos: ꝓpt̃ qđ voluit exire: & tũc alia ãcilla vidẽs eũ timidũ accuſauit eũ: & ſil't in hoc cõcurrerũt illi qui ad
Cõcordia euãgeliſtarũ de trina Petri negatione.

